Lübbert

LL
O965tL

P. OVIDII NASONIS

TRISTIUM

LIBRI QUINQUE

AD VETERUM LIBRORUM FIDEM RECENSUIT, VARIAS SCRIPTURAS OMNIUM CODICUM A SUPERIORIBUS EDITORIBUS COLLATORUM, IMPRIMIS HEINSIANORUM, E BURMANNI ET HEINSII SCHEDIS IDIOGRAPHIS ET ALIUNDE AUCTAS, CORRECTAS, EXPLETAS, QUIBUS V NOVAE COLLATIONES ACCESSERUNT, ITEMQUE VARIAS SCRIPTURAS VIII EDITIONUM SAECULI XV. APPOSUIT, COMMENTARIIS INSTRUXIT, PRAEFATUS EST, ET INDICEM ADDIDIT

VITUS LOERS, Dr.

32 x 554

TREVIRIS
APUD FRIDERICUM LINTZ
MDCCCXXXIX.

21403
27/1/92

PRAEFATIO.

In adornanda hac editione P. Ovidii Nasonis Tristium propositum mihi fuit, pleniorem atque accuratiorem, quam quae adhuc vulgatae exstarent, horum carminum editionem conficere; quae textum, quem vocant, diligenter recognitum, variantes, quae in promtu erant, scripturas codicum manu scriptorum et editionum saeculi XV., itemque commentarios, omninoque omnes copias grammaticas ad haec vatis Peligni carmina recte intelligenda et ad scripturam, quae vera esse videretur, tuendam atque confirmandam idoneas contineret.

Iam quod ad textum horum carminum attinet, permultis ille, quum opus ante hos VIII annos instituerem, deformatus adhuc erat vitiis, tum aevi iniuria, tum librariorum negligentia et grammaticorum imperitia aut in mutanda scriptura licentia contractis; imprimis autem ingenti adhuc laborabat multitudine plagarum, quas ei inflixerat critica clarissimorum Nasonis editorum, Nicolai Heinsii et Petri Burmanni. Namque illi viri licet de emendanda scriptura permultorum Nasonis locorum, deque interpretatione et omnino de acriori huius poëtae studio valde meruerint, commentariique eorum, certe N. Heinsii, plerumque

eximia quadam doctrinae copia et elegantia niteant: tamen dici vix potest, quam misere iidem innumerabilibus fere in locis poëtam depravarint, atque in scripturam integerrimam et elegantissimam et auctoritate optimorum veterum librorum confirmatam sint grassati. Fuit enim N. Heinsio summum acumen, subtile multaque poëtarum lectione expolitum iudicium, magna doctrina, ingens porro subsidiorum criticorum apparatus: ut haud facile quis illa quidem aetate ad poëtam veterem quendam tractandum et ingenio et eruditione et copiis ornatior atque instructior accesrit. Verum defuit viro egregio circumspecta illa, quae critico omnino esse debet, cautio ac, quod ei cum grammaticis illius aetatis commune fuit, certa in critice exercenda subsidiisque veterum librorum censendis ratio ac norma, et vero in distractissima et occupatissima illa vita sua acrius quoque illud atque intentius studium ipsius poëtae singulorumque locorum. Atque inde in errores delapsus est et graves sane et valde multos. Saepissime illud peccavit, ut si qua ipsi scriptura unius aut alterius codicis vel mediocris notae vel illo loco corrupti imprimis arrisisset aut ad sententiam accommodatior visa esset, posthabita atque neglecta codicum reliquorum auctoritate optimaque scriptura, illum unum aut paucissimos illos temere sequeretur, aut si poëtam, qui varietate et copia omnium poëtarum Latinorum facile princeps est, aliis locis prope idem dixisse reperisset, vel invitis veteribus libris omnibns aut plerisque et optimis, locum, de quo nunc agebatur, ad illos accomodaret atque mutaret, aut si primo statim aspectu vel sensum ali-

cuius versus vel nexum orationis non satis perspexisset, obelo eum notaret aut de corruptione suspicaretur [1]). Multis quoque locis ac vix intelligitur, quo errore iudicii, dicendi quasdam quas habebat delicias loco optimae scripturae obtrudit. In his erat ridiculum prope dixerim studium modi coniunctivi et collectiva cum verbo in plurali ponendi [2]); porro singularis quaedam inclinatio ad affectus et rhetorica pigmenta, repetitiones verborum, contraposita, exclamationes, interrogationes et alia eiusdem generis compluria [3]) Nec raro sese eximia sua facultate coniectandi abripi passus est, ut vel planissimos atque indubitatissimos locos atque scripturas coniectura infestaret. Fere ad similitudinem facetorum quorumdam hominum, qui si quid ridiculi ac faceti in mentem venit, tanta saepe acumine suo splendendi cupiditate agitantur, ut iocos suos vel cum periculo invidiae atque offensionis emittant. Atque Heinsii rationem plerumque secutus est Burmannus [4]), nisi quod et subtilitate iudicii et elegantiae ac doctrinae laude illi longe cedebat. Quomodo vero acciderit, ut ista Heinsio-Burmanniana recensio tantam nacta sit auctoritatem, ut textus, qualis ab illis viris constitutus est, longius toto saeculo

---

[1]) Pro argumento huius sententiae possunt esse ducenta illa exempla, quae e Tristibus infra attulimus.

[2]) Vid. Trist. I, 5, 45. 46., III, 3, 6., III, 4, 64., III, 8, 17., IV, 2, 2—15., IV, 3, 74. 78., IV, 6, 49., V, 1, 80., V, 4, 47., V, 8, 6., II, 15., IV, 1, 55.

[3]) Vid. Trist. I, 1, 57., III, 8, 11., IV, 3, 13., IV, 10, 119., V, 2, 37 51., V, 14, 37., IV, 3, 65.

[4]) Vid. Trist. I, 2, 77., I, 3, 65. 91., III, 11, 14. 25. 26., I, 7, 2., III, 1, 29. 35. 41., IV, 2, 20. 60., IV, 1, 15., IV, 4, 23., V, 1, 66. 88., V, 2, 72., V, 4, 47., V, 6, 3., V, 8, 1.

et ad nostram propemodum aetatem quasi pro integra ac nova vulgata sit habitus, non est huius institutae scriptionis copiosius exponere. Ego vero, ut breviter dicam, de ea sic sentio, sic iudico: permultos quidem locos corruptissimos ab Heinsio divina quadam sagacitate atque eruditione integritati suae esse restitutos aut contra suspiciones ac dubitationes ab aliis grammaticis excitatas defensos atque confirmatos. At idem ego affirmo, nil reverens reprehensionem, quam huius sententiae novitas apud eos, qui rem accuratius perquirere nolent, sit habitura, ab eodem Heinsio et parum felici eius sectatore Burmanno textum Nasonis carminum ita multis locis esse depravatum, ut nullus fere scriptor Latinus ab editoribus peius habitus magisque corruptus esse videatur, et quemvis fere codicem de melioribus quidem et quamvis fere editionem saeculi XV., si Bononiensem excipias, omnium operum Ovidii plus mille quingentis, Tristium autem plus ducentis locis emendatiorem et integriorem exhibere textum, quam laudatam istam Heinsii et Burmanni recensionem [1]).

Merkelius, nuperrimus Ovidii Tristium editor, qui Heinsii curis Ovidianis omnia summa tribuit, *rem in Tristibus castigandis*, nam de reliquis Nasonis poëmatis nunc non agitur, inde potissimum *non ita, ut oportuerit, ab Heinsio gestam esse* scribit, quod imprudentius secutus sit codices Italos, valde interpolatos, Vaticanum primum, Mediceum, Politianeos duos, Palatinum secundum et Combianum (sive Dresdensem),

---

[1]) Vid. exempla, quae modo de Burmanni ratione attulimus, et ducenta illa, quae infra allata sunt.

eumque de illo peccato imprudentiae multis excusat. Sed vehementer errat vir doctissimus, neque facile quicquam in Heinsii commentatione deprehendas, quod ad falsam istam opinionem ducere videatur. Non fraudi fuerunt Heinsio codices Itali illi, neque alii, Germanici, Gallici aut Belgici, sed caussa tot eius errorum atque corruptionum, ut modo diximus, quaerenda omnis est tum in consuetudine et ratione illius aetatis, tum et maxime in summa viri ad scripturam mutandam licentia, in singulari quadam libidine coniectandi poëtamque, ubi aliquid vitiosi suspicaretur, corrigendi, tum in eo quod pertinacius ei studium, ac saepe etiam certa ratio defuerit criticam exercendi codicesque adhibendi. Quod ne temere confirmare videamur, centum et viginti e Tristibus locos (nam multo plures in promptu sunt), in quibus Heinsius non Italos codices illos, ut Merkelius opinatur, sed alios aut prorsus nullos secutus scripturam prave mutarit, apponemus. Ex mera coniectura, *non ex Italis illis*, integerrimam scripturam depravit Trist. I, 1, 57., I, 3, 45., I, 4, 12., I, 8, 12., III, 1, 67., III, 2, 3., III, 3, 21., III, 4, 21., III, 5, 68., III, 8, 9., III, 10, 19., III, 12, 36. 39., III, 13, 28., IV, 2, 27., IV, 3, 55., V, 5, 11., V, 8, 38., V, 9, 35., V, 11, 5. Ex uno codice, *non Italo*, I, 1, 77. 90., I, 3, 13. 42. 87., I, 4, 11., I, 8, 20. 42., II, 6. 49. 54. 408., III, 1, 21. 25., III, 5, 29., III, 6, 27., III, 8, 19., III, 9, 18., III, 10, 50., III, 11, 73., III, 12, 10., IV, 2, 51. 27. 29., IV, 3, 66. 71. 74. 78. 84., IV, 4, 20., IV, 6, 41., IV, 8, 44., IV, 10, 9. 91. 105., V, 2, 45. 65. 68., V, 3, 42., V, 5, 5. 56., V, 7, 51.,

V, 8, 6., V, 10, 11., V, 11, 8., V, 13, 32. 34., V, 14, 36. E duobus, *non Italis*, I, 1, 69., I, 2, 12., II, 148. 202., III, 8, 13., IV, 3, 62., V, 11, 5., V, 12, 49., V, 13, 28. 34., V, 14, 1. 5. E tribus, *non Italis*, I, 4, 11., III, 8, 10., III, 9, 18., III, 12, 36., IV, 4, 59. 73. 76., IV, 1, 68. 84. 101., IV, 10, 92., V, 2, 77., V, 9, 7. E quatuor, *non Italis*, I, 1, 97., IV, 2, 2., IV, 4, 53. E paucis, *non Italis*, I, 1, 30., I, 11, 3., II, 303. 402. 418. 33., III, 1, 79., III, 3, 60., III, 7, 41., III, 14, 43., IV, 2, 2., IV, 3, 64., IV, 4, 53. 58. 12., IV, 6, 41., V, 2, 19. 36. 37, 62. 71., V, 7, 29., V, 11, 16., V, 12, 26. 58., V, 13, 2. 12. 25. Addo inter ducentos et quinquaginta locos, tot enim fere Heinsius in Tristibus prave mutavit aut infestavit, si recte vidi atque computavi, non nisi triginta reperiuntur, quos sola illorum codicum auctoritate correxisse videatur, scilicet: I, 2, 33., I, 8, 30., I, 9, 4., II, 8. 155. 230. 270. 299. 343., III, 1, 53., III, 4, 67., III, 5, 6., III, 6, 36., III, 9, 24., III, 10, 23., III, 11, 27., III, 12, 9., III, 14, 52., IV, 1, 21. 41. 66., IV, 4, 8., IV, 6, 7. 23., V, 1, 30., V, 2, 59., V, 6, 3. 36., V, 7, 11., V, 12, 12., V, 14, 35.

Ad recentiores Tristium recensiones quod attinet, complures quidem nostro aevo exstiterunt horum carminum editores, qui in titulis ac praefationibus editionum suarum textum sese recognovisse atque emendasse profiterentur, Oberlinus, Harlesius, Nic. Klein, Platz, alii. Sed horum omnium cura, licet pauca emendarint, propemodum tota adhuc pendet e recensione ac ratione Heinsio-Burmanniana. Laetiora ex-

spectantur ab Ioanne Christiano Jahn in nova, quam parat, omnium Nasonis operum editione: cuius viri in Ovidio apprime versati operam ad textum quoque Tristium emendandum perutilem ac fructuosam esse futuram, tum ex eo provideri potest, quod in duobus prioribus, quae iam prodierunt illius editionis voluminibus Amatoria quae vocantur et Metamorphoses continentibus praestitit, tum ex ipsorum Tristium, quam ante hos X annos scholarum in usum curavit, editione minori; in qua nonnullos locos corruptos feliciter restituit doctaque commentatione defendit atque confirmavit, haud dubie plura correcturus, nisi officium ac ratio tironum in usum annotandi omnem difficiliorem ac longiorem de vera scriptura disputationem excluderet. Anno superiori, cum haec nostra editio iam absoluta preloque tradenda esset, prodiit Tristium editio critica Rudolphi Merkelii. Hic vir permultis in locis id, quod faciendum erat, strenue fecit, praeproperasque atque inconsultas Heinsii ac Burmanni mutationes, nam emendationes tot turpissima, quae illi viri induxerunt vitia appellare vix audeo, e textu expulit, et antiquam ac veram scripturam revocavit. Sed idem vir multa etiam, quibus fax critica adhibenda erat, praetermisit, ac quod dolendum est, permagnam quoque segetem novorum errorum ac vitiorum ipse procreavit futuris editoribus evellendam atque removendam. Multis enim in locis lectiones veterum librorum fide parum firmatas, aut superiorum editorum inanes coniecturas non solum prave retinuit, sed etiam defendit. In aliis optimam integerrimamque scripturam ipse nunc primum corrupit aut in suspicionem vocavit,

atque infelicibus partim suis partim aliorum editorum coniecturis tentavit. Sunt quoque in quibus veram scripturam sine sua culpa sive merito dederit; eos dico locos, ubi receptam a se germanam scripturam rationibus et argumentis parum idoneis confirmavit. Denique multis locis, ubi illud opus esse imprimis videbatur, annotationem criticam nullam adiecit. Ac de statu textus horum carminum et de superioribus eorum recensionibus quidem hactenus.

Praesidia critica, quibus ad recensionem nostram usi sumus, quaeque in commentariis nostris proposuimus, primum sunt variantes, quas prisci horum carminum editores, qui ante Heinsii et Burmanni aetatem fuerunt, e libris manu scriptis excerpserunt, Naugerius, Hercules Ciofanus, Gregorius Bersmannus, alii, quae in Burmanni editione Ovidii operum maiore utcunque descriptae continentur. Bersmanni codicis copiae vero etiam satis diligenter notatae sunt in tribus Bersmanni editionibus. Deinde variae scripturae codicum N. Heinsii, ex ipsius Heinsii et Burmanni schedis autographis et apparatu critico expletae atque correctae. Quales enim in Burmanni editione maiore adhuc annotatae exstabant, incertae ac parum integrae erant, atque in maxime dubiis saepe locis, quam lectionem plurimi et optimi libri haberent, frustra quaerebatur. Namque N. Heinsius, cuius exemplum secutus est, vel potius, cuius schedas utcunque congestas atque conglutinatas edidit Burmannus, sive morem atque consuetudinem sequutus illius aetatis, sive qui harum copiarum post se usus esse posset, incuriosus, sive denique quod non in animo habuit, ple-

niorem operum Ovidii editionem adornare, in commentario suo multorum quos contulit codicum varias lectiones parum diligenter attulit, permultisque in locis de eorum scriptura ac discrepantia aut prorsus tacuit, aut nonnisi paucos de multis diserte significavit, aut eos nominibus, qualia sunt *pauci codd., plures, multi, aliquot, meliores,* et similibus, universe tantum et obiter commemoravit. Quid? quod non uno in loco illud humani commisit, ut si quae scriptura ipsi imprimis arrisisset, quo maior ei fides esset, multos aut plurimos codices, si nonnisi unus et alter vel pauci, si mediocris notae codices, optimos sive meliores eam exhibere falso affirmarit [1]). Quare felici sane ad emendandum ac restituendum horum carminum textum fato accidit ut virorum his literis apprime deditorum cura et impensa Heinsianarum schedarum autographarum et Burmanniani apparatus critici magna pars sit servata: quo nobis quoque opportunitas parata est, mancam atque incorrectam illam variantium congeriem augendi, explendi atque emendandi. Atque ea res ita se habet. Burmannus, in cuius manus Heinsii de Ovidio chartae ac lucubrationes, quae quidem obitu illius adhuc exstabant, per heredes illius pervenerant, haud dubie, uti etiam in praefatione Lucani ipse scribit, alteram Nasonis operum editionem meditans, ingentem multitudinem variantium, quae in editione sua non continebantur, inter versus et in marginem exemplaris sui transscripserat, imprimis e Puteaneo, Lei-

---

[1]) Vid. Trist. I, 2, 81. 99., I, 1, 97., II, 203. 343. 480., III, 3, 37., III, 11, 63., IV, 2, 6., V, 6, 14., V, 12. 49.

densi, Buslidiano, fragmento Revii, Serviano, Regió, Moretano, Barberiniano, Iuniano et editione principe. Illud exemplar cum autographis Heinsianis per variorum dominorum succesiones tandem dono Diezii pervenit in bibliothecam regiam Berolinensem. Itaque ego, ipsa quoque autographa Heinsiana, unde Burmannus illa sua hausisset, ibi exstare atque servari quum nescirem, primum illius Burmanniani exempli variantes diligenter excerpsi iisque commentarios meos explevi. Verum quum allata et inspecta, de qua modo dictum est, nova editione Merkelii, hunc virum ipsas quoque Heinsii schedas, certe partem earum, quae me latuerant, excussisse et in commentario suo describendas curasse intelligerem; statim totum opus retractavi et quicquid inde utile per Merkelium apparatui critico accesserat, cura secunda commentariis meis inserui: ut ista editio nunc omnes illius Heinsio-Burmanniani apparatus copias plenas et integras complectatur. Exstant autem in illis schedis Heinsianis primum integrae collationes, ab ipso Heinsio institutae librorum duodecim: 1) codicis Buslidiani, 2) Francofurtensis, 3) Gallici, 4) Leidensis, 5) Iunii, 6) Moretani, 7) Politiani, qui vulgo sub nomine *excerpta Politiani* citatur, quae post I. Fr. Gronovium N. Heinsius in itinere Italico denuo descripsit, 9) Regii, 10) fragmenti Revii, 11) Servii, 12) editionis principis sive Romanae. Accedunt integrae collationes, quas Heinsius ab aliis viris doctis acceperat, Palatini 1. et 2., Pirckheimeriani sive Arundeliani, et excerpta Is. Vossii e codice ignoto.

Sed codices omnes, quorum variae lectiones in

saepe memorata editione Burmanniana et in illo, de quo modo dixi, apparatu manu scripto continentur, ordine nunc referam et quicquid de unoquoque aut ab aliis relatum reperi aut ipse observavi, adiiciam. Primum sunt codices quorum copias e priorum editorum commentariis Heinsius ac Burmannus prompserunt, qui sunt sex Herculis Ciofani, editoris Nasonis operum Sulmonensis: 1) Maffei sive Maffeianus, 2—6) V Vaticani, quorum tamen plerumque nonnisi II vel III memorantur; item 8) Bersmannianus sive codex Gregorii Bersmanni, Ferrariae in Italia repertus, de quo supra memoratum est, et 9. 10) Barthii II, si modo unquam fuerunt, quos Burmannus nonnisi e Barthii Animadversionibus cognovisse videtur, nec nisi semel bisve laudavit. Deinde sunt codices, quorum variantes Heinsius et Burmannus aut ipsi excerpserunt, aut ab aliis excerptas acceperunt: 11) Ambrosianus rarissime laudatus. 12) Arundelianus sive Pirckheimerianus, scriptus Balini in Germania, cuius exstat collatio a I. Fr. Gronovio facta in margine exemplaris editionis Francofurtensis anni 1582, quod servatur in bibliotheca regia Berolinensi (b. Diezii). Codex erat membranaceus. In calce haec legebantur: *Explicit P. Ovidii Nasonis de Tristibus, quos V libros Nicolaus Crabel in Studio Patavino anno 1448 . . . ., tunc temporis ibi studens in canonibus.* 13) codex auctoris Electorum Etonensium, membranaceus. Vid. infra de cod. Iun. 14) Barberinianus, Italus, qui raro laudatur. 15) Basiliensis. 16) Bernensis, cuius collatio integra et accuratissima in apparatu manu scripto Heinsio-Burmanniano (Biblioth.

reg. Berol. bibl. Diezii Ms. 4. 148. e) exsat ab Hieronimo Stettlero, Bernate a. 1718 Burmanni rogatu facta et sic inscripta: *Vetustissimus codex membranaceus Tristium Ovidii, collatus cum editione P. Burmanni et ubi dissentit summa cum fide annotatum.* Huius variantes a Burmanno rarissime inspectas et laudatas ego ex ipsis schedis accuratissime excerpsi. Hic cod. V, 12, 40. desinit. 17) Bononinensis. 18) Boxhornii fragmentum, raro citatum. 19 — 20) Buslidianus et Combii sive Combianus, de quibus infra dicetur. 21) Douzae codex, qui raro in partes vocatur. 22) Erfurtensis, qui et idem ab Heinsio rarissime, nec fere nisi e Zinzerlingii Dissertationibus laudatur. Hic idem est cum Gothano, de quo infra dicetur. 23) Francofurtensis, olim ecclesiae S. Bartholomaei, hodie bibliothecae publicae, membranaceus, saeculi ut videtur, decimi tertii. 24) Gallicus. Gallicorum nomine plures quidem laudantur, et sunt etiam plures in his Heinsii codicibus Gallici, sed quae ab Heinsio et Burmanno sub nomine Gallici afferuntur, ex uno et eodem hausta sunt codice, quem Heinsius dono acceperat a Thuano iuniore, illo, qui legatus Galliae apud Batavos fuit. 25) Gottorpianus, ab Heinsio excerptus, sed raro laudatus. 26) Gronovianus, raro et e Gronovii plerumque Observationibus laudatus, qui non confundendus est cum Pirckheimeriano, qui et ipse cum a Gronovio, ut supra memoratum est, collatus sit, nonnunquam Gronovianus appellari dicitur. 27) Hafniensis. 28) codex ecclesiae cathedralis Hamburgensis, qui ab Heinsio persaepe inter praestantiores et vetustiores citatur. 29) Mat-

thaei Herculani, raro laudatus. 30) Italicus. 31) Iunianus, sive Patricii Hadriani Iunii, Londinensis, qui omnia Ovidii carmina continebat, teste Heinsio, qui eum iuvenis contulit et de eo sic scribit: *recentissimae, minutae admodum ac plane monachalis manus, — non quidem vetustus, emendate tamen et fideliter descriptus.* Syllog. Epist. III. p. 80. 82. 131. Ceterum hic idem videter esse cum codice auctoris Electorum Etonensium, sententia Burmanni ad Trist. I, 8, 10., de qua re, cum ille rarissime laudetur, nobis iudicium non est. 32) Iureti sive Iuretanus. 33) Leidensis, quem Heinsius bis contulit, quam duplicem collationem Merkelius e duobus diversis codicibus esse opinatus falso in commentario suo Leidensem I. et II. laudavit, ut nuper alio loco luculentius docuimus. Heinsius de eo haec notat: *Codex bibliothecae Leidensis, in membrana, sed non vetustus.* Hic codex V, 13, 19. desinit. 34) Mediceae bibliothecae duo vel tres, quanquam ab Heinsio plerumque nonnisi *unus* aut *primus Mediceus* memoratur. 35) Codex Medonianus sive Bernardi Medonii, senatoris Tolosani, a quo Heinsius eum dono acceperat. 36) Moretanus sive Balthasaris Moreti, typographi Antverpiensis, membranaceus, in quo pleraque Ovidii, teste Heinsio. Vid. Syllog. Epist. III. p. 137. 676. 37) Merulae codex nonnisi bis vel ter laudatus. 38) Naugerianus sive Naugerii, editoris Ovidii operum, qui Heinsio nonnisi ex Naugerii editione notus fuisse videtur. 39—40) Palatini duo, quorum prioris collatio exstat in exemplari editionis Francof. a. 1582, quod est in bibliotheca regia Berolinensi (b. Diezii). Scri-

ptum in eo legitur: *collati sunt hi V libri Tristium cum duobus manu scriptis bibliothecae Palatinae. Ubi simpliciter sine ulla nota lectio est enotata, ea est ex Mspto membranaceo, quem contulit Ianus Gebhardus anno 1613. Ubi vero additum 2 d., ea est lectio manu scripti chartacei, quem contulit Ianus Gruterus anno 1595.* Heinsius Palatini primi praestantiam ignorassse videtur itaque perraro laudavit nomine Palatini secundi. 41) Patavinus, raro laudatus. 42—43) Excerpta Angeli Politiani, de quibus Merkelius refert: non ab eius manu, ista enim servantur Florentiae in bibliotheca Marciana Dominicanorum, hodie opinor in Medicea (Cfr. Syllog. Epist. III. 121, 561.), sed tamen a tribus diversis inspecta, ut certius de iis statuere liceat. Primus I. Fr. Gronovius in peregrinatione Italica anni 1640 pleraque inde in pugillares suos transscripsit, qui ipsi exstant in bibliotheca Berolinensi in bibl. Diez. mss. 8. 176. Is testatur Politianum de illis ita scriptum reliquisse: *Contuli hos V Tristium libros cum vetustis duobus codd., sed vetustiore nonnihil altero ex D. Marci Florentina bibliotheca, quem* a *littera indicat, altero non . . . vetusto ex Medicis libraria, quod* b *littera significat. Ubi uterque congruit codex, nihil apponimus signi. Observavi autem, quod soleo, ut de meo nihil adiicerem atque ne illa quidem omitterem interdum, quae mendosa esse liquebat. die XX Iulii 1493 in Pauli. adiutoribus Nicolao Baldella et Roberto Minucio familiaribus. Angelus Politianus.* Deinde Heinsius in itineribus Italicis denuo excussit. Postremo quaedam ex illis migrarunt in editionem

Parisiensem Barbavianam anni 1762 teste Eberto lex. bibliogr. n. 15377, quam servat bibliotheca Berolinensis sub n. 8. 2719—21. b. D. 44) Puteanus, sive fratrum du Puy, quem Heinsius in schedis exempli primi editionis Elzev. 1629 (biblioth. Berol. b. D. mss. 4. 1070.) sub lit. B. satis, ut apparet, religiose collatum ante CCCC annos scriptum indicavit. In catalogo bibl. regiae Paris. 1744 partis 3. tom. 4. n. 8239. ita describitur: *Cod. membranaceus olim Puteanus Fastorum, Tristium, Ponticorum, saec. XIII.* 45) Regius, Gallicus, quem Heinsius in exemplari primo sub litt. A. (biblioth. Berol.) collatum ita describit: *recentiori manu et mendose scriptus ante annos CCC, in quo lacuna erat a lib. I. eleg. 8. usque ad lib. III. eleg. 1.* In catalogo bibl. reg. Paris. aut sub n. 7993, aut sub 8254 membranaceus et uno saeculo antiquior inducitur. 46) Fragmentum Iacobi Revii, quod olim Petri Danielis Aurelii fuit, librum primum continens. Vetustum hoc dicit N. Heinsius in exemplo tertio (bibl. Berol. b. D. mss. 4. n. 1076), qui illud bis collatum reliquit. 47) Richelianus, Gallicus, qui raro laudatur. 48) Scaligeri codex, qui bis tantum citatur. 49) Servianus, sive Petri servii, medici Romani, qui eum Heinsio dono dederat. Collatus in exemplari primo sub litt. F. bibl. Berol. b. D. 50) Caroli Strozzae, codex Italus. 51) Thuaneus, sive Iacobi Augusti Thuani, comitis Melaei, rarissime citatus. 52) Fragmentum Vaticani, bis tantum ab Heinsio laudatum. 53) Excerpta Isaaci Vossii ex insigni codice, quae ab Heinsio mendose descripta exstant in bibl. Berol. b. D. mss. 148. e. 54) Zulichemianus, ut ab Hein-

sio appellatur, sive Hugenii a Zuylichem, haud crebro laudatus. 55) Editio, ut ab Heinsio dicitur, princeps, Romana, cuius variantes in exemplari primo sub nota D. (bibl. reg. Berol. b. Diezii) accurate enotavit. Atque de toto isto numero e XVII integras collationes, quales Heinsius ipse possedit, habemus, qui sunt: Buslidianus, Francofurtensis, Gallicus, Iunianus, Leidensis, Moretanus, Puteanus, Politiani duo, Regius, fragmentum Revii, Servianus excerpta Vossii, Bersmannianus, Palatini duo, et Pirckheimerianus.

His accedunt collationes nuperrimi horum carminum editoris R. Merkelii: 1) Gothani, membranacei saeculi, teste Merkelio, XIII., qui hodie servatur in bibliotheca ducali Gothana, 2) Guelferbytani, qui olim Gudii fuit, membranacei, auctore Eberto in catal. mss. Guelf. p. 122 saeculi XIII., cuius variantes Merkelius a Schweigero, bibliothecae custode, accepit, 3) VIII editionum, saeculi XV., quae sunt: 1) Veneta Iacobi Rubei a. 1474, 2) Parmensis Stephani Coralli Lugdunensis a. 1477, quam et ego a. 1832 in bibliotheca regia Dresdensi, in qua elegantissimum illius exstat exemplar contuli, 3) Bononiensis II. Balthasaris Azzoguidis a. 1480, cuius exemplar exstat in bibliotheca Zwiccaviensi, 4) Vicentina impressa ab Hermanno Lichtenstein Coloniensi, emendante Barnaba Celsano Vicentino a. 1480, cuius editionis exemplar Merkelius contulit, quod exstat in bibliotheca Zwiccaviensi, 5) Veneta a. 1484, ab iisdem viris edita itaque Vicentinae simillima, 6) Veneta Bernardini de Novaria, praefatus est Bonus Accursius Pisanus, a. 1486, cuius exemplar Merkelius, quod Berolini in bibl. reg. servatur, contulit. Eiusdem exemplar exstat in biblio-

theca Trevirensi, quod ego accurate excussi, 7) Veneta impressa a Mathaeo Capcasa Parmensi, per Bonum Accursium emendata (?) a. 1489. Editio plena mendorum typographicorum, ceterum a Veneta a. 1486 raro discrepans, 8) Veneta opera Boni Accursii per Christophorum de Pensis de Mandello a. 1498, cuius rarissimae editionis Merkelius exemplo usus est, quod exstat in bibliotheca regia Berolinensi (b. Diezii).

His accedunt duae collationes integrae, quae inter schedas Heinsio-Burmannianas (biblioth. reg. Berol. b. Diez. mss. 4. n. 148.) exstant, quarum prior est codicis Bernensis, de qua supra dictum est. Altera est collatio Segueriani, cancellarii Gallici, membranacei, quae instituta et confecta est Parisiis a manu, ut titulus praefert, cuiusdam Samuelis Tenulii, qui etiam de hoc codice notavit: *Prima littera cuiusque versus sola ponitur, nulla diphthongus.* Ea Burmannus, ut etiam Bernensi, uti noluit, Heinsius uti non potuit, quippe post Heinsii editionem a. 1674 demum confecta.

His accedunt variantes quinque codicum, qui a me nunc primum aut denuo collati sunt; quorum primus est Berolinensis (bibl. reg. b. Diez. mss. fol. n. 123.). Est hic membranaceus in folio quod vocant vel forma maxima, cum multis syllabarum compendiis, saeculi ut videtur XII. In fronte habet: *Ovidii de Tristibus I. liber incipit.* Continet Nasonis carmina omnia in II. voluminibus, non ab eadem ut videtur manu scriptis, quorum prius Metamorphoses continet. Posteriori parti haec prope evanida litera subscripta erant: *m cccc x l v i de mense maii. Ego petrus malgarisius notarius patavinus emi hunc librum a mo. Francischino cartulario ducatis septem, tum dimidio*

auxi. C. 241 continet. De prioribus dominis haec habet: *Iani Parrhasii et amicorum. sex aureis emtus Patavii. Antonii Seripandi ex Iani Parrhasii testamento. Ex biblioth. Askewii a. 1785 mihi comparavi Laur. Santenius. Ex bibl. Santenii emi H. F. de Diez a. 1800.* Alter est Relandinus, membranaceus, forma fere quadrata, sine titulo, minutis literis ab imperito vel negligentissimo scriptus librario et a recentiori manu multis locis correctus. Nova carmina parvis intervallis maioribus literis rubro atramento pictis indicantur. Saeculi videtur esse XIV., et nonnihil habet similitudinis cum Guelferbytano. De prioribus eius dominis scriptum est: fuisse eum olim Petri Relandi, deinde Hadriani Relandi, ex auctione librorum H. R. a. 1761 eum emisse Petrum Burmannum secundum, ex huius auctione a. 1779 Laurentium Santenium, e cuius bibliotheca eum a. 1800 comparasse H. F. de Diez, qui eum cum saepe memorato apparatu Heinsio-Burmanniano donavit bibliothecae regiae Berolinensi.

Tertius est Crevennae, chartaceus, in folio minori sive quarto oblongiori, in bibliotheca regia Berolinensi ex eadem donatione Diezii, continens varia: primum Catonis disticha, tum Ovidii Remediorum librum, Heriodes, Tristia, de Arte amatoria, Pontica, et quae Nasoni in quibusdam codicibus tribuuntur carmina minora, de Somno, de Nuce, de Cuculo, de Pulice, de Philomela, al. Crevennae catalogus sub n. 3666 eum ita describit: *Manuscrit sur papier, exécuté en Italie dans le XV. siècle, écrit en lettres de forme.* In fine legitur: *Ovidii liber de Tristibus explicit.* Codex valde mendosus et miserrime multis in locis in-

terpolatus. Hos tres codices a. 1832 in ipsa bibliotheca regia Berolinensi ipse contuli. Quartus est bibliothecae regiae Dresdensis, membranaceus, elegantissimeque scriptus. Qui quamvis litera antiquus sit, tamen cum pentametri in eo ad consuetudinem recentioris aetatis una aut duabus literis retracti sint, non ultra saeculum XIV. videtur ascendere. In Italia scriptus est, signumque gerit Italicae gentis Visconti. Idem continet Pontica et Elegiam ad Liviam. Hunc sero animadverti esse Heinsii Combianum, qui tamen raro eum nec recte ubique laudavit. Ipse contuli in ipsa bibliotheca Dresdensi. Hic codex permultis locis variantes ab eadem manu superscriptas habet, ex uno ac prorsus diverso codice, qui haud valde discrepasse videtur ab ed. Bononiensi. Quintus est Buslidianus sive Collegii, quod olim Lovanii fuit, Buslidiani, nunc bibliothecae Universitatis Lovaniensis. Est membranaceus, forma octava oblonga, minuta litera, saeculi XIV., sine titulo. Decem prima folia minoribus literis, sed tamen ab eadem manu scripta sunt. Hunc codicem primum contulit Heinsius, cuius collatio exstat in bibliotheca regia Berolinensi. Eundem Burmannus quoque excussisse videtur, qui eius variantes in exemplari editionis suae, saepe iam memorato, sub nomine codicis Lovaniensis apposuit. Atque eundem in ipsa civitate Lovanii ipse denuo diligenter contuli; unde factum est, ut variae scripturae huius codicis in nostris commentariis a Merkeliana editione in multis discrepent.

De his VII collationibus variantes codicis Bernensis et Segueriani etiam Merkelius excerpsit et in commentariis suis criticis attulit, qui etiam Berolinen-

sem, Crevennae et Relandinum contulit. Verum quum ego iam diu ante duas illas collationes excerpissem et tres illos codices ipse contulissem, allata Merkelii editione in commentariis meis nihil mutandum putavi, mihique illos codices meo iure asserui, neque hinc inde *meos* appellare codices dubitavi; neque nunc me poenitet mea me potius illorum codicum excerpta describenda curasse, quum Merkelium copias eorum, imprimis Berolinensis et Crevennae, non satis diligenter annotasse cognoverim.

De bonitate horum tot codicum difficile est iudicare, certumque, qua quisque habendus sit fide atque auctoritate, ordinem statuere, quum alii in his saepe locis, alii in illis praestare Ovidiique manum referre videantur; quanquam pessimos ab emendatioribus distinguere haud difficilis opera est. Merkelius nuper multa de familia quadam disseruit singularemque classem posuit *interpolatorum.* Verum quam ardua res sit, qui codices, licet in multis rebus a reliquis discrepent, ex uno eodemque exemplo manarint, et in quo illa eorum cognatio posita sit, disceptare, quamque facilis in tanta obscuritate error sit, nemo in his studiis versatus ignorat, et cum alii tum ipse Merkelius illustri admodum et quod futuris editoribus in hac re cautionem suadeat, exemplo probavit. Namque is Palatinum I., bonum quidem codicem, non interpolatum esse censuit, contra multos alios, in his praecipue Vaticanum I., Mediceum I., utrumque Politiani, Palatinum II. et Combianum nota familiae interpolatae insignivit. At Palatinus ille etsi easdem interpolationes, quas illi, non omnes habet, multas tamen habet alias et proprias, ac re accuratius examinata

facile apparet, eum aeque aut certe non multo minus, interpolatum esse, quam plures alios de Merkelii ista familia interpolata. Vid. e. c. III, 1, 13. 54. 56. 59. 66. 81., III, 2, 16., III, 3, 23. 32. 51. 57. 58. 63. 85., III, 4, 9. 25. 27. 40. 50. 72. atque ita passim. Sed paullo graviora proferam, quo illud luculentius atque evidentius declaretur. Quum primum Combianum a Merkelio, ut modo dixi, inter interpolatos referri legerem eumque (p. XXXVIII.) praecipue *eleganter interpolatum* appellari viderem, mirabar, quod ea res attentionem meam, qui illum codicem ipse in manu habuissem atque excussissem, fugisset; mirabar etiam, unde Merkelius illud sciret, quum codicem nec ipse vidisset, nec nisi e XXX vel ad summum XL variantibus, quae in commentario N. Heinsii nec satis accurate enotatae exstarent, cognovisset, e tam paucis autem variis scripturis de totius codicis ratione ac natura non certo statui posse videretur. Itaque constitui diligentius, quomodo ea res sese haberet, inquirere codicemque hunc Merkelio auctore *eleganter interpolatum* cum Palatino I. eodem Merkelio auctore omnium optimo conferre. Tota autem utriusque codicis variantium silva cum cura pertractata atque pervestigata, vide quid evenerit. In Tristium Libro I. in Palatino interpolationes, quae haberi possunt (nam de manifestis librariorum peccatis, quales sunt Palatini I, 11, 11., I, 10, 47., al. nunc non agitur), inveni XLIV, in Dresdensi XXXIX; in Libro II. in Palatino XXXIV, in Dresdensi XXX; in Libro III. in Palatino L, in Dresdensi XLI; in Libro IV. in Palatino XXXVIII, in Dresdensi XXXI; in Libro V. in utroque codice circiter XLVIII.

At idem Merkelius graviter errat, Palatinum illum bonitate atque integritate scripturae ceteris codicibus tam longe antecellere putans, ut illius unius auctoritas maior sit habenda, quam reliquorum veterum librorum omnium. Iam de artificio illo, quo in proponendis huius codicis variantibus usus est, ut eum ubique verae scripturae auctorem et omnium bonorum codicum quasi antesignanum esse ostenderet, non attinet pluribus disputare. Quilibet enim harum rerum non plane ignarus atque insolens, vel non monitus facile ipse intelligit, quum e. c. annotatum legerit: I, 2, 107. *Pal. 1., Guelf. et plurimi,* III, 4, 57. *Pal. 1. cum plurimis aliis et vett. edd.,* I, 2, 108. *Pal. 1. nec pauci alii,* II, 40. *Pal 1. cum maiori Heinsianorum et nostrorum numero,* II, 43. *Pal. 1. cum longe plurimis,* II. 49. *Pal. cum reliquis omnibus,* II, 278. 376. 337., III, 7, 53. *Pal. 1 et plurimi,* Palatinum istum in his ac talibus locis omnibus nihil praestare ceteris. Verum nobis, editoris munus suscepisse professis, in illa communi et obvia observatione consistere et acquiescere non licuit, quum praesertim ea res ad quaestionem de summa in scriptura horum carminum constituenda auctoritate pertineret. Quare eundem Combianum sive Dresdensem qui unus ex illis, Merkelio iudice, peioribus est, qui Heinsium in fraudem induxerunt (Praef. p. XVIII.), cum Palatino in hoc quoque genere contulimus; neque hercule alius fuit huius curae eventus, atque quum quaereremus de interpolatione. In IV enim primis Tristium libris editio Merkeliana discrepantias ab editione Heinsio-Burmanniana, quae quidem rectae esse videntur, habet circiter CLXXXX. Ex his emendationibus Palatinus I.

et Combianus communes habent: I, 1, 2. 25. 57. 69. 77. 90. 97. 115. 125. I, 2, 12. 23. 41. 47. 69. 70. 77. 81. 96. 106. 107. I, 3, 2. 13. 42. 45. 65. 87. 100. I, 4, 5. 11. 12. 25. I, 5, 24. 45. 46. 51. I, 6, 2. 7. 8. I, 7, 2. 5. 8. I, 8, 12. 20. 42. 45. I, 9, 22. 56. I, 10, 43. I, 11, 3. 36. — II, 6. 17. 135. 147. 148. 155. 160. 175. 183. 187. 202. 230. 299. 303. 353. 402. 408. 414. 461. 491. 518. — III, 1, 1. 21. 25. 29. 41. 53. III, 2, 3. III, 3, 6. 7. 20. 33. 60. 67. III, 4, 20. 49. 57. 67. III, 5, 29. 5. III, 6, 27. 38. III, 7, 51. III, 8, 9. 10. 11. 12. 19. 24. III, 9, 18. 23. 32. III, 10, 19. 36. 45. III, 11, 12. 24. 25. 26. 27. 28. 54. 63. 64. 73. III, 12, 5. 10. 28. 36. 39. 53. III, 13, 13. 18. 21. III, 14, 7. 11. 43. 51. — IV, 1, 7. 41. 46. 48. 66. 68. 76. 84. 86. IV, 2, 2. 15. 19. 26. 27. 41. 60. 65. IV, 3, 28. 48. 55. 62. 66. 71. 74. 76. 84. IV, 4, 1. 8. 12. 20. 21. 23. 28. 41. 58. 59. 73. 76. 83. IV, 5, 11. 33. IV, 6, 7. 14. 23. 40. 41. 42. 49. IV, 8, 11. IV, 9, 23. IV, 10, 9. 79. 85. 81. 105. 118. 119. Palatinus solus veram scripturam exhibet: I, 1, 12. I, 2, 33. I, 5, 61. II, 518. 537. III, 11, 66. IV, 3, 42. IV, 7, 15. Contra Dresdensis solus totidem aliis locis, ubi Palatinus aliam scripturam tuetur, antiquam manum servavit: II, 126. 270. 282. 291. 561. III, 1, 35. III, 3, 57. III, 6, 32. III, 8, 17. Unde manifestum est hos duos codices, ex ipsius Merkelii recensione quantum iudicari potest, bonitate prorsus pares esse. Namque illud ostendere omittimus, eundem Dresdensem etiam aliis in locis, ubi Palatinum frustra consulas, germanam scripturam tueri. Neque solum alii libri manu scripti Palatino illi integritate

non concedunt, sed etiam vetustae editiones. Sic (nam de editione principe infra dicetur) de CXCI quatuor primorum Tristium librorum locis, in quibus Merkelii editionem a scriptura Heinsio-Burmanniana discrepare modo docuimus, CLXXVIII sunt, ubi etiam Veneta anni 1486 veram scripturam exhibet; ut ista editio nonnisi XIII locis a Palatino discedat, scil.: I, 1, 12. 125. I, 2, 47. II, 147. III, 3, 33. III, 10, 45. III, 12, 5. 10. IV, 2, 60. IV, 3, 71. IV, 4, 28. IV, 5, 33. IV, 10, 79. At harum XIII varietatum aliae in levissimis verborum transpositionibus sitae sunt, sc. I, 2, 47., III, 3, 33., III, 12, 10., IV, 3, 71., IV, 5, 33., et fortasse ex parte a typothetarum negligentia originem habent, aliae alioquin leviculae sunt, sc. II, 147. III, 10, 45., nec nisi quatuor sunt, sc. IV, 2, 60., IV, 7, 15., IV, 10, 79. et I, 1, 12., quae paullo graviores haberi mereantur.

Levicula videatur opera ac minuta talia perquirere, atque est ea permolesta sane et iniucunda; neque tamen videtur esse inutilis, quia sic efficitur, ne quis, qui posthac his carminibus operam navare velit, futilibus huiusmodi opinionum commentis persuasus tot optimorum codicum et vetustissimarum editionum fidem parvi habeat atque contemnat, neve Merkelii ad exemplum auctoritate illius codicis nova poëtae optimo vulnera infligat, aut ab illo inflicta pro veris emendationibus habenda esse arbitretur.

Sed caput, quod iterum dico, in scriptura horum carminum recognoscenda illud est, ne iudicio Heinsii, nam Burmanni emendationes paucae sunt et pleraeque omnes falsae, in hac re nimium tribuamus, sed persuasum habeamus, innumerabiles fere ab illo viro

inductas novas scripturas plerasque quasi tumultuarias atque dubias esse, partimque meras coniecturas, quas integerrimae Nasonis scripturae praepropere supposuerit, partim e codicibus multis, paucis, mediocribus, pessimis, plerumque sine ratione esse conflatas, quae non solum optimorum quorumque codicum manu scriptorum consensui, sed etiam optimis veteribus edd., et persaepe etiam rationi sententiae orationisque contextui repugnent.

Sed ut eo, unde huc declinavit, revocetur oratio, de gentibus ac singulari cognatione codicum equidem longa eorum tractione nihil fere aliud pro certo explorare potui, nisi codices Vaticanum I., Palatinum II. (qui est Heinsii Palatinus I.), utrumque Politiani et Mediceum nonnullis in locis gravioribus conspirare. Berolinensis et Pirckheimerianus in eo similes sunt, quod eadem argumenta sive carminum summas, ex uno versiculo constantes, continent. Magnam autem similitudinem habent, quantum quidem e collationibus, quales ex Heinsii schedis possidemus, iudicari potest, Palatinus I. et editio princeps, quae similitudo cum in reliquis Tristium libris omnibus cernitur, tum maxime in libro II., in quo nonnisi in duobus locis diversas a se invicem atque pugnantes scripturas exhibent, et in plerisque varietatibus omnibus vel in iis, quae singulares et insolentiores sunt, mire conpirant. Vid. II, 65. 80. 85. *99*. 109. 113. 118. 138. 147. 153. 158. 160. *170*. 208. 209. 237. 238. 268. *273*. 278. 282. 304. 305. 306. 321. 378. 385. 429. 463. 472. *498*. 526. 530. Similitudo denique Palatini I. et editionis Ven. a. 1486, itaque etiam huius et editionis principis, manifesta est ex iis, quae supra disputata sunt. At-

que huic Venetae rursus valde similes sunt reliquae vett. edd. saeculi XV. omnes, excepta una Bononiensi.

Ceterum inter praestantiores numerandi Tristium codices videntur Combianus sive Dresdensis, Palatinus I., Hamburgensis., Vaticanus I., Gothanus, Guelferbytanus, Puteanus, Bernensis, Maffeianus. Satis boni quoque Bersmannianus, Buslidianus, Francofurtensis, Mediceus I., Gottorpianus, Vossianus sive excerpta Vosii, Berolinensis, Pirckheimerianus, Gallicus, Politianus I., Palatinus II. Valde mediocres Relandinus, Regius, Seguerianus, Crevennae, Leidensis, Moretanus, Servianus et Iunianus. Inter tot illos Heinsianos haud dubie etiam multi alii integritate excellunt. Verum plerique tam raro laudantur, ut etiamsi in paucis cum optimis libris consentiant, tamen in universum de eorum bonitate ac fide iudicari minime possit.

De veteribus editionibus, quarum multae in promptu fuerunt, nonnisi variantes IX editionum saeculi XV., quae ante memoratae sunt, in commentario nostro proposuimus. Namque diligentiori earum comparatione atque inspectione cognovimus, inde ab Aldina I. omnes ex illis descriptas, et sicubi discrepent, ab editoribus utcunque atque incerta auctoritate vetustatis esse emendatas, itaque parum ad textum quem vocant constituendum ponderis atque momenti habere. Neque ipsae illae editiones saeculi XV. omnes e singularibus codicibus excusae esse videntur. Bona est de qua ante memoravi editio princeps. De VIII reliquis, quae et ipsae bonae sunt, una Bononiensi excepta, qui unam norit, prope omnes norit. Namque in rebus plerisque, quod de tribus illis, quae a Bono Accursio

curatae esse dicuntur, per se manifestum est, fere ubique consentiunt, ut posteriores a prioribus descriptae esse videantur, licet editores in titulis, editiones suas a se recognitas atque emendatas esse profiteantur. Bononiensis II. a reliquis editionibus et melioribus codicibus valde discrepat, quam tamen diversitatem non omnem e singulari quodam codice, sed magna certe ex parte a Francisco Puteolano, qui Bononiensem I., unde haec altera ab eodem typographo est descripta, recognovit, profectam esse existimem. Venetam anni 1492 neque Merkelius contulit, neque ego usquam nancisci ad conferendum potui, cuius tamen rei me non valde poenitet, quum ex Amatoriis et Metamorphosibus in ed. Jahni, qui eam contulit, exiguum illius a reliquis Venetis esse discrimen didicerim.

In commentariis primum copiose disserui de ipso, qui vocatur, textu, receptamque a me scripturam tum meis rationibus atque argumentis tum aliorum, qui me in commentandis his carminibus antecesserunt, vindicavi atque confirmavi; deinde quae aliquam difficultatem aut obscuritatem aut insolentiam habere videbantur, verba, locutiones, structuras, item orationis elegantias et vitia, item res historicas et geographicas, fabulas et antiquitates quas vocant, exposui atque illustravi, in quo imprimis cura fuit, ut ubique proprium huic poëtae et dicendi et sentiendi modum, voces, sententiarum formas, sententias, affectus et alia huius generis, quibus ratio et oratio Nasoniana cognoscitur, patefacerem atque explicarem. Atque in toto illo interpretandi munere ita plerumque sum versatus, ut primum res ipsas breviter exponerem, tum ubi opus videbatur, argumentis, locis similibus ac testimoniis

aut ex ipso Nasone aut aliunde petitis confirmarem, denique auctores et veteres et recentiores citarem, apud quos eadem uberius tractatae reperirentur, ut si quis accuratiorem et pleniorem earum notitiam aut maiorem fidem quaereret, fontes sciret, quos adire et unde uberiora ac subtiliora repetere posset.

Sed erunt fortasse, qui me in his commentariis nonnusquam paullo copiosiorem fuisse et annotasse existiment, quae commode potuissent omitti. Verum quam difficile sit, in hoc genere modum invenire, qui quidem pariter omnium iudicio probetur, omnium postulatis satisfaciat, vel ex eo apparet, quod eos ipsos, qui talia ipsi scribunt, quorum tamen gravissima in hac re debet esse auctoritas, mirum quantum de eo dissentire videmus. Quare ego illum tenui modum, qui consilio meo accomodatissimus esse videbatur. Cumque pleniorem etiam ad interpretationem et copias grammaticas horum carminum editionem in animo haberem, non ubique intentior cura fuit, ne quid annotarem, quod fortasse a viris perdoctis et in his literis admodum versatis supervacaneum haberi posset, verum illud potius spectavi unice, ut annotatio nostra, quoad fieri posset, omnino omnium lectorum, etiam eorum, qui in his studiis haud ita longe progressi essent, desiderio et usui responderet, opemque ad percipiendum poëtae sensum commodam aut necessariam ubivis suppeditaret. Quanquam nonnulla satis expedita minimeque obscura a me diligentius atque impensius tractata sunt, quam opus esse videatur. At hi fere sunt loci, in quibus explanandis, quamvis parum difficultatis haberent, superiores editores graviter lapsos esse repereram. Igitur, ne huiusmodi erroribus

atque commentis parum scitis apponendis ac refellendis spatium male consumerem, neu commentarios meos inani illo pondere onerarem, et tamen, quantum in me esset, impedirem atque providerem, ne posthac eadem peccarentur, pro omni talium errorum expositione atque refellendi contentione, ipsos illos locos paullo diligentius atque operiosus tractavi, maiorique copia exemplorum atque doctrinae confirmavi. Sic I, 1, 23. annotatum est, *crimina* solam Artem amatoriam intelligenda, omnesque de ea re locos maxime eam ob caussam attulimus, quod alii interpretes omnia carmina amatoria nec solam Artem significari confirmant. I, 3, 33. pluribus exemplis scripturam *alta Roma* firmavimus, ne quis posthac coniecturam *alma*, ab alio editore propositam, probaret. II, 106. dictionem *non minus* et annotatione explicui et exemplis illustravi; nam alii interpretes eam non intellexerant. II, 499. verba *cultus adulter* annotatione instructa sunt. Res perspicua est: Horatianus ille locus videatur omittendus. Verum si diligentius quaesieris, scripturam *cultus* ab aliis exagitatam et pro corrupta habitam esse reperies.

Praecipua cura fuit, ut singulorum carminum summam atque consilium investigarem. Quae enim in plerisque nunc vulgatis editionibus pro argumentis exhibentur, huiusmodi sunt pleraque, ut poëtam in eodem carmine multas ac diversas saepe res sine elegantia et ordine miscuisse atque confudisse carminaque haec saepe artificiosa compositione carere videantur. Quare ego nexum uniuscuiusque elegiae et *unitatem*, quam in arte poëtica vocant, diligentius indagavi, et pro praefatione in fronte cuiusque carminis

breviter exposui. Illa autem, quae non commode ad singula carmina annotari poterant et ad universum potius genus pertinebant, tractata sunt in Prolegomenis, in quibus de inscriptione, de tempore, quo singuli libri scripti sunt, de virtutibus ac vitiis, atque omnino de tota eorum ratione, qui locus adhuc parum illustratus erat, disputavi.

Quod ad commentarios superiorum editorum, tam in annotatione critica quam in reliqua commentatione eandem propemodum secutus sum rationem, quam in editione mea Epistolarum Heroidum, ut aliorum operas atque copias ubique diligenter consulerem, quaeque ex parte vitiosa ac manca erant, expleta et emendata, quae autem proba commodeque explicata (cuius tamen generis perpauca reperire potui), integra ipsis scriptorum verbis et subiunctis quoque eorum nominibus transscriberem. Neque tamen ubique diu seduloque quaesivi, an quae ego annotarem, iam ab ullo ante me essent observata, quod minutae et obscurae diligentiae est. Semel dico atque ingenue profiteor, me doctas superiorum editorum copias omnes diligentissime excussisse atque in usum meum convertisse, et quanto quisque de his Nasonis carminibus melius meruerit, tanto plus ei a me deberi ad istam editionem qualemcunque conficiendam.

Scripsi Treviris Calend. Iun. MDCCCXXXIX.

P. OVIDII NASONIS

TRISTIUM

LIBRI V.

Inspice, quid portem: nihil hic nisi triste videbis,
Carmine temporibus conveniente suis.

Trist. III, 1, 10.

PROLEGOMENA.

Libri Tristium, in quibus Ovidius mala exsilii sui et omnino, quae animum suum post relictam exsulandi caussa patriam graviter affecere, tractavit, ab ipso poeta a rebus, quas continent, tristibus sunt inscripti; quod manifestum est ex Epist. de Pont. I, 1, 15., ubi illud ipse diserte testatur, his verbis:

> Invenies, quamvis non est *(horum Ponticorum)* miserabilis index *(sc. ut Tristium)*,
> Non minus hoc *(Ponticorum opus)* illo triste, quod ante dedi *(quod est opus Tristium)*.

Quo loco etiam declarat, qua potissimum re Tristia a Ponticis discrepent, nimirum praeter tituli diversitatem eo, quod in Ponticis nomina eorum, ad quos singula carmina missa essent, addiderit; quae in Tristium carminibus, solis iis, quae sunt ad uxorem, exceptis, de industria reticuit, ne illis, ad quos scripsisset, eo amicitiae officio noceret, invidiamque concitaret Principis. Vss. 17. et 18.

> Rebus idem *(hoc Ponticorum opus)*, titulo differt, et epistola cui sit,
> Non occultato nomine, missa docet. — — —

Sed quaeritur, utrum inscribendi sint, sive, quod idem est, a poeta inscripti sint *Tristium libri*, an *de Tristibus libri*. Vetusti libri dissentiunt. Dresd., Fragm. Rev., Put., Franc., Guelf. in calce libri V. et haud dubie multi alii Heinsiani tenent scripturam *Tristium*. Reliqui codd. et vestustisimae edd. omnes inscriptionem praeferunt *de Tristibus*. Sed huic inscriptioni primum obstat ratio atque significatio ipsorum verborum. Nam *de Tristibus* fere liber esset, in quo de tristium

rerum vi atque natura diversisque earum generibus more philosophorum disputaretur, quales sunt libri *de Consolatione, de Amicitia, de Officiis,* alii. Obstat eidem usus quoque atque consuetudo Nasonis, cuius sunt libri *Amorum, Fastorum, Metamorphoseon* et alii. Vid. Scaliger. Poetic. L. III. c. 123. et 126., VI. c. 7. Vera igitur et ipsius Nasonis horum carminum inscriptio videtur esse *libri Tristium* vel potius, ut e ceteris vetustorum librorum inscriptionibus probabiliter concluditur, *Tristium libri,* et non *de Tristibus.*

Quo tempore Tristia composita et edita sint, disertis quidem verbis poeta non prodidit; verum satis clara in iis reperiuntur vestigia, quae diligentius persequentes non solum, quo tempore totum carminum corpus, sed etiam quo anno singuli libri confecti et absoluti sint, eruere et ad liquidum explorare possumus. Sed paullo altius repetendum est. Trist. I., 11, 1 — 6.

> Litera quaecunque est toto tibi lecta libello *(sc. primo Tristium),*
> Est mihi sollicitae tempore facta viae.
> Aut hanc me, gelido tremerem cum mense Decembri,
> Scribentem mediis Hadria vidit aquis,
> Aut postquam bimarem cursu superavimus Isthmon,
> Alteraque est nostrae sumta carina fugae.

E quo carmine apparet, Nasonem aut sub finem mensis Novembris, ut iter per plures dies tempestatibus et adversis ventis aut aliis caussis tractum et impeditum sit, aut ipso ineunte mense Decembri esse ab Urbe profectum patriamque reliquisse. Cui tempori congruunt, certe non repugnant reliqui, unde de tempore coniectura est, libri primi loci, qui ad siderum ortus et occasus pertinent. Primus est I, 4, 1., ubi de navigatione sua in mari Ionio canit:

> Tinguitur oceano custos Erymanthidos Ursae —

Custos Ursae est Arcturus (Vid. interpp. ad h. l.), quod sidus auctore Columella L. XI. c. 1. 2. occidit IV. Cal. Nov. Conf. Plin. H. N. XVIII. c. 31. Hinc Arcturus etiam pro auctumno ponitur et tempore tempestatum ac procellarum. Alter locus est Trist. I, 11, 13 — 16.

Saepe ego nimbosis dubius iactabar ab Hoedis;
Saepe minax Steropes sidere pontus erat,
Fuscabatque diem custos Erymanthidos Ursae,
Aut Hyadas saevis auxerat Auster aquis.

Hoedi ad rationem Romanorum de siderum ortu et occasu oriebantur mense Octobri (Vid. Colum. XI. c. 2., Serv. ad Virg. Aen. IX, 668.), et occidebant sub medium Decembrem. Vid. interpp. ad Virg. l. l., Plin. H. N. XVIII. c. 31. Vergiliae (nam Sterope est una e Pleiadibus, quae a Latinis etiam Latino nomine *Vergiliae* vocantnr) occidebant III. aut VI. Id. Nov. Vid. Plin. H. N. II. c. 47., XVIII. c. 25 — 31., Veget. de Re milit. IV. c. 39., Colum. XI. c. 2. Hyadae, a Latinis etiam Suculae appellatae, occidebant sub initium Decembris. Vid. Colum. l. l. et Plin. XVIII. c. 31.

Pari modo annus invenitur, quo poeta a Caesare Augusto relegatus et in exsilium profectus est, de qua re gravissimus est locus in carmine ad Brutum, Pont. IV, 6, 5. 6., ubi mortem deplorans Fabii Maximi et Caesaris Augusti, quem mortuum constat a. U. C. DCCLXVII. a. d. XIV. Cal. Sept. (Vid. Dio LVI. c. 30. et interpp. ad Tacit. Annal. I. c. 5. et 9.) sic scribit:

In Scythia nobis quinquennis Olympias acta est;
Iam tempus lustri transit in alterius.

In illo igitur carmine, quod aliquot mensibus post obitum Augusti et Fabii Maximi est scriptum, iam quinque totos annos in exsilio sese transegisse scribit. Confirmatur illud altero carmine, Pont. IV, 13., aliquanto post composito, in quo de illo in obitum Augusti carmine sic habet (Vss. 37 — 40.):

Atque aliquis, scribas haec cum de Caesare, dixit,
Caesaris imperio restituendus eras.
Ille quidem dixit, sed me iam, Care, nivali
Sexta relegatum bruma sub axe videt.

Ex illo igitur Ponticorum loco constat, Nasonem anno U. C. DCCLXII., et ex iis, quae supra disputata sunt, mense Novembri aut initio Decembris in exsilium esse profectum.

Natus Ovidius est a. U. C. DCCXI., quod ipse testatur Trist. IV, 10, 5.

Editus hic (*Sulmone*) ego sum, nec non ut tempora noris,
Cum cecidit fato consul uterque pari.

In quo carmine consul uterque intelligendi sunt Hirtius et Pansa, qui in bello et proelio Mutinensi contra M. Antonium perierunt: *alter enim Hirtius*, ut tradit Velleius Paterculus II. c. 61., *in ipsa acie, alter post paucos dies ex vulnere mortem obiit.* Vid Tacit. Annal. I. c. 10. et Dio XLVI. p. 317. Idque factum est a. U. C. DCCXI.

Ac mensem quoque ac diem, quo natus sit, ipse indicavit, Trist. IV, 10, 9 — 14.

Nec stirps prima fui, genito sum fratre creatus,
Qui tribus ante quater mensibus ortus erat.
Lucifer amborum natalibus affuit idem;
Una celebrata est per duo liba dies.
Haec est armiferae festis de quinque Minervae,
Quae fieri pugna prima cruenta solet. —

Nam, quod h. l. significatur festum Minervae, illud est, quod nomen habebat *quinquatrus* sive *quinquatria*, quia quotannis per quinque dies continuos celebrabatur. Fast. III, 809.

. . . . . fiunt sacra Minervae,
Nominaque a iunctis quinque diebus habent.

Vid. ibi interpretes. Eaque sacra XIV. Cal. April. (XIX. Mart.) incipiebant. Vid. Fast. l. l. et ibi interpretes. Kalendar. Gruter. p. CXXXIII. Conf. Varr. I. c. 5. et Gell. Noct. Att. II. c. 21. Cuius festi primus *dies cum sanguine vacaret*, ut ipse auctor est Fast. III, 811., quatuor autem reliqui pugnis gladiatoriis agerentur (Fast. III, 813.

Altera (*dies*) tresque super strata celebrantur arena),

et se loco illo Trist. IV, 10. prima de iis diebus, quae gladiatoriis muneribus illustrarentur, natum dicat, liquido apparet, altera eum quinquatruum die, a. d. XIII. Cal. April., in lucem editum esse.

Ovidius igitur in exsilium profectus est a. U. C. DCCLXII., C. Poppaeo Sabino, Q. Sulpicio Camerino Coss., post Christum natum IX., annos natus LI et VIII circiter menses.

Iam videamus, quo exsilii anno singuli libri Tristium, cuius rei caussa illa disputavimus, sint compositi; nam diverso editos tempore Romamque missos esse, cum ex ipsa ratione librorum (vid. I, 1, 11., III, 1, 14.) discitur, tum disertis poeta verbis ipse dicit. Vid. V, 1, 1., I, 11, 1., III, 1.

Liber primus scriptus est in ipso in exsilium itinere, id quod non obscure ipse significavit. Namque in carmine primo, quod reliquis confectis scriptum et quasi pro praefatione additum est, in medio se ea mari ac tempestatibus componere canit:

> Carmina secessum scribentis et otia quaerunt,
> Me mare, me venti, me fera iactat hiems —

(Scilicet Ovidius, postquam ab Italia per mare Hadriaticum in Graeciam venisset, relicta illa navi super Isthmum Cenchreas, alterum Corinthi portum ad sinum Saronicum, petiit alteramque ibi navim conscendit, qua per multas ambages in Samothraciam delatus est, ibique tertia navi conscensa in Thraciam traiecit et reliquum iter Tomos per Thraciam terra perfecit.) Confirmant illud alia huius libri carmina. Carmen decimum scriptum est in insula Samothracia. Vid I, 10, 21. seqq. Secundum et quartum in mari Ionio. In undecimo et supremo, quod quasi pro epilogo totius libri est, expresse dicit, se et ipsum hoc carmen undecimum et reliqua huius libri omnia in mari conscripsisse:

> Aut hanc *(literam, h. e. librum primum,)* gelido tremerem cum mense Decembri,
> Scribentem mediis Hadria vidit aquis,
> Aut postquam bimarem cursu superavimus Isthmon,
> Alteraque est nostrae sumta carina fugae — — —
> Nunc quoque contenti stridunt Aquilone rudentes,
> Inque modum tumuli concava surgit aqua.

Recte igitur statuitur, librum primum in ipso itinere, antequam in Thraciam pervenisset, absolutum atque e Thracia statim iam ante eius adventum in Pontum, destinatum exsilii locum, Romam missum esse.

Verum duo sunt in hoc libro loci, qui cum ea sententia non satis congruere videntur, quorum prior est I, 5, 61., ubi

suos in itinere errores et casus cum Ulixis erroribus comparans sic habet:

> Nos freta sideribus totis distantia mensos
> Sors tulit in Geticos Sarmaticosque sinus.

Alter est I, 8, 39.:

> Non ego te placida genitum reor Urbe Quirini,
> Urbe, meo quae iam non adeunda pede est;
> Sed scopulis, Ponti quos haec habet ora sinistri —

Unde, cum in iis locis poeta ita loquatur, quasi in Ponto iam adsit, non temere coniicias, eum tunc, cum illa scriberet, vere iam in Ponto fuisse itaque ibi demum hunc librum plane absolvisse Romamque misisse. Sed primum illi loci per prolepsin explicari possunt. Deinde poeta a gravi isto errore etiam alio modo purgari potest. Nam quod ad illa:

> Sors tulit in Geticos Sarmaticosque sinus —

e Strabone constat, Getas quoque in Thracia habitasse et Thraciam saepe Scythicis regionibus, quo relegatus Naso erat, adnumerari. Verba autem:

> . . . Ponti quos haec habet ora sinistri —

ita accipi possunt, ut poeta e mari, ubi ea scriberet, in eas oras, quamvis haud ita prope adesset, digitis ostendere putetur. Olim in tertio loco haerebam, qui est in huius libri carminè sexto, in quo uxorem suam collaudat, quod amicorum praesidio et fortitudine sua rem familiarem et bona sua contra scelesti hominis iniquitatem atque iniuriam fortiter defenderit. Sic enim iudicabam. Cum caussa illa apud iudicia acta ac victa ab uxore esset, non ea omnia intra breve illud poetae itineris tempus potuisse fieri atque absolvi, ac minus etiam uxoris ea de re literas, ad quas in illo carmine respondetur, ad Nasonem pervenire, cum tam tarda esset ea aetate atque incerta ratio literarum perferendarum in itinere praesertim, quale Nasonis fuit, maritimo asperrimaque anni tempestate. At ille scrupulus tollitur, dummodo intelligamus, tarde admodum eum esse profectum, et post plures demum menses, non

ante veris initium a. U. C. DCCLXIII. in destinatum exsilii locum advenisse. Illud autem cum ex eo probabile est, quod mare Aegaeum per hiemis tempus vix navigabile, tum et maxime, quod poeta Cenchreis, Corinthi portu, non recta, sed per multas ambages ad Hellespontum et in Asia minore in Thraciam vectus est. Vid. Trist. I, 10. Statim vero, postquam liber esset absolutus, iam Romam missum esse, inde intelligi potest, quod, si serius missus esset, illam commendationem novitatis et probabilitatem, in ipso mari, ut pluribus locis memorat, esse compositum, non fuisset habiturus: quod etiam eo confirmatur, quod maximus liber secundus ad Augustum et maior pars libri tertii in primo statim exsilii anno est confecta. Liber primus igitur in ipso itinere a poeta compositus et e Thracia, non tamen ante ver a. U. C. DCCLXIII., Romam missus est.

Quo vero tempore liber secundus absolutus sit, manifestum erit, si quo tempore tertius sit conscriptus, ante quaesierimus. L. III, 2, 15.

Dum tamen et ventis dubius iactabar et undis,
Fallebat curas aegraque corda labor;
Ut via finita est et opus requievit eundi,
Et poenae tellus est mihi tacta meae:
Nil nisi flere libet, nec nostro parcior imber
Lumine, de verna quam nive manat aqua —

quae est oratio ad illos locos modo adventantis: uti etiam illa poetae aegrotantis verba III, 3, 29 — 32.

Si tamen implevit mea sors, quos debuit, annos,
Et mihi vivendi tam cito finis adest:
Quantum erat, o magni, perituro parcere, divi,
Ut saltem patria contumularer humo?

et III, 8, 19.

Forsitan hoc olim, cum se satiaverit ira,
Tum quoque sollicita mente rogandus erit —

recentem tum etiam Augusti iram fuisse declarant: uti omnino posterius carmen recentem poetae in Scythiam adventum spirat. Carmen decimum vividissimam ac verissimam

hiemis Tomitanae descriptionem periculorumque, quibus illi tractus per hiemem sint expositi, continet. Iam cum ex iis, quae supra dicta sunt, probabile sit, non ipsa, qua Roma profectus sit, hieme, sed vere demum ad Scythiam eum adventasse, non ante hiemem a. U. C. DCCLXIII. carmen illud compositum esse apparet. De hieme a. DCCLXIII. etiam intelligenda illa III, 12, 1. 2.

Frigora iam Zephyri minuunt, annoque peracto
Longior antiquis visa Maeotis hiems —

cum de hieme a. DCCLXII., ut quam non degerat in Scythia, illa *longior antiquis visa* dicere non potuisset. Atque eadem de caussa ad ver a. DCCLXIV. referendum est carmen decimum tertium in natalem suum, si quidem natali a. DCCLXIII. nondum in Sythiam advenerat. Cum porro toti libro nihil insit, quod ad seriora tempora referatur, et liber quartus, ut statim luculenter demonstrabitur, in altera parte secundi exsilii anni et initio anni tertii compositus sit, librum tertium apparet iam octavo decimo post poetae discessum ab Urbe mense, vere a. U. C. DCCLXIV., poetae a. LIII., esse absolutum. Ante illud autem tempus, igitur primo statim anno, quo exsulatum abiit, composuit librum secundum, ad Augustum. Cum quo tempore plane congruit II, 170 — 177., qui locus ad bellum Germanicum referendus, quod post Varianam in Germania cladem a. DCCLXII. factam (Vellei. Paterc. II. c. 117 — 119., Sueton. Tib. c. 16.) Tiberius administrandum suscepit, et quo gerendo tum maxime occupatus a poeta illo loco dicitur. Vid. II, 299. ibique not.

Librum quartum conscriptum esse diximus partim in fine anni secundi, partim in tertio, quod quo iure dixerimus, iam videamus. L. IV, 7, 1. 2.

Bis me sol adiit gelidae post frigora brumae,
Bisque suum tacto Pisce peregit iter.

Cum sol e veterum calculis et tempus constituendi modo novum cursum inciperet, postquam relicto Pisce Arietem subiisset, aequinoctio veris (Fast. I, 39.

Martis erat primus mensis, Venerisque secundus),

cumque poëta sine dubio adulto iam vere a. DCCLXIII. demum in Scythiam advenerit, carmen hoc non ante ver a. DCCLXV. tricesimum circiter exsilii mensem ab eo compositum est. IV, 6, 19, 20.

Ut patria careo, bis frugibus area trita est,
Dissiluit nudo pressa bis uva pede.

Quod carmen post auctumnum anni DCCLXIV. scriptum esse apparet; nam prima messis, ab eo Tomis acta, fuerat anni DCCLXIII.

Liber quintus et ultimus in fine anni tertii et initio quarti scriptus est. V, 10, 1. 2.

Ut sumus in Ponto, ter frigore constitit Ister,
Facta est Euxini dura ter unda maris.

Quod carmen confectum est ipsa hieme aut post hiemem anni DCCLXV. Atque eundem post annum tertium, et quidem post XVI. Cal. April., composita videtur libri quinti elegia quarta ad Bacchum; nam Liberalia Romae celebrabantur III. post Id. Mart., ut ipse Naso docet Fast. III, 713.

Tertia post Idus lux est celeberrima Baccho.
Bacche, fave vati, dum tua festa cano.

Nisi forte, quod parum probabile est, hoc carmen iam ante confectum et quinto demum libro insertum esse intelligamus. Cum porro nullus sit locus, qui illud tempus promovere ulterius nos cogat, cumque quinto iam exsilii anno Pontica se incepisse ipse testetur (Pont. I, 2, 27. 28.

Hic me pugnantem cum frigore, cumque sagittis,
Cumque meo fato, quarta fatigat hiems —);

Pontica autem confectis demum Tristibus scribi coepta sint (Vid. Pont. I, 1, 16. et conf. I, 8, 27. 28.): recte concluditur, quarto poëtae exsilii anno (DCCLXVI.), aetatis a. LV., librum quintum Tristium plane absolutum Romamque missum esse.

Genus carminum quod attinet, maior pars est e genere

elegiaco sensu proprio ac strictiori, in quibus hominis afflicti et in longinquo exsilio gementis sensus et affectiones, querimoniae, spes, vota ac desideria leniori illo atque remissiori, qui elegorum esse debet, orationis habitu ac tenore tractantur; eaque rursus pro diversitate formae in III dividuntur classes. Sunt enim alia ad uxorem, alia ad amicos, quorum nomina reticentur, in aliis varios sensus suos ac dolores describit secumque ipse queritur. Altera eorum pars fere narrationibus poëticis adnumeranda, velut I, 10. in quo iter alterius navis suae describit, IV, 10. in quo de vita sua exponit, III, 9. in quo Tomi unde nomen teneant, narratur, IV, 2. in quo Tiberii triumphus describitur. Liber denique II., in quo explicate culpam suam apud Principem defendit, rectius illi generi adscribitur, quod in arte poëtica *didacticum* vocatur, nec si exordium et finem excipias, fere quicquam cum elegia commune habet praeter versiculos et numeros.

De laudibus horum carminum ut dicatur, commendantur ea primum, ut Nasonis opera fere omnia, felici quadam vi inveniendi atque excogitandi. Nam ut, eleganti illo maximo ad Augustum carmine libri secundi et aliis omissis, de solis iis dicatur elegis, qui sunt de exsilio, non mediocris profecto est ad inventionem facultatis, tot tamque diversa elegorum argumenta ex una afflicta exsulis conditione locique iniquitate repetere. Sed de hoc loco infra pluribus dicetur et explicatius. Accedit singularis illa, qua Ovidius inter poëtas Latinos eminet, alacritas imaginandi, orationemque omni splendore ornandi, res vel diversissimas feliciter coniungendi latentesque in iis similitudines ac rationes investigandi. Huc accedit ingens copia eruditionis atque doctrinae, non eam dico, quae pertinet ad fabulam, in quo genere regnat Ovidius, neque calliditatem illam in intimis animi humani sensibus indagandis, sed scientiam historiae, geographiae, morum atque consuetudinum variarum gentium, rerum coelestium ac naturalium, et Romanarum Graecarumque literarum. Parem habent laudem atque commendationem Latinitatis. Nam praeter orationis candorem illum poëticum, quo pleraque superfusa nitent, genusque dicendi, quale elegorum esse debet, lene, remissum et compo-

situm, sinceram habent atque incorruptam Latini sermonis proprietatem atque integritatem. Nihil usquam duri aut affectati, nullum studium, quod in aliis illius aetatis poëtis Latinis cernitur, Graecitatis aut, quod in Propertii elegis imprimis notatur, insolentiae aut antiquitatis neque in verbis neque in eorum coniunctione, nullus tumor inanisque splendidorum verborum strepitus: sed oratio fere ubique nativa, vera ac Latina; adeoque simplex, ut nonnunquam prope nimis ad consuetudinem communem descendat. Structura sententiarum facilis et tamen varia, nova et elegans, ut ex his quoque carminibus appareat, omnes Ovidium Latini sermonis copias in promptu habuisse, nullaque usquam difficultate aut inopia fuisse impeditum, quominus, quicquid vellet et animo concepisset, quam facillime ac lucidissime declararet. Versus denique tanta facilitate decurrunt, ut non cura ac labore compositi, sed natura ac sua sponte esse nati et ad eam numerorum modorumque varietatem atque concentum concurrisse videantur; et tamen tam apta est sententiarum conclusio, ut haud facile discernas, utrum sententiae pro ratione ac modulo versuum modo dilatentur, modo coarctentur, an versus sequantur sententias earumque modo atque conformationi accommodentur.

Sed eadem habent insignia quoque vitia. Nam primum laborant, ut huius poëtae carmina pleraque omnia, nimia quadam abundantia atque luxuria. Namque Ovidius felicem illam, qua ad poëticam a natura erat instructus, ingenii ubertatem, sive quod iudicium suum studio ac meditatione non satis excoluit acuitque, sive quod ipse sibi nimis placuit, non semper elegantia iudicii, ut oportuit, temperavit atque compescuit. Hinc in his quoque carminibus primum persaepe illud peccavit, ut illis praesertim in locis, qui exquisitiorem aliquem ornatum vel doctrinam admitterent, nimio quodam animi impetu ac phantasiae redundantia ultra fines verae pulcritudinis abripi sese pateretur. Atque inde res ac sententias saepe paullo subtilius extendit atque in tenuissimas partes diduxit atque dissolvit, ut non absit a reprehensione nimietatis ac loquacitatis. Nec raro orationem exemplis, similibus et compa-

rationibus cumulavit, ac prope dixerim, oneravit, quo luminum illorum vis atque efficacia non parum debilitatur, animusque legentis a summa carminis, et ab ipsa re, quae illis illustratur et ornatur, ad singulas eius partes aut secundaria abstrahitur. Neque ab aliis rhetorum pigmentis, ab inani verborum repetitione, sententiarum et versiculorum concinnitatibus, et quae sunt huius generis alia, satis diligenter temperavit. Denique in nonnullis quoque carminibus nimium affectus studium notatur, sensusque non veri ac sinceri plenoque de pectore profluentes sed ad impellendos commovendosque legentium animos arcessiti esse videntur. Caussa vero horum elegantium vitiorum repetenda partim videtur e poëtae doctrina puerili. Constat enim Ovidium, ad summos in civitate honores a patre destinatum, in prima pueritia in Urbem missum, et pro more illorum temporum scholis et artibus rhetorum esse eruditum, adolescentemque magno cum studio nec sine successu declamasse. Senec. Controv. II. 2. Trist. IV, 10. Huc accedit, quod, ut in reliquis carminum generibus plerisque poëtae Romani huius aetatis Alexandrinorum artem potissimum sunt secuti, sic quoque elegorum scriptores, imprimis Propertius, Nasonis in elegia proximus antecessor et sodalis, ad exemplum ac similitudinem Alexandrinorum sese conformarant, maxime Callimachi, cuius quaesitam elegantiam ipsi veteres notarunt: ut Ovidius eam rationem et orationem quasi elegiae propriam usuque probatam apud populares suos reperiret. Denique illam aetatem a mascula illa ac sincera vereque Romana arte ad quaesitam elegantiam et inanem rhetorum splendorem nonnihil iam inclinasse constat. Itaque poëtae tantum abest, ut recto iudicio aetatis suae a pravo illo elegantiae studio revocarentur atque cohiberentur, ut in eo confirmarentur, atque si ei indulgerent, sese placituros possent confidere.

Restant duo, quae viri docti in his carminibus vituperarunt, quorum primum est, quod argumenti similitudine perpetuaque earundem querelarum repetitione legentium animos fatigent, alterum, quod nobilitate sensorum veroque illo, qui poëtarum esse debet, animi impetu atque fervore carere vi-

deantur. Atque de his locis paullo copiosius disputandum erit, quod ea quaestio imprimis pertineat ad horum carminum rationem explicandam atque illustrandam. Ac prima illa vituperatio quid veri habeat, ita optime declarari videtur si singulorum carminum argumenta — nam de diversitate generis modo dictum est — diligentius inquirimus atque lustramus. In libro I. questus de tristi exsilii natura et iniquitate illius coeli ac regionis et incolentium barbaria prope nulli sunt, quippe, ut supra docuimus, in ipso itinere et ante eius in Scythiam adventum composito. In carmine I. quod praefationis loco esse diximus, praecipit libro, quomodo, cum sit opus miseri exsulis et Augusto invisi, in Urbe se gerat. Alterum continet poëtae sensus et preces per vehementissimam tempestatem, cum mari Ionio in Scythiam profecturus navigaret, coortam. In III. tristissimum suum a suis et ex Urbe discessum describit. In IV. nova tempestas sive tempestatis pars et novo modo describitur. In V. collaudat singularem amici cuiusdam fidem et in amicitia constantiam, et miseriae suae gravitatem queritur. In VI. uxori gratias agit, quod bona sua a maligno homine defenderit. In VII. commendat amico pro monumento sui imperfectum opus Metamorphoseon. In VIII. cum amico, qui ipsum miseriae tempore reliquerat, expostulat. In IX. amicum precatur, ut summa, qua valeat, auctoritate atque dicendi facultate caussam suam apud Principem defendat. In X. navim, qua Cenchreis Samothraciam vectus erat, et quae inde iter in Scythiam et Tomos erat perrectura, laudat, docteque descripta tota via faustis eam ominibus prosequitur. In XI. excusat carminum libri I. tenuitatem, quod inter tempestates et pericula maris sint composita. Liber II., quem rectius generi *didactico* adscribi diximus, opus est eximia varietate, copia, elegantia ac doctrina: ut a peritis in melioribus Nasonis carminibus ponatur. In I. elegia libri III. libellus ipse loquens inducitur, quomodo in Urbe sit receptus. Altera primos exsulis post adventum in Scythiam sensus continet. Tertia continet querimonias in Scythia aegrotantis ac de salute desperantis supremumque ad uxorem vale. In IV. hortatur amicum, ut suo exemplo suaque calamitate monitus intra an-

gustos fines mediocritatis atque ignobilitatis sese contineat. Quinta est ad amicum recentem, quem laudato egregio eius animo rogat, ut eloquentia sua sese apud Augusti clementiam defendat. Sexta similis fere argumenti, sed ad veterem amicum est. Septima ad amicissimam poëtriam est, quam adhortatur, ut ne suo exemplo a componendis versibus deterreatur, sed ex iis studiis perpetuam famam et immortalitatem nominis quaerat. In octava optat facultatem, quam vetus fabula finxit, per aëra volandi, ut patriam revisat, sed statim sese quasi corrigens se ipse adhortatur, ut Augustum potius, qui eripere se e malis possit, adoret; eum enim certe miseria sua audita exsilium mutatione loci levaturum. In nona scribit, unde Tomi, exsilium suum, nomen teneant. In decima describit tristem faciem ac pericula Tomitanae hiemis. In undecima in malignum quendam hominem, qui memoriam delictorum suorum renovarat, invehitur. In duodecima comparat veris Italici amoenitatem cum vere Tomitano. Tertia decima est in natalem suum, quem obiurgat, quod se in Scythiam sit secutus. In quarta decima commendat amico sui loco Metamorphoseon opus, et haec, qualiacunque de Ponto mittat, Tristia. In I. elegia libri IV., quae eius libri quasi praefatio est, scribit, cur etiam nunc versus componat, veniamque a legentibus petit propter miserrimam in qua versetur conditionem. In II. Germanos a Cl. Tiberio penitus devictos fingit habitumque ab eo hanc ob victoriam triumphum describit. In III. uxoris fidem laudat et, ut eam etiam porro sibi servet, hortatur. In IV. amico nobili scribit, peccatum suum, quo Augusti iram meruerit, magis errorem quam scelus fuisse, itaque a Principis clementia mitius se propiusque ab Urbe exsilium sperare. In V. amici fidem laudat eique gratum suum animum declarat, petitque, ut posthac etiam sibi opem ferre velit. In VI. scribit, tempore, quo omnia mutentur, sua mala non minui atque levari, sed etiam intolerabiliora fieri, itaque unum solatium esse, quod propinqua morte finem sint habitura. In VII. apud amicum queritur, quod per totum biennium, ex quo in exsilio sit, nihil ab eo acceperit literarum.

In octava praesentem rerum suarum statum comparat cum tranquilla illa atque felici vitae conditione, quam sibi in senectute aliquando futuram in animo finxisset. In nona inimico minatur, nisi maledicere sibi ac detrectare desinat, se olim vindictam sumturum, aut praesentem, si, quod speret, redditus patriae esset, aut versibus. In decima breviter de vita sua exponit. Eadem propemodum est ratio carminum libri quinti; itaque singula eorum argumenta explicare supervacaneum videtur. Perlustremus etiam argumenta ipsorum illorum carminum, quae suapte natura maximam similitudinem habere debent, velut quae sunt ad uxorem. In primo (I, 6.) laudat uxoris fortitudinem, quod iniuriae ac sceleri mali hominis, qui in fortunas suas nefarie invasisset, fortiter restiterit. In altero (III, 3.) uxori aegrum se esse scribit, tristemque conditionem suam, quod in morbo eius ope atque solatio careat, atque in barbara terra moriatur, conqueritur, ultimis additis mandatis. In tertio (IV, 3.) laudat eius fidem atque constantiam et ad eumdem erga se amorem etiam posthac conservandum adhortatur. In quarto (V, 2.) queritur, quod ipsa in tanta sua in Ponto miseria apud Augustum, qui tam clemens sit, non pro se deprecetur. In quinto scribit, quomodo natalem uxoris egerit. In sexto consolatur eam, quod a maligno quodam homine per contumeliam exsulis uxor sit appellata. In septimo denique scribit, nomen eius per carmina sua immortale fore, itaque ferenda calamitate laudibus illis respondeat famaeque aeternitati consulat. Multa sunt carmina de iniquitate exsilii; verum modo asperitatem hiemis Tomitanae et, quae a barbarorum incursionibus minitentur, pericula queritur (III, 10.), modo sterilitatem veris (III, 12.), modo inopem ibi orbamque senectutem (IV, 8.), modo barbaros mores et vitam Tomitarum (V, 7.), modo quod festorum ibi urbanorum voluptatibus careat (IV, 2., V, 2.) et alia.

Profecto si haec carmina ita perlustramus eorumque argumenta diligentius examinamus, verendum est, ne offensio illa atque satietas, quam viri illi docti e sola earundum querelarum repetitione nasci censuerunt, maxime aut certe magna

de parte ex eo nascatur, quod omnino tot in his libris carmina nihil nisi meras querimonias ac tristia contineant, quibus, licet, quod ad artem, omnibus ex partibus absolutae essent, vel elegantissimum lectorem, qui in poematis legendis atque censendis nil nisi perfectam artis speciem spectare soleret, necesse esset tandem defatigari. Quanquam negari non potest, pauca carmina etiam similitudine argumentorum offendere, atque imprimis illa, quod nullo crimine nullaque culpa sua gravissimam principis iram duramque exsilii poenam meruerit, citra elegantiam ab eo urgeri, neque eam maculam varietate ac pulcritudine formae atque orationis satis ubique compensari. Quod tamen habet, quo excusetur, certe quo explicetur. Nam primum, ut supra exposui, Tristium libri et singuli et plane diversis scripti editique sunt temporibus et in Urbe demum in unum quasi corpus sunt collecti. Deinde, atque hoc gravius est, permulta ex his carminibus ante quam in publicum ederentur, ad amicos a poeta quasi epistolarum loco erant missa: in quibus igitur illas res, quae animum suum maxime occuparent atque moverent, exsilii iniquitatem et iniustam damnationem pro cuiusque, ad quem scriberentur, diversitate ingenii atque in ipsum animi ac voluntatis poetico modo ornatas etiam cum elegantia repetere licebat. Praecipua autem caussa ingratae illius repetitionis in eo quaerenda, quod poeta in nonnullis horum carminum componendis, praeter commune illud omnis poematis consilium, singulare ac privatum sit persecutus: ut Caesaris iram placaret, eumque ad mitigandam longinquissimi exsilii poenam commoveret. Quod consilium in aliis quidem callide artificioseque obtexit atque dissimulavit, sic ut prorsus aliud agere videatur nec nisi penitus cognita carminum ratione satis perspiciatur. In aliis vero egit apertius, praeclareque significavit, exspectasse eum atque sperasse, fore, ut ab Augusto, summo illo poetarum cultore atque admiratore, legerentur. Inde toties iniunctus sermo de prioris innocentia vitae suae, de errore levitateque peccati sui, de durissima et citra delicti meritum conditione exsilii Tomitani, inde exaggerata illa adulatio prin-

cipis et eximia laus, quae Augustum senem regebat, Liviae totiusque domus Augustae et alia huiusmodi complura. Vid. I, 1. IV. 2. 5. 6. V, 5. 10. 11.

Alterius, quam supra memoravi, vituperationis auctor est Schillerus, quem honoris caussa appello, Germanicorum decus poetarum. Hic vir in libello, qui inscribitur: *Ueber naïve und sentimentalische Dichtung*, severo sane atque acerbo iudicio, Tristia Nasonis vix inter opera poetica numeranda, existimat, quod in ipso dolore omnis prope impetus nobilitasque sensuum, quae ad elegos omnino requiritur, desideretur, nec perfectas poeta rerum amissarum imagines, quales a poetis fingi debeant, conqueratur. Sed primum vir egregius ista Peligni vatis carmina, ut in eodem libello multa alia et veterum et recentiorum poetarum, iusto cupidius atque morosius exegisse videtur ad frigida illa de arte praecepta, quam sequebatur, scholae philosophicae. Si enim elegi, qui nunc habentur, ad propositam ab eo normam in carminum numero ponendi aut ab eo excludendi essent, quid fieret multis Nasonis carminibus de Amore sive Amorum? quid permultis Propertii? quid maximae parti, quae sunt eiusdem generis, carminum recentiorum? quae et cupide leguntur magnaque per tot iam annos elegantiae laude fruuntur. Porro inique ac leviter fecit, quod inter ea carmina, quae vere et sensu strictiori elegi habendi sunt, et ea, quae ad aliud genus pertinere diximus, non satis distinxit, nec temeraria nostra videtur esse suspicio, Schillero idem accidisse, quod permultis, qui de his carminibus disputarunt, aliis, ut operam non dederit, antequam de iis iudicaret, ea omnia diligentius pertractare penitusque pernoscere. Nam si ea a priscis inde temporibus absque ullo discrimine omnia semper in elegis habita sunt, factum illud est ex more atque consuetudine veterum, qui in carminibus distinguendis ac tribuendis minus curiosi in elegorum genere fere ponerent, quaecunque essent alternis versibus, hexametris et pentametris, conscripta. Itaque qui, quatenus ea ad veram illam ac perfectam elegorum speciem accedant, scite ac iuste aestimare studet, huic primum, quod Schillerum non fecisse

liquido apparet, secernenda sunt illa, quae ad genus didacticum aut ad narrationem poeticam pertinere docuimus, et ab illa vituperatione omnino excludenda. Ad ea vero, quae ad elegos sensu strictiori pertinent, recte censenda ante omnia cavendum est, ne ex nostris ea moribus ac sensibus aestimanda atque examinanda putemus, sed mente versari in illa aetate debemus, qua scripta sunt, sensusque ad illius aevi hominum sensum, mores atque ingenium exigendi. Fingendus cogitatione est poeta, qui in dulci societate dilectae uxoris, in iucundissimo illius aetatis poetarum et virorum doctorum commercio, honoratus ab omnibus, in florentissima ac pulcherrima totius orbis terrarum urbe plenum prope humanae vitae spatium laete ac hilare decurrerat. Fingendi Romani, quibus nihil par Romae erat, quibus, cum mollitie ac deliciis affluerent, voluptates Urbis et publicae et privatae nulla re aequari aut compensari posse videbantur, qui porro sub iucundissimo coelo in amoenissima Italiae regione degebant, quibus patria, et tali quidem patria, carere pro summa miseria erat et in communi Europae mediae et borealis illis temporibus barbaria Ponti et Daciae regiones asperiores, ferociores ac turpiores, quam nostrae aetati tristissimi Lappiae ac Sibiriae tractus, videbantur. Profecto haec si reputamus, et Romanis lectoribus in his carminibus placere debuisse, iucundoque eos afficere dolore, poetam vero eleganter potuisse queri intelligimus, quae nostris auribus ex humiliori quadam natura animi profecta ac iusto flebiliora esse videantur. Denique permulta horum librorum carmina sunt huiusmodi, ut etiamsi severa illa Schillerianae doctrinae trutina examinentur, insignem in carminibus elegiacis locum merito obtineant. Quare si vituperationem paullo humilioris ac flebilioris lamentationis in pauca horum carminum cadere concedendum est, Schillerus tamen graviter reprehendendus, quod vituperationem illam quorundam et paucorum elegorum toti librorum Tristium corpori temere attribuit.

P. OVIDII NASONIS

TRISTIUM

LIBER I.

ELEGIA I.

Ovidius edicto Caesaris Augusti Tomos, oppidum in ora sinistra Ponti Euxini, relegatus relicta Roma per mare Ionium et Aegaeum in Thraciam vectus est, unde reliquum iter terra confecit. Atque in illo itinere maritimo scripsit Tristium librum I., quem statim, postquam in Thraciam advenisset, Romam misit. Vid. Proleg. pag. 6—8. Carmen igitur primum huius libri praefatio est, Ovidiique mandata ad librum suum in Urbem mittendum continet, in quo poeta hoc potissimum spectavit, ut infensum sibi principem ad misericordiam commoveret, spemque suam veniae olim ab eo impetrandae leniter tecteque significaret. Ei consilio singulae carminis partes artificiosissime sunt aptae atque accommodatae. Loquitur ipse ad librum suum mandatque ei, ut sine omni splendore cultus exterioris proficiscatur, atque in Urbem si venerit, tristem auctoris conditionem narret memoriamque sui renovet, sed ab defensione atque patrocinio abstineat; carminum mediocritatem ex miserrima conditione exsilii, a quo omne laudis studium absit, modeste excuset: statim porro, ne suspicionem moveat, aperte ostendat, non se praecepta amoris, quibus auctor exsilium meruerit, continere; ad Principem, si tamen accedere velit, nonnisi timidus et ante a patrono commendatus, accedat; e fratribus eos, qui Artem amatoriam contineant ipsumque perdiderint, fugiat atque detestetur, iis autem, qui mutatas formas contineant, dicat (sc. ad iterum inculcandum miserum statum suum), inter res mutatas suam quoque fortunam merito referri.

Parve, nec invideo, sine me, liber, ibis in Urbem:
Hei mihi, quod domino non licet ire tuo.

1. *Parve. Parvum* librum recte dicit, quippe qui praeter hanc elegiam nonnisi decem haud ita magna carmina contineat: nam primum tantum librum, non totum opus Tristium, a poeta intelligi patet ex I, 11, 1. Conf. III, 1, 1., V, 1, 1. et vid. Proleg. pag. 6—8.

Nec invideo. Quaeritur, quid valeat h. l. particula *nec*, atque ea quaestio pertinet ad multos Ovidii locos. Sic Her. II, 79. de Ariadna dicit:

Illa — nec invideo — fruitur meliore marito.

Pont. I, 3, 41.

Adsuetos tauri saltus, adsueta leones
— Nec feritas illos impedit — antra petunt.

Pont. IV, 6, 11.

Occidis ante preces, causamque ego, Maxime, mortis
— Nec fueram tanti — me reor esse tuae.

Pont. I, 8, 43.

Quos (*hortos*) ego nescio cui colui, quibus ipse solebam,
Ad sata fontanas — nec pudet — addere aquas.

Atque ita aliis locis compluribus. Sunt qui *nec* pro simplici *non* positum esse censeant, quod quomodo fieri possit non intelligo. Ego in his et similibus locis omnibus *nec* puto vim tenere propriam *et non*, et particulam conjungendi positam esse, ut parenthesis reliquae orationi iungatur: quomodo etiam Germani dicimus. Confirmat eam interpretationem hoc exemplum Virgilii: Aen. XI, 901.

Ille furens — et saeva Iovis sic numina poscunt —
Deserit obsessos colles.

Atque eodem modo intelligendae voculae *nec* et *neque* in *nec* et *neque enim* cum alibi tum in iis locis, ubi sententiae, quae causam continent, non sequuntur, sed interponuntur. Tales sunt Trist. III, 1, 7., V, 2, 33. Fast. III, 625.

Talia dicenti — neque enim spes altera restat —
Credidit, errores exposuitque suos.

In Urbem. Quint. VIII, 2, 8. *Quod commune est et aliis nomen, intellectu alicui rei peculialiter tribuitur, ut Urbem Romam accipimus.* Quae dicendi consuetudo unde originem habeat, supervacaneum est docere. Put. *neque invideo.*

2. *Hei mihi, quod.* Vulgo *quo*, qua auctoritate codicum nescitur, nisi quod sic habent Guelf., pro v. s. Leid., Mor., Bern. et ed. Bonon. — Franc., Put., fr. Rev., floril. Berol., Goth., „*plurimi*" Heinsii, quorum in schedis suis X nominat, Busl., Berol., Crev., Rel., Segu., Dresd. et praeter Bonon. veteres edd. omnes *quod domino*, ut totus versiculus exclamatio sit, ad quam poeta memoria Romae et verbis illis *in Urbem* excitetur, et omnis vis sit in verbo *ire*, idque casum loci repetat e versu primo: *tu sine me ibis in Urbem: hei mihi, quod domino tuo ire non licet!* Neque abhorret ea oratio ab usu atque consuetudine Nasonis. Trist. I, 6, 29.

Hei mihi, non magnas quod habent mea carmina vires!

Met. I, 523.

Hei mihi, quod nullis amor est medicabilis herbis!

Vid. Trist. III, 2, 23.

Sed erit, qui in hac scriptura

Vade, sed incultus, qualem decet exsulis esse;
Infelix habitum temporis huius habe.
Nec te purpureo velent vaccinia fuco: 5
Non est conveniens luctibus ille color;

paullo graviorem, quam libri initium lenisque huius carminis habitus admittat, contineri affectum, itaque alteram scripturam *hei mihi! quo,* ut illa *hei mihi!* quasi pro gemitu interposito sint, praeferendam existimet. Non vitupero illam scripturam, sed etiam respiciendam esse censeo auctoritatem veterum librorum. Conf. v. 58. — *Domino.* Vid. I, 7, 14. 35. Ad sententiam conf. Trist. V, 4, 3. Multi codd. *heu mihi.* Atilius Fortunatius laudat *hei mihi, cum.*

3. *Incultus.* Construe: *Vade* (liber), *sed sine cultu exteriore, incultus* (nominativus quem vocant praedicati, ubi Graeci ὢν addere saepe solent), *qualem* (librum) *exsulis esse decet:* (iam explicandi caussa addit) *infelix* (cum sis) *habitum, cultum* (quoque) *temporis huius* (Conf. v. 40.) *habe. Exsulis* autem h. l. ut passim nomen generis est per synecdochen; nam vere Naso erat *relegatus,* non *exsul.* Vid. II, 137. Conf. III, 13, 3.

5. *Nec te purpureo.* Cum hoc loco et infra III, 1. plura librorum apud veteres ornamenta sive, ut poeta v. 9. dicit, *instrumenta* tangantur, de eorum ratione ac forma breviter exponam. Apud Romanos liber constabat pro magnitudine voluminis multis aut paucis chartis sive membranis, serie aptatis atque compactis. Extrema libri pars sive extremae chartae ora (nam ex adversa parte scribendi initium fiebat) bacillo affigebatur paullo longiori, quam latitudo chartarum, atque ex utraque parte aliquantulum prominenti, circum quem volvebatur totus liber in formam cylindri. Huius umbilici (nam dicebatur *umbilicus* — Martial. III, 2, 8. Lucian. πρὸς ἀπαιδ. II. p. 387. —, unde nata oratio ad *umbilicum venire, ad umbilicum adducere* pro finire librum, perficere. Vid. Horat. Epod. 14, 8. ibique interpp.) partes prominentes vocabantur *cornua* (v. 8.), quae pro possessoris luxu atque elegantia aut aurea, aut eburnea, aut etiam lignea variisque coloribus picta erant. Vid. Tib. III, 1, 13., Lucian. πρὸς ἀπαιδ. Vol. II. p. 387. et περὶ τῶν ἐπὶ μισθῷ συνόντ. Vol. I. p. 478., Manut. ad Cic. Epist. III, 7. Conf. Feae annot. ad Winkelm. Epist. ad Biancon. Vol. II. p. 337. Extremae autem partes convoluti libri sive cylindri bases, e quibus cornua prominebant, *frontes* (v. 8. et 11.) erant, quae fere, ut hodie in ornandis libris fieri solet, postquam ante circumcisae erant, coloribus tingebantur ac dente aliquo aut *pumice* (v. 11.) poliebantur. Martial. VIII, 72, 2., III. 2, 8., I, 66, 10., Hor. Epist. I, 20, 2. ibique interpp., Catull. I, 2., XXII, 8., Tibull. III, 1, 13. Ne vero labem chartae acciperent, liber ita convolutus membrana obducebatur (*velabatur* v. 5.), plerumque ipsius libri chartae agglutinata, ornatus caussa minio aut *purpura* (v. 5.) tincta. Tibull. III. 1, 9., Mart. III, 2, 10. et VIII, 72, 1.,

Nec titulus minio, nec cedro charta notetur,
Candida nec nigra cornua fronte geras.

Lucian. l. l. Cuius involucri extremae parti sive orae affixa erat parva schedula, *minio* (v. 7.) Plin. N. H. XXIII. c. 36. seqq. aut coccimo aliove colore ornata, in qua scriptus erat libri *titulus* (v. 7.), quae tamen nonnunquam ita aptabatur, ut ex inferiori libri fronte dependeret aut certe ex ea exstaret. Pont. IV, 13, 7., Martial. III, 2, 10., Tibull. III, 1, 9. ibique interpp., et imprimis Winkelm. ad Bianc. Opp. Vol. II. p. 233. seqq. Totus denique liber, quo a tineis et carie tutior esset, *cedrino* (v. 7.) perungebatur. Plin. N. H. XIII. c. 13. ibiq. Hard., Martial. III, 2, 7., Vitruv. II. c. 9., Dioscor. I. c. 89. Quod quum non sine sumtu esset, pro singulari libri commendatione atque ornamento erat. Hor. A. P. v. 332. Trist. III, 1, 13. De ornamentis librorum disputarunt Schwarzius in singulari libro *de Ornam. Libb.*, Vossius ad Catull. p. 51. et Interpp. ad Tibull. III, 1.

Vaccinia. De vaccinio diversa tradiderunt ipsi veteres, nimirum varia vaccinia ob oculos habentes. Vid. Serv. ad Virg. Ecl. II, 18, ibique et ad III, 106. Voss. et Heyn. Plin. N. H. XVI. c. 18. 21. 31. Salmas. Exercitatt. Plin. p. 865. Funcc. de Scriptt. vett. p. 133. Nostro loco lumen affert Vitruv. VII. c. ult. *Vaccinii flores ad ignem cum aqua temperantes et lac miscentes purpuram faciunt elegantem.*

Fuco. Pol. 1., Vat. 1., Pal. 2., Hamb., Guelf., VIII Heins., Dresd. pro v. s. et ed. Bon. *fuco.* Segu. et Crev. *suco.* Reliqui cum vulg. *succo.* Sed *fuco* et gravius est et elegantius, quia liber a poeta h. l. persona fingitur, quae *fuco velari* rectius dicitur, quam *succo. Velent,* involvant. Mart. III, 2, 10. *Et te purpura delicata velet.* Tibull. III, 1, 9.

Lutea sed niveum involvat membrana libellum.

Lucian. ll. ll. ὅμοιοι τοῖς καλλίστοις βιβλίοις, ὧν χρυσοὶ μὲν ὀμφαλοὶ πορφυρᾶ δ' ἔκποσθεν ἡ διφθέρα, et rursus βιβλίον πάγκαλον πορφυρᾶν μὲν ἔχον τὴν διφθέραν, χρυσοῦν δὲ τὸν ὀμφαλόν.

6. *Ille color.* Fr. Rev., Exc. Voss., Iun. et IV alii Heinsiani *iste.*

7. *Minio.* Minium est coloris genus rubri, de cuius materia varioque, etiam in scriptura, usu vid. Plin. H. N. XXXIII. c. 36. seqq. et I. H. Voss. ad Virg. Ecl. X, 27. *Cedro* per metonymiam pro *cedrino oleo.* Conf. III, 1, 13. Vitruv. II. c. 9. *Ex cedro oleum, quod cedrinum dicitur, nascitur, quo reliquae res quum sunt unctae, uti etiam libri, a tineis et a carie non laeduntur.* In eam sententiam Auson. ad Libell. de quodam Proculo:

Huius in arbitrio est, seu te iuvenescere cedro,
Seu iubeat duris vermibus esse cibum.

Hor. A. P. v. 332.

— — — — speramus, carmina fingi
Posse linenda cedro. —

Notetur. Notare h. l. est tanquam nota distinguere, insignem facere, quod verbum etiam de oleo cedrino recte dici intelliges, dummodo chartam inde flavum (III, 1, 13.) accepisse colorem memineris. Metam. IV, 329.

Felices ornent haec instrumenta libellos;
Fortunae memorem te decet esse meae. 10
Nec fragili geminae poliantur pumice frontes,
Hirsutus passis ut videare comis.
Neve liturarum pudeat: qui viderit illas,
De lacrimis factas sentiat esse meis. —

— — pueri rubor ora notavit.

Cic. Verr. IV. c. 32. *notare tabellam cera aut Sanguine.* Rottend. *notentur.* Med. *ligetur.*

8. *Nec nigra. Nec fronte tua, quae nigra, tristis est propter tristia tempora* — nam color niger signum est tristitiae, ut laetitiae albus. — *candida cornua geras. Candida* intelligenda sunt eburnea.

9. *Instrumenta.* Vocabulum *instrumentum* vim tenet verbi *instruere* et est quo quis instruitur aut instructus est. Hinc ponitur pro cultu, apparatu, ornamento. Met. XIV, 766.

— in invenem rediit et anilia demit
Instrumenta sibi —

Vid. Vorst. de Lat. select. p. 27. Interpp. ad Cic. de Orat. II, 34. Busl., Leid. et V Heinsii cum eiusdem ed. pr. *ornant,* quod et ipsum ferri posset. Sed optima vulgata non tentanda.

11. *Nec.* Cum Ovidius persaepe, ut alii quoque scriptores nonnunquam, *non* cum imperativo ponere soleat, nil habet insolens illud *nec,* quamvis *neu* eodem sensu sequatur. Alternant enim h. l. *nec* et *neu* apud imperativos, ut in aliis locis *non* et *ne.*

Fragili — pumice. De pumicis usu ad res poliendas vid. Plin. H. N. XXXVI. c. 21. Schrev. ad Martial. V, 42, 6. Interpp. ad Iuvenal. II, 12. VIII, 16. IX, 95. Utebantur autem arida itaque fragili, ut asperiori. Conf. III, 1, 13. Catull. I, 1.

Quoi dono lepidum novum libellum,
Arida modo pumice expolitum —

Mart. VIII, 72, 2.

— — — — — — aspero libellum
Morsu pumicis aridi politum —

Putris pumex est apud Auct. Priap. C. XXXII, 7. Vid. Mart. I, 66. Heyn. ad Tibull. III, 1, 9.

12. *Sparsis* Heinsius primus dedit *passis,* quod exhibent Pal. 2., Franc. a m. 2., Serv. et IX alii Heins., vett. edd. et cod. Dresd. — Reg. *spassis,* mutuato *s* ab *hirsutus.* Conf. II, 69. Her. I, 24. & 114. Sed nulla erat caussa omnium reliquorum librorum scripturam: *sparsis,* mutandi, quae mihi etiam aptior videtur illi *hirsutus* et versui praecedenti. nec video quomodo *comae* in fronte impoliti libri *passae* dici possint, quae interprete Gellio N. A. XV. c. 15. quasi *porrectae* et *expansae,* itaque potissimum feminarum sunt. Transfert autem poeta in librum personatum luctus signa humana. IV, 2, 43. De *hirsut.* conf. I, 3, 90.

14. *Sentiat.* Heinsius correxit e fr. Rev. et VII aliis *sentiet.* Idem exhibent Berol. et Rel. Reliqui omnes *sentiat.* Utrumque h. l. dici potest. *Sentiet* est confirmantis, sic: *Ne pudeat..; nam qui viderit eas*

Vade, liber, verbisque meis loca grata saluta: 15
Contingam certe, quo licet, illa pede.
Si quis, ut in populo, nostri non immemor illic,
Si quis, qui, quid agam, forte requirat, erit;

maculas te excusabit et lacrimis eas factas esse sentiet sive existimabit. Sentiat est praecipientis: *qui viderit.., sentiat, sciat* (I, 3, 39.), *esse de lacrimis factas.* Prior scriptura primo adspectu praestare videtur, utpote aptior ad restringendum (quod poeta voluit), libri propter turpes lituras pudorem. Verum quomodo ille hoc ipse, non monitus, sentire poterat; et utram scripturam uno prope consensu optimi codd. et vett. edd.? — Ad sententiam cf. III, 1, 15. — Gall. *factas de lacr.* In Segu. vss. 9 et 10. post v. 14. leguntur.

15. Post primum illud monitum a v. 3—14. ad alia transiturus, illud *vade* (Vid. v. 3.) apte repetit. Conf. v. 57. *Verbisque meis.* Her. XVI, 71.

Neve recusarem, verbis Iovis imperat (*Mercurius*) —

16. *Quo licet.* Vulg. *quolibet,* et sic Put., Fr. Rev., Pal. 2., Exc. Voss. et II alii Heinsiani et vett. edd. praeter Bonon. Reliqui vetusti libri omnes *quo licet,* quod recte revocavit Heinsius. Nam cum pes sit pars corporis, et pes versiculi dicatur, ludit poeta tali fere modo: *Cum pede corporis ea loca contingere non liceat, eo certe quo* (uno) *pede licet* (sc. versus) *contingam.* Quanquam lusus ille in severo illo carminis habitu atque argumento paullo argutior videtur. Sed vid. I, 2, 50. III, 1, 12. Amor. III, 1, 8. 10. Conf. Trist. III, 14, 8. et not. ad I, 7, 8. — *Contingam* autem non est optantis, ut putant alii, sed coniunctivus primae personae singularis positus est, quemadmodum prima pluralis pro imperativo ponitur, estque constituentis et agentis: *Lass mich betreten.* Imprimis apud Nasonem frequens oratio. Trist. I, 3, 67., Amor. I, 15, 37., III, 1, 29., Her. I, 79., Fast. III, 55., Met. II, 514. — Seg., Crev et. Berol. *quo licet ire pede,* quod haud dubie etiam multi Heinsiani habuerunt.

17. *Illic.* Dresd. pro v. l., Serv. et quidam alii Heins. cum eiusdem ed. pr. et VIII edd. saec. XV. *illi.* — Franc., Put., Gall., Bern., Berol., Rel., Crev., Reg. pro v. l., Mor. pro v. l. et alii nonnulli Heins. et Dresd. *illo.* Pal. 1., Guelf., Reg., Mor., Busl., Leid., Pirckh., VI alii Heins. et ed. Bon. *immemor exstat. Illic,* quod primus recepit Heinsius, coniectura est Zinzerlingii Promuls. Crit. c. 50., codd. nulli agnoscunt, nisi Rel. pro v. ser. *Exstat* ex glossa est. *Illo* mihi originem suam debere librariis videtur, qui illud *ut in populo* non satis intelligerent, itaque *populo illo* coniungerent. Restat antiqua forma *illi* pro *illic,* quàm in Terentio & Virgilio iure probat Donatus. Sed Naso antiquam orationem non amat. Quare sequor Heinsium. — *Ut in populo,* sc. credibile est, vel fieri potest. Modeste haec verba addita. Pont. IV, 5, 11.

Si quis, ut in populo, qui sitis et unde requiret —

Pont. I, 7, 15.

Vivere me dices, salvum tamen esse negabis;
Id quoque, quod vivam, munus habere dei. 20
Atque ita te tacitus quaerenti plura legendum,
Ne, quod non opus est, forte loquare, dabis.

Caetera sit sospes cultorum turba tuorum,
In quibus, ut populo, pars ego parva fui.

Conf. Trist. II, 158., IV, 2, 16., Hor. Sat. I, 6, 79.

18. *Requirat* recte dedit Heinsius e Gall., Mor., Serv., Fr. Rev., Leid., Iun. et alio. Reliqui omnes *requiret*. Berol. a. 1. m. *requiret;* pro v. scr. *requirit*. — Pro *si quis, qui, quid* Dresd., Busl., Pirckh., Fr. Rev., sed tres posteriores ab altera manu: *et si quis quid*. Pal. 1. *et si quicquid agam*. Serv. *si quisquam quid*. Crev. *si quis quicquid agat*. Sed vulgata sana est. Confusio constructionis, sive quaesitam concinnitatem mavis appellare — nam illa *quis, qui, quid,* tria verba iuxta posita sequuntur, ad tria illa pronomina pertinentia — non displicuisse Nasoni videtur. Conf. v. 22., III, 5, 23., II, 375. Neque vero tot monosyllaba. Conf. infra v. 57., I, 10, 36., Her. XII, 193., XVI, 237. 309., XVII, 11., Pont. II, 1, 61., Met. IV. 342., XIII, 48.

19. *Dices*. Sic pr. ed. et II scripti. *Burm*. Etiam e nostris quatuor et Goth., Guelf., Pal. 1. et haud dubie multi Heinsiani. Veteres edd., praeter ed. pr., *dicas*. Deinde Exc. Voss., Bern. et III alii Heins. *sanum*. Tr. III, 7, 6.

Nec mora, quid venias, quidve, requiret, agam.
Vivere me dices, sed sic, ut vivere nolim.

Salvum esse, q. e. bene habere, bene esse, confirmatur etiam Romanorum consuetudine alloquendi: *satin' salvus?* Conf. I, 2, 72.

20. *Habere*, tenere, possidere. Her. VII, 15.

Ut terram invenias, quis eam tibi tradet habendam?

Ceterum quod Caesaris clementiae vitam debeat, est quoque unus e multis illis locis, quibus Principi passim blanditur. I, 2, 61., II, 46. 127., IV, 4, 13. 45., V, 2, 55., V, 4, 19., V, 8, 28., V, 9, 11., not. ad I, 5, 39. et ad V, 2, 36. — *Dei*. Vid. ad v. 69.

21. *Atque ita te etc.* Vulg.:

Atque ita tu tacitus quaerenti plura; legendum
Ne, quod non opus est, forte loquare, cave.

Atque ita te Put. a. 1. m., Iun. et IV alii Heins. Reliqui omnes *atque ita tu*, nisi quod Mor. et Pal. 2. *teque ita tu*. Barb. *cautus*. — V. 22. vulgatam *ne quae non opus est* tuentur Franc., Crev. et Dresd. Sed plurimi, sc. Pal. 1., Bern., Reg., Gall., Serv., Busl., Leid., Rel., Seg. et XII Heins. cum ejus ed. pr.: *ne quod non opus est*. Berol. cum vett. edd., *ne quod opus non est*. Pal. 2. *et quae non opus est*. Deinde omnes codd. praeter Pal. 1. et vett. edd.: *loquare c a v e*. Franc. a. 1. m. et Goth., *loquere*. Burmanni scripturam retinuimus. *Te* scribendum, ut plenus sit sensus. *Tacitus* sententiae aptissimum est. *Quod* cum maiorum habeat auctoritatem veterum libb., alteri scripturae *quae* praeferendum. *Cave* vulgatae sensu

Protinus admonitus repetet mea crimina lector,
Et peragar populi publicus ore reus.
Tu cave, defendas, quamvis mordebere dictis: 25
Causa patrocinio non bona peior erit. —

caret; igitur cum Burmanno dedimus scripturam Pal. 1. *dabis*, quam Heinsii coniecturae *dato* praeferimus propter illa *dices* et *negabis*. Sensus hic est: *atque ita* (his dictis) *si plura quaerat, tacitus* te *ei legendum praebebis, ne forte,* (*quod nocere mihi possit*, pro quibus eleganter:) *quod non opus est, loquare*. Schrader coniecit:

Daque ita te tacitus . . legendum,
Ne, quod . . . loquare cavens —

23. *Crimina*. Sic Franc., Put., Bern., Dresd. a. 1. m. et vett. edd. praeter Bonon. Reliqui libri omnes *carmina*. Male. Duorum *criminum* caussa Naso ab Augusto est relegatus, quorum unum erat, quod compositis de Arte amatoria libris mores corrupisset (Vid. II, 203. 240. 212. 346., III, 1, 4., III. 14, 5, 6., IV, 1, 26., V, 12, 47., Pont. I, 1, 12., I, 4, 42., II. 9, 73. 75., II, 10, 12., II, 11, 2., III, 3, 39. 70.); alterum crimen ac gravissimum incognitum nobis est, quo ipsum gravissime offendisse Principem videtur, implacabilemque eius in sè iram concitasse, de quo vid. ad I, 2, 99. De verbo *repetet* vid. ad I, 3, 3.

24. *Peragar - reus*, accusabor, apud Nasonem imprimis frequens oratio, velut Trist. I, 8, 46., III, 11, 2., IV, 1, 26., Pont. IV, 6, 30. Proprie hoc verbum valet *deferre inter reos, reum citare*. Conf. Ulp. ad Leg. Iul. de Adult. II. — *Publicus reus*, h. e. civitati aut, a cuius salute salus publica pendet, Principi. Vid. ad I, 2, 102. *Populi ore*. Cf. I, 8, 22.

25. *Tu cave defendas*. Leid. *nec te defendas* vel *nec defendas te*, prius etiam Goth. Fr. Rev. *ne cave defendas*, unde Heinsiana coniectura, quae nunc pro vulgata est, *neu cave defendas*. Quidam Heins. *me cave* et *te cave*. Sed omnino cum omnibus fere codd. et vett. edd. restituendum *tu*, quod eleganter tum imperativo additur, si graviter admonemus. Infra v. 113. Hor. Sat. II, 2, 20.

— — — — tu pulmentaria quaere
Sudando.

Art. Poet. v. 385.

Tu nihil invita dices faciesve Minerva.

Hor. Epist. I, 16, 13.

Tu nihil admittes in te formidine poenae —

Epist. I, 18, 44.

— — — — — tu cede potentis amici
Lenibus imperiis.

Iuv. Sat. II, 61. *tu nube atque tace*. Metam. XI., 250.

Aeacide, dixit, thalamis potiere petitis:
Tu modo, cum gelido sopita quiescet in antro,
Ignaram laqueis vincloque innecte tenaci.

Vid. Hor. Art. P. 291., Epist. I, 18, 37. 87., Od. I, 9, 16. ibique Mitscherl. Virg. Georg. II, 241., III, 73. 163., IV, 45. — *Cave*. Comici, imitantes, ut videtur, loquendi usum communem, non tantum dicunt *videsis* e brevi, sed corripiunt etiam *roga para;* et Catullus etiam *commoda*. Horatius et Ovidius nonnisi unum

Invenies aliquem, qui me suspiret ademtum,
Carmina nec siccis perlegat ista genis,
Et tacitus secum, ne quis malus audiat, optet,
Sit mea lenito Caesare poena levis. 30
Nos quoque, quisquis erit, ne sit miser ille, precamur,
Placatos misero qui volet esse deos;

cave ante consonantes corripiunt. Hor. Sat. II, 3, 38. 177., Epist. I, 13, 19. Neque tamen constanter. Vid. huius Eleg. v. 85. Ante vocales tamen de more Graecorum etiam alia. Vid. Met. III, 501. Conf. Amor. II, 13, 21. et Virg. Eclog. III, 79. Post illorum aetatem poetae eum usum extenderunt corripueruntque *puta, misce, vide, vale, responde,* alia. Vid. Grotef. Gramm. Lat. Vol. II. §. 19. et not. ad Trist. V, 4, 46. De *quamvis* cum indic. vid. ad I, 2, 11.

26. *Peior.* Sic Gall., Busl. a 1. m., Reg. a 2. m., IV alii Heins. et Floril. Berol. Reliqui omnes *maior.*

27. *Invenies aliquem.* Mor. a 1. m. *inven. illic.* Fr. Rev. *suspendet.* Reg. *lugebit.* Berol. *suspirat.* V. 28. Reg. pro v. scr., Guelf. a correct., Pal. 2., Leid., Gall., Mor., Bern., Rel., Goth., Berol., Pirckh. et vett. edd. *perleget.* Pirckh. *qui non.* Berol. et pro v. scr. Dresd. *ipse.* Gall. *ille.* Polit. et II alii Heins. *qui legat.*— *Ista,* sc. quae tu contines.

29. *Ne quis malus audiat,* qui illud continuo ad Principem deferat et hanc pietatem in crimen vertat. De *optet, sit* vid. not. ad v. 119.

30. *Levis.* Leid. (Berol.) et IV alii *minor,* ut III, 6, 24.

Mutatoque minor sit mea poena loco.
Heins.

Locus ille III, 6, 24. quique alii sunt multi, in quibus mitius tantum ab Augusto exsilium poeta precatur, parum valent ad hunc locum labefactandum, qui ab illis longe diversus est, quum hoc loco non, ut illis, ipse poeta, sed alius, qui ei bene cupit, precetur nihilque obstet, quominus ille omnino, ut *levis* sit exsulantis poena, vota concipiat: cui etiam aptissima sunt, quae subsequuntur, atque imprimis versus 34., in quo de ipso in patriam reditu loquitur, cum in locis illis de exsilii loco minus iniquo ac propriore dicatur. Ut rem uno verbo absolvam, non idonea adest caussa, optimam vulgatam, quam reliqui vetusti libri omnes tuentur, mutandi. Conf. Met. X, 698. — *Caesare,* Octaviano, qui (a. U. C. 710.) *Caesaris — cognomen assumsit. . . testamento maioris avunculi, C. Iulii Caesaris.* Suet. Octav. c. 7., Dio Cass. XLVI. c. 47.

31. *Ille* Mor., Franc., Bern., Fr. Rev., Iun., Rel., Leid., uterque Pol., Vat. 1., Pal. 2., XIII alii Heins., Guelf., Crev., Reg. pro v. l., ed. pr., Dresd. a. 1. m.; quod concinnius est: *Ego quoque, ne ignotus ille, quisquis erit, qui adeo mihi favet, miser sit, precor.* Reliqui *ipse.*

32. *Misero.* Sic uterque Pal.,

Quaeque volet, rata sint, ablataque principis ira
Sedibus in patriis det mihi posse mori. —
Ut peragas mandata, liber, culpabere forsan, 35
Ingeniique minor laude ferere mei.
Iudicis officium est, ut res, ita tempora rerum
Quaerere: quaesito tempore tutus eris.
Carmina proveniunt animo deducta sereno;
Nubila sunt subitis tempora nostra malis. 40

Reg., Mor., Busl., exc. Voss., fr. Rev., Iun., Pirckh. et X alii Heinsiani cum eiusdem ed. pr., Seg., Rel., Crev., Berol. et ed. Bonon. Reliqui *miseris*. *Misero* mihi elegantius videtur, quia numerus singularis apertius ipsum poetam significat. Gall. *miseri*. *Deos* dictum est generatim, licet Augustum nunc intelligat. Vid. ad v. 69. Conf. V, 9, 12. Eleganter autem sensus versus 30. per versus 32—34. repetitur atque diserte urgetur.

33. *Ablataque — ira* immerito offendit Ciofanum, ut parum Latine dictum, qui ex uno Vat. legendum censebat *placataque*. Sed *auferre iram* elegans non minus est, quam *auferre iurgium* apud Plaut., et *auferre metum* apud Virg. *Heins.* Phaedr. 3, 6. *aufer frivolam insolentiam*, ubi vid. Scheff. *Burm.* *Placataque* etiam Dresd. — Fr. Rev. *iudicis*. — *Principis*, Octaviani, qui sublatis aemulis bellisque civilibus finitis, quo minus invisa esset dominatio, *cuncta*, ut dicit Tacitus, *principis nomine* (quod neque insolens neque odiosum Romanis erat) *sub imperium accepit*. Delatum ei hoc nomen est a. U. C. 726. Vid. Dio LII. c. 38. LIII. c. 1. Interpp. ad Tac. Annal. I. c. 1., ad Hor. Od. I, 2, 50. et ad Ov. Fast. II, 142.

34. *Patriis*, patriae. *Det mihi posse mori*. Hor. Epist. I, 16, 61.

Da mihi fallere, da iusto sanctoque videri —

ubi vid. interpp. Bern. *propriis*. Rel. *iamque mori*.

35. *Ut* concedit, ut v. 61., I, 2, 74., V, 2, 21. Pirckh. *cum peragas*.

36. *Ferere*, diceris. Vid. V, 14, 4. Leid., Gall. et Goth. *mei-minor*. V. 37. Busl. *et tempora*.

39. *Deducta*. Fr. Rev., Seg. *diducta*. Pal. 2., Guelf. a. 1. m. *dictata*. Glossa Leid.: *tractum est a filo, quod subtiliter deducatur a colo, et ita carmen a mente compositoris; ut in Horatio* (Epist. II, 1, 225.) *subtili deducta poemata filo*. Ab eadem re etiam aliae dictiones, quae ad orationem pertinent, repetuntur, ut *filum orationis* Cic. de Orat. III., *munusculum* (librum) *crasso filo* idem Epp. ad Fam. IX. 12. Auson. Mos. v. 396.

Mollia subtili nebunt mihi carmina filo Pierides —

ubi vid. Mariang. Accurs. Vid. etiam Schmid ad Hor. l. l., Heyn. et Voss. ad Virg. Ecl. VI, 5. Simplex *ducere* est Trist. III, 14, 32., V, 12,

Carmina secessum scribentis et otia quaerunt;
Me mare, me venti, me fera iactat hiems.
Carminibus metus omnis abest: ego perditus ensem
Haesurum iugulo iam puto iamque meo.
Haec quoque, quae facio, iudex mirabitur aequus, 45
Scriptaque cum venia qualiacumque leget.
Da mihi Maeoniden et tot circumspice casus:
Ingenium tantis excidet omne malis.

63., Pont. I, 5, 7. De sententia Trist. V, 12, 3

— — — — — carmina laetum
Sunt opus, et pacem mentis habere volunt.

Eodem modo mediocritatem horum carminum excusat I, 11, 35., III, 14, 28.. IV, 1, 1., V, 12, 36. *Proveniunt,* succedunt. V, 12, 43., interpp. ad Tac. Annal. I, c. 19. Her. XV. 13.

Nec mihi, dispositis quae iungam carmina nervis,
Proveniunt; vacuae carmina mentis opus.

Bern. *perveniunt.*

40. *Tempora* h. l. non capitis partem intelligenda apparet etiam e v. 37 et 38. Conf. I, 9, 6. III, 1, 10. Fr. Rev., Leid. *carmina nostra.* Bern. *sunt solitis. Subitis,* nec opinatis, itaque vehementioribus.

41. *Carmina secessum etc.* Hor. Epist. II, 2, 77.

Scriptorum chorus omnis amat nemus et fugit urbes,
Rite cliens Bacchi somno gaudentis et umbra,

Conf. Hor. Epist. I, 19., 104., Od. I, 22, 10., Iuv. Sat. VII, 58., Trist. I, 11, 37, III, 13, 41.

42. *Fera hiems,* aspera tempestas. *Cron.* In ipso enim itinere libri primi carmina composuit. Vid. argumentum huius Elegiae.

43. *Abest.* Male viri docti coniecerunt *obest,* quo oppositio perit, certe minuitur: *Carmina a metu libera sunt* (cum metu iuncta esse non possunt); *ego etc.*

44. *Haesurum iugulo.* Hoc de mortis periculo etiam aliis locis queritur. Vid. IV, 10, 101. 111. Unus Pal. *iamque mori.*

45. *Haec quoque quae facio.* Uterque Pol., Reg., Serv. et VIII alii Heins. et Berol. *hoc quoque quod.* Pal. 2. *hoc quoque quae.* Iun., Fr. Rev., Mor. *haec ego quae.* Reliqui cum vett. edd. *haec quoque quae,* quae cum ad sensum satis apta sit scriptura, non video cur ei meram Heinsii coniecturam vel incertam Guelf. a 1. m. scripturam *haec quoque quod* praeferamus.

47. *Da mihi* formula est pro *arcesse, para.* Vid. Pont. IV, 1, 17. *Remed. Am.* v. 63. 64.

Da mihi Pasiphaën; tauri deponet amorem:
Da Phaedram; Phaedrae turpis abibit amor.

Circumspice est *quaere* (I, 6, 11.), *sume, para;* quo sensu hoc verbo usus est Cic. Philipp II., atque etiam verbum *videre* usurpatur. Cic. ad Att. V. 1. *Antecesserat Statius, ut prandium nobis videret.* Cic. de Orat. III, 1.

Denique securus famae, liber, ire memento,
Nec tibi sit lecto displicuisse pudor. 50
Non ita se praebet nobis Fortuna secundam,
Ut tibi sit ratio laudis habenda tuae.
Donec eram sospes, tituli tangebar amore,
Quaerendique mihi nominis ardor erat.
Carmina nunc si non studiumque, quod obfuit, odi, 55
Sit satis: ingenio sic fuga parta meo. —

Videndum sibi aliud consilium. Coniecerunt *circumice, circumadiice, circuminspice* et *circumobiice.* Male. — Homerus autem, poetarum princeps, appellatur *Maeonides* a Smyrna Lydiae, quae antiquitus *Maeonia* dicta fuit, urbe, quae inter alias multas Homeri patria fuisse traditur. Strab. XII., Plin. N. H. V. c. 29., Cic. pro Arch., Hor. Od. I, 6, 2. Alibi (I, 6, 21.) dicitur *Maeonius.* Caeterum amat Naso, homines sic a patria appellare. Met. VI, 103. *Maeonis* est pro Arachne Lydia, et Fast. II, 310. pro Omphale, Trist. II, 367. est *Battiades* pro Callimacho Cyrenaeo, a Batto Cyrenes conditore, III, 7, 20. *Lesbia* pro Sappho, III, 3, 6. *Samius senex* pro Pythagora, I, 6, 1. *Clarius poeta* pro Antimacho, Art. II, 4. *Ascraeus senex* pro Hesiodo, Trist. II, 364. *Teïa Musa* pro Musa Anacreontis, IV, 3, 29. *Thebana* pro Andromacha, al.

48. *Excidet.* Conf. I, 6, 32., V, 12, 30., V, 14, 3. Pont. IV, 2, 21.

49. *Ire.* Iun., Fr. Rev., Mor. *esse.*

51. *Non ita se praebet nobis.* Sic habent Pal. 1., Guelf., Goth., Bern., Rel., Reg., Put., Mor., Franc., Serv., Iun., fr. Rev. et XV alii Heins. cum pr. eius ed. Eodem ordine Seg., Busl. et alius Heins. *praestat nobis.* Qui ordo etiam vim vocis *nobis* auget. Reliqui libri *nobis praebet*; nisi quod Leid. *nobis gestat.* Pal. 2. etiam *fortuna secunda.* Ed. pr. Heinsii *feram,* quod ortum videtur e *serenam,* quod est I, 5, 27.

52. *Ut tibi.* Put., Bern., Busl. et IV alii *ut mihi.* Rel. pro v. scr. *meae.* — *Laudis, tituli, nominis* cum copia eandem notionem declarant. De re cf. V, 12, 39.

53. *Tituli t. amore.* Iun. et III Heins. *honore.* Bern. *titulis t. amoris.* Mor. *laudis.* — V. 54. Pat. *et mihi quaerendi.* Burm.

55. *Carmina nunc si non.* Sic vett. libb. omnes loco vulgatae *carmina nunc simulo.* Recte. Cicr. *Simulo* etiam Berol. et in marg. Guelf., atque inde plures quoque Heinsii habuisse credibile est.

56. *Ingenio sic etc.* Variant h. l. libri. Dresd., Gall., exc. Voss., Mor. a 1. m., Franc. pro v. scr. *si fuga.* Crev., pr. ed. Heinsii *sit fuga.* Goth., Pirckh., unus Vat., Serv., Busl. pro v. scr. et Francof. pro v. scr. *quod fuga.* Exc. Voss. pro v. scr. *quae fuga. Sic,* quod longe plurimi libri habent, incor-

I tamen et pro me tu, cui licet, adspice Romam:
(Di facerent, possem nunc meus esse liber!)
Nec te, quod venias magnam peregrinus in urbem,
Ignotum populo posse venire puta. 60
Ut titulo careas, ipso noscere colore,
Dissimulare velis, te liquet esse meum.
Clam tamen intrato, ne te mea carmina laedant:
Non sunt, ut quondam plena favoris erant. —

ruptum videtur: *si non* (prorsus) *odi carminum studium, quod mihi obfuit, sit satis;* (nam) *sic* (hoc studio) *mihi fuga* (relegatio) *parta est.* Pro *mihi* dicit *ingenio meo,* ut de qua sui parte h. l. maxime agatur. Vid. IV, 1, 30. Conf. v. 71., I, 3, 70. IV, 6, 48.

Sic mala, quae video non videoque, nocent.

Sed habent illa *sic - meo* post *quod obfuit,* in quo merito offendas. Iun., fr. Rev., Leid., Reg., Put., Gall., Mor., Serv., Pirckh., unus Vat. *parta meo est.*

57. *I tamen et etc.* Pol. 2. *i nunc et.* Pol. 1., Serv., Pal. 2., Guelf. et V alii *tu tamen i pro me,* unde Heinsius finxit, *i tamen i,* et has delicias suas, affectum dico et repetitum illud *i,* Nasoni obtrudit sine omni auctoritate librorum et nulla habita ratione inelegantis, quod inde nascitur, asyndeti. Revocavi *i tamen et.* Vid. not. ad Her. IV, 127. et conf. not. ad Trist. IV, 10, 119. et IV, 3, 13. Ad sententiam cf. V, 4, 3. De cumulatis monosyllabis vid. ad v. 18.

58. *Possem nunc.* Hanc scripturam postulat sensus et confirmant Reg., uterque Pol., Pirckh. et XIV alii Heins., Guelf., a. 1. m. Goth., Dresd. a 1. m., Berol., Put., Mor., fr. Rev. a 2 m. — Rel. *posses nunc,* et pro v. scr. *possem non,* quod etiam pro v. scr. Reg. habet. Reliqui omnes *posses non,* nisi quod II Vat. *di faciant possis non.* — Amor. II, 15, 9.

O utinam fieri subito mea munera possim!

Di facerent, sc. si id mei arbitrii esset. De *facerent, possem* vid. ad v. 119. De illa formula cf. III, 12, 53., Her. X, 133.

59. *Quod venias.* Pat. *qui venias* et v. 60. Serv. *puto.* Burm. *Nec puta.* Vid. ad v. 11. Rel. a 1. m. *placere.*

62. *Liquet.* Vett. edd., Put., Mor. a 2. m. et X alii Heins., item Berol., Guelf. et Dresd. a. 2. m. *licet.* Pal. 1., Mor., Franc. et reliqui, ut videtur, Heinsii, item Dresd., Bern., Rel., Crev., Seg. *liquet,* quod exigit sensus. Put. *voles.*

63. *Mea carmina* licet generatim dicat, Artem tamen intelligit, ut apparet e vv. 67. 68. et 111. seqq. Conf. II, 211. seqq., III, 1, 4., Pont. III, 3, 39., II, 10, 13. Nec ullo loco aliud carmen sibi nocuisse dicit, nisi unam Artem. Quare male alii h. l. omnia, quae tum a Nasone edita erant, carmina intelligenda

Si quis erit, qui te, quia sis meus, esse legendum 65
Non putet, e gremio reiiciatque suo;
„Inspice", dic, „titulum: non sum praeceptor amoris;
„Quas meruit, poenas iam dedit illud opus." —
Forsitan exspectes, an in alta palatia missum
Scandere te iubeam Caesareamque domum. 70

putant. Mor., fr. Rev. *crimina.* Leid., Mor., fr. Rev. *laedent.*

64. *Non sunt, ut.* Serv. *carmina quae quondam,* a 2. m. *nec sunt ut.* Pirckh. *non super ut.* Gall. *quae sunt ut.* Busl. *nec sunt ut* vel *nec sicut.*

65. *Quia sis meus.* Sic fr. Rev., uterque Pol., Pal. 2., Serv., Busl. et XIII alii Heins. cum eiusdem ed. pr. et ed. Bonon., Bern., Guelf., Seg., Rel., Berol., Crev. et Dresd. — Pal. 1. *qua,* q. c. *quia.* Reliqui: *quod.* Sed nos dedimus *quia,* quod maiorem fidem habet codicum et paullo numerosius est inter illa monosyllaba.

66. *E gremio* spectat ad antiquam formam librorum, qui, cum valde longi essent, (Vid. ad v. 5.) facillime super gremio sedentium aut vetere more iacentium extendebantur.

Put. et Gall. *proiiciatque.* Mor. *proiicietque.* Iun. et fr. Rev. *eiiciatque.* Burm. Pirckh. *reiicietque.*

67. *Non sum praeceptor amoris,* non sum liber ille de Arte. Vid. ad v. 23. et III, 1, 3. seqq.

68. *Meruit.* Fr. Rev. *merui.* Mor. *ille liber.* Burm.

69. *An in alta palatia.* Iun., Franc. et Bern. *ut.* placet. Art. A. III, 749.

Scilicet exspectas, ut te in convivia ducam.

Her. XVI, 9.

Si tamen exspectas, vocem quoque rebus ut addam —

Iuv. Sat. XI, 162. et passim. Exc. Voss. (et Crev.) *an ad.* Fr. Rev. pro v. scr. *inquiras.* Burm. Exemplis in hac re nihil efficitur. Inter *exspectare an* et *ut* hoc discrimen est, ut *exspectare an* in dubia fere exspectatione ponatur, et *exspectare ut* certe exspectantis ac prope postulantis sit. Utrum huic loco magis conveniat, in aperto est. *Alta.* In monte Palatino habitasse Augustum (Conf. I, 3, 29.) auctor est. Dio LIV. c. 27., *aedibus modicis* addit Sueton. Aug. c. 72. Vid. Alex. Donat. Roma vet. et rec. II. c. 13. In eodem Palatino di tutelares Romae sedes et templa habebant, Iupiter, Iuno, Apollo, Minerva, Vesta et reliqui. Suet. Aug. c. 29. Lips. Vesta c. 4. Hinc *dique locorum* et *augusta loca* dicit, licet nunc Augustum maxime intelligat. Postquam enim Octavianus summam in re publica potestatem adeptus erat, servilis Romanorum animus eo adulationis processit, ut eum, praeter summos rei publicae honores et titulos, primum divi filium, deinde divum appellarent, et cum iam a. U. C. 718. cives eum sponte inter Lares recepissent, is ei honos a. 724. post domitum orientem se-

Ignoscant augusta mihi loca, dique locorum:
  Venit in hoc illa fulmen ab arce caput.
Esse quidem memini mitissima sedibus illis
  Numina; sed timeo, qui nocuere, deos.
Terretur minimo pennae stridore columba, 75
  Unguibus, accipiter, saucia facta tuis;
Nec procul a stabulis audet discedere si qua
  Excussa est avidi dentibus agna lupi.

natus consulto confirmatus, libationesque et publicae et privatae decretae sunt (Dio LI. c. 19. 20. Hor. Od. IV, 5, 34.); *provinciarum autem pleraeque super templa et aras ludos quoque quinquennales paene oppidatim constituerunt*, ut tradit Sueton. Aug. c. 59. Conf. c. 52. et 60. Hor. Epist. II, 1, 15. ibique interpp., Tac. Ann. I. c. 10 ibique interpp. Quam rem cupide arripuerunt illius aetatis poetae inprimis Hor. in Odis (Vid. I, 2, 45., I, 12, 49—60., III, 5, 1—5., IV, 5, 32.) et Virgilius in Georg. Vid. Iakobs. not. ad Anthol. Gr. Vol. II. p. 2. pag. 191. Ovidius, ut persaepe nimius et ad exaggerandum pronus, non solum saepe eum numen et deum vocitat (supra v. 20., IV, 4, 20. 45., V, 11, 20., V, 4, 19.), sed etiam supremum deum et Iovem inter deos facit eique fulmina tribuit. Vid. Fast. I, 650, Tr. I, 1, 81., I, 5, 77., IV, 3, 69., V, 2, 53., V, 3, 31., III, 5, 7., Pont. I, 7, 50. Quanquam in eo quoque genere antecessorem habuerat, Prop. III, 3, 6. Planus autem locus et illa *ab illa arce* erunt, si memineris, coelum quoque a poetis *arcem* (vid. IV, 3, 5.) appellari, unde Iupiter *moveat tonitrus vibrataque fulmina iactet* Met. XV, 856., (Conf. Trist. V, 3, 19., III, 4, 6.): itaque arcem capitolii, unde Augustus fulmina vibret, Iovis arci componi. *Arces* vero VII Romae colles vel sine illa allusione iam ante appellarat Virg. Georg. II, 534.

Scilicet et rerum facta est pulcherrima Roma
Septemque una sibi numero circumdedit arces.

Pal. 1. et 2., Reg., Serv. et ed. pr. Heinsii *exspectas*.

73. *Mitissima*. Vid. not. ad v. 20. et ad V, 2, 36.

75. *Terretur*. Sententiam praecedentem exemplis illustrat vel prope dixerim, cumulat, e quibus tertium, quod aiunt, ex hypothesi. Gall. *minimae*.

76. *Accipiter*. Ista comparatio saepius apud Nasonem redit. Met. V, 605., Pont. II, 2, 37., II, 7, 11., al. Conf. Virg. A. V, 505.

77. *Si qua*. Ita Reg., Put., Gall., Mor., Serv., Busl., Iun., Rev., Leid., V mei, flor. Berol., ed. pr. Heinsii et reliquae saec. XV. omnes. Vulg. *si quae*. Vid. v. 115. et cf. IV, 1, 1., V, 14, 31. et Priscian. V. p. 565. 569. — Heinsius ex uno Gall. dedit *secedere*, et sic etiam Berol., Crev. et vett. edd. — Franc., Bern.,

Vitaret coelum Phaëthon, si viveret, et quos
Optarat stulte, tangere nollet equos. 80
Me quoque, quae sensi, fateor Iovis arma timere;
Me reor infesto, cum tonat, igne peti.
Quicumque Argolica de classe Capharea fugit,
Semper ab Euboïcis vela retorquet aquis.
Et mea cymba, semel vasta percussa procella, 85
Illum, quo laesa est, horret adire locum.
Ergo cave, liber, et timida circumspice mente,
An satis a media sit tibi plebe legi.

Goth., Seg., Guelf., Rel., Flor. Berol., Dresd., Busl. et reliqui *discedere,* nisi quod Pal. 1. et Hamb. *decedere.* Vett. edd. etiam *non procul.* — *Excussa,* vi erepta, extorta. Conf. III, 11, 12., IV, 1, 79.

80. *Optarat.* Vett. edd., Rel., Crev., Pirckh., Pal. 2.: *optavit.* De reliquis suis Heinsius tacet. — Dresd., Goth., Guelf., Bern., Seg., Berol. et plurimi, ut videtur, Heinsii *optarat,* quod propter maiorem auctoritatem codd. et bonitatem sensus et quia scriptura insolentior est, recipiendum putavi. *Optarat,* sc. illo tempore, quod iam tum fuerat, cum currum paternum conscenderet. Vid. ad III, 11, 25., II, 90. et V, 5, 3. Fr. Boxhornii *iungere.* Male. Certe expertus tantum casum ne *tangere* quidem, itaque multo minus *iungere vellet* equos; neque ipse iunxit; et Met. II, 182.

Et iam vellet equos nunquam tetigisse paternos.

Seg. *non tetigisset.* Pirckh. *tangere ridet.* De *Phaethonte* vid. ad IV, 3, 66.

81. *Me quoque.* A poeta Augustum saepe Iovem fingi eique fulmina tribui diximus ad v. 69. Hoc autem loco id fecit, ut metum suum Phaethonti componeret. Pirckh., IV alii Heins. et Rel. *qui sensi.* Serv. *cavere.*

82. *Peti,* ut Nuc. v. 182., Eleg. in mort. Drus. v. 401. — III apud Burm. *premi.*

83. *Capharea,* acc. Gr. — *Cophareus* est Euboeae insulae ad meridiem promontorium (Plin. IV. c. 12. Mela II. c. 7.), scopulis ac vorticibus infame, ubi classis Graecorum (ab Argolide, Peloponnesi regione, cuius urbes Mycenae, ubi Agamemnon regnabat, et Argos, *Argolica* dicta) ab excidio Troiae revertens per iram Minervae tempestatibus misere afflicta ac disiecta est. Hom. Od. I, 326., III, 134., Hyg. F. 116., Met. XIV, 472. Conf. Trist. V, 7, 32.

85. *Et mea cymba.* Eadem metaphora utitur III, 4, 16. et ubi non?

86. Pirckh. et Gall. *in quo.*

87. *Ergo cave, liber.* Comb. *ergo care liber.* Unde Heinsius correxit *ergo age, care liber,* quod

Dum petit infirmis nimium sublimia pennis
Icarus, Icarias nomine fecit aquas. 90

ergo secunda correpta apud Augusti aevi poetas non reperiretur. Broukh. et Burm. ad Prop. III, 5, 1., Huschk. ad Tibull. I, 1, 19. et III, 2, 9. Sed Naso uti in aliis huius generis, ita in hoc serioris aetatis libertati viam aperuit, ut docuimus ad Her. V, 59.

Votis ergo meis alii rediture redisti?

Vid. not. ad Her. XV, 32. Conf. interpp. ad Lucan. IX, 256. et ad Iuv. XIII, 204. et XIV, 64. Bern. et Ven. a. 1486 *et* omittunt, unde illa Combiani sive Dresdensis varietas nata videtur.

88. *An satis.* Guelf., Goth., Dresd., et plerique (?) alii cum vett. edd. *ut satis.* Pal. 1., Exc. Voss., Bersm., Bern., Berol., Crev., Mor. pro v. scr. et V alii Heins. *an* satis. Fragm. Boxhornii *non satis*, q. e. *num satis.* Seg. *quod satis.* Mor. a. 1. m. *et satis*, quod primus recepit Heinsius. Acute de h. l. cum Schradero Merkelius: *si timet Augusta palatia et horret adire et satis est a plebe legi,* — cur dicit: *difficile est tamen dicere hic remis etc.* Illis enim formido et dissuasio continetur, hoc consilium Caesaris adeundi; atque ea loci difficultas imprimis illa scriptura *et*, quae nullam habet auctoritatem librorum, nascitur; qua fit, ut sensus momentum versu 88. nitatur. Quare mihi melior videtur scriptura *an satis etc*, hoc sensu: *et timida circumspice mente, an tibi sit satis* (vel satius vel sufficiat vel nihil aliud appetas) *a media plebe legi.* Merkel. dedit *ut satis* et interpretatur: *ita cave et circumspice, ut si quid secus evenerit* (?), *sufficiat tibi, a plebe legi.* Utraque scriptura certe illud efficitur, ut cadat omnis sententiae vis in v. 87. Merkelii coniectura est: *ni satis,* ad sensum bona, sed non necessaria et parum Ovidiana. — *A media plebe legi.* III, 1, 82.

Sumite plebeiae carmina nostra manus.

Fr. Rev. *nunc est satis ac,* Leid. *ac media.* Pirckh., Pal. 1. et vett. edd. *e media.*

90. *Icarus Icarias nomine f. aquas.* Sic vulgata quam etiam plerique Heins. codd., etiam mei et vett. edd., confirmant, nisi quod VII Heinsiani, Bern., Seg., Crev., Dresd. et vett. edd. *Icareas,* et Vat. 1. uterque Pol., Reg. a 1. m. et III alii Heinsii, item Pal. 2., Leid. et pro v. scr. Pirckh. *aequoreas* habent. — Is. Vossii cod. pro v. scr. et Goth. a 1. m. *aequoreis nomina fecit aquis.* Mor. pr. v. scr. *Icariis nomina fecit aquis,* quod Heinsius recepit et Burmannus confirmavit his exemplis: Fast. III, 890.

— — cum de se nomina fecit aquae (*Helle*).

Met. XIV, 615.

— — in Tusci demersus fluminis undis
Nomina fecit aquae —

Auson. Ep. XIX.

Audax aequoreo qui fecit nomina ponto —

Fast. IV, 283.

Transit et Icarium, lapsas ubi perdidit alas
Icarus et vastae nomina facit aquae.

Sed ista scriptura haud dubie fluxit ex h. l. Fast. IV, 283. Revocavi-

Difficile est tamen, hic remis utaris an aura,
Dicere; consilium resque locusque dabunt.
Si poteris vacuo tradi, si cuncta videbis
Mitia, si vires fregerit ira suas,
Si quis erit, qui te dubitantem et adire timentem 95
Tradat, et ante tamen pauca loquatur; adi.
Luce bona, dominoque tuo felicior ipso
Pervenias illuc et mala nostra leves.

mus optimam scripturam omnium prope liborum. Met. VII, 381.

Delicuit stagnumque suo de nomine fecit —

Unus Vat. *signat*, quod fluxit e III, 4, 22. — *Infirmis*, cera *iunctis illis*. Fr. Rev. *infirm. coeli subl.*

91. *Hic remis etc.* Vat. 1., Pal. 2., uterque Pol., Exc. Voss., Reg. Gottorp. a 1. m., Seg., Guelf. *hinc*. Fr. Rev. *nunc est difficile remis*. Franc. et Iun. *difficile est tamen ut remis*. Pirckh., Dresd., Berol. et XII Heins. cum ed. Bonon. *an remis*. Mor. a 1. m. *difficile tamen an*. Bern. *difficile tamen est*. Gott. a 2. m. *diff. hic tamen est*. Crev. *diff. tamen est remis hinc*. Unus Vat. *hic an remis*. Sed vett. edd., Goth. in rasura, Rel. et multi, ut videtur, Heinsii, *hic*, q. e. in hac re, in adeundo Caesare. Merkel dedit *hinc* cum interpretatione: *ex hoc Tomitamo exsilio, tam remoto*. Mor. a 2. m. *in aula*, unde Servii scriptura *an ala*. V Heins. *in aura*. Iun. *ut aura*. Busl. *in auras*. — Interpretes, cum naves *velis* celerius, quam *remis* promoveantur, verba *remis ut an aura* accipiunt: *lentius an ocius Augustum adeas*. Ego malim accipi: *utrum in hac re hoc modo an illo agere debeas*, quae interpretatio etiam sequentibus confirmari videtur.

93. *Vacuo*, sc. Augusto, ut e praecedentibus perspicuum est. Eodem modo *vacua Iuno* Met. III, 319. Conf. Tr. II, 239. et Hor. Epist. I, 13, 1. seqq. Vett. edd. *tradi vacuo*.

94. *Vires*, vim, impetum suum. Vid. Senec. Consol. ad Helv. 1., Ov. Her. I, 84. Conf. Tr. III, 8, 19. — V. 95. Iun., Leid., Valii Heins., Guelf. a 1. m., Crev. *volentem*: Bern. *nolentem*.

96. *Tradat* (ei, sc. Aug.) *et ante tamen pauca* (commendandi caussa cum eo) *loquatur*. Heinsianum *at ante tamen* sententiam non iuvat, sed elegantiam eius corrumpit. Reg. pro v. scr., III alii Heins. et Berol. *locutus*.

97. *Luce bona*, fausta, auspicata. Idem Pont. III, 1, 159. — Heinsius e Serv., Mor., Gall., Leid. et II aliis dedit *ipse*. Sed scriptura librorum *domino ipso*, h. e. *quam ipse dominus tuus est*, etiam sententiae convenientior est.

Namque ea vel nemo, vel qui mihi vulnera fecit,
  Solus Achilleo tollere more potest. 100
Tantum ne noceas, dum vis prodesse, videto:
  Nam spes est animi nostra timore minor;
Quaeque quiescebat, ne mota resaeviat ira,
  Et poenae tu sis altera causa, cave. —
Cum tamen in nostrum fueris penetrale receptus, 105
  Contigerisque tuam, scrinia curva, domum;
Adspicies illic positos ex ordine fratres,
  Quos studium cunctos evigilavit idem.

100. *Achilleo — more.* Vid. not. ad II, 19. et IV, 5, 22. — Dresd. a 1. m. *pellere.*

101. Reg., Gall., Mor., Busl., Iun., Pirckh., et X alii Heins., Bern., Seg., ed. pr. Heins. et ed. Bonon. *memento.* Crev. et II Heins. *caveto.* Dresd. pro v. scr. *memento* vel *caveto.*

102. *Animi.* Put., fr. Rev., Iun., Leid., Seg., Franc., Bersm., Rel., Crev., sex alii Heins. et eiusdem ed. pr. *animo.* Mor. *namque animi* (v. *animo*) *spes est.* Berol. *non spes.*

103. *Resaeviat* novasse Ovidius videtur, ut *reformare* Met. IX, 399., *resequi* Met. VIII, 873., *redardescere* Remed. Am. v. 734., de qua re infra pluribus dicetur. Berol. a 1. m. *desaeviat.*

104. *Altera.* Prior caussa supra significata est. Gall., fr. Rev. a 2. m., et VII alii Heins., Bern., Berol. et Heinsii ed. pr. *poenae ne sis.* Exc. Voss., Pirckh., Crev. *causa meae.*

105. *Penetrale* eleganter dicitur cubile illud, in quo poeta opera sua lucubrarat et libros suos habebat. Barb. et unus Vat. *vestrum.*

106. *Scrinia curva.* Pal. 1., Busl., Bern., Reg., Gall., Pirckh., unus Vat., Crev., Goth., Dresd. pro v. scr. *parva.* Fr. Rev., Put., Guelf., Vat. 1. et reliqui Heinsii et nostri et vett. edd. *curva.* Utraque scriptura ad sensum recta. *Curva* scrinia, ut voluminum formam habentia. Nam *scrinia* non solum dicuntur tabulae, quibus libri reponebantur, sed etiam capsae et arculae singulorum librorum. Vid. Schol. Acron. ad Hor. Sat. I, 1, 120. Sallust. Bell. Cat. c. 47. *Flaccum praetorem scrinium cum literis, quas a legatis acceperat, afferre iussit.* Plin. N. H. XVI. c. 43. VII. c. 29. Nos cum maiore parte vett. librorum dedimus *curva.* Intelligendum autem: *Cum contigeris tuam domum* (non tua scrinia), sed quae ibi scrinia librorum sunt, ut patet e v. 107. *adspicies illic* etc. et v. 111 et 112.

107. *Fratres,* sunt reliqui, qui tum editi erant, Nasonis libri praeter Artem et Metamorphoseon opus, de quibus seorsum loquitur. Sunt

Cetera turba palam titulos ostendit apertos,
Et sua detecta nomina fronte gerit; 110
Tres procul obscura latitantes parte videbis:
Hi quoque, quod nemo nescit, amare docent:
Hos tu vel fugias vel, si satis oris habebis,
Oedipodas facito Telegonosque voces;

autem libri Amorum (Vid. IV, 10, 60.), Remediorum amoris, Medicaminum Faciei, Heroides, et Medea et si quae alia eius carmina, nobis incognita, fuerunt. Trist. IV, 10, 63. Nam Fasti, Nux, Ibis, Ponticorum libri et reliqui Tristium, cum haec scriberet, nondum editi erant. Mor. *sine ordine.* Busl. *illic asp.* Fr. Rev. et Gall. *illuc.*

108. *Evigilavit,* vigilatis noctibus composuit, confecit. Fast. IV, 109. Conf. Tr. II, 11. et vid. not. ad Her. IV, 16.

109. *Ostendit — gerit.* *Ostendet* Vat. et VI alii pro vulg. *ostendit.* Idem cum Pal. (2.) aliisque IV *geret* pro *gerit.* Duo *gerunt.* Unus *gerent.* Leid. *ferent.* Iun. *feret.* Heins. *Ostendet* et *geret* etiam Rel. et Seg. Reliqui codd. et vett. edd. omnes *ostendit* et *gerit,* quam scripturam mutandi non idonea aderat caussa: *Adspicies illic fratres, quos. . . idem;* (quorum) *cetera turba . . . . ostendit et . . gerit: tres procul . . . videbis.* Rel. *aperte.* Goth. sub rasura *adspiceres.*

112. *Hi quoque, quod nemo nescit.* Tanaquillus Faber ad Lucret. p. 409. corrigendum censet: *hos qui quod.* Dehortatur librum suum, ut fugiat fratres suos, qui amare doceant nec illos amet; ut mox apertius declarat. Haesit Faber in illo *quoque,* quasi diceret, etiam alios artem amandi docere. Mor. *hi tres quod.* Serv. (et Dresd.) *hi qui.* Fortasse scripserit Naso: *Hic* (vel *sic*) *quoque, quod* (!) Burm. Schrader coniecit: *hi prope quod nemo* nescit. Merkel: *si quoque quod* h. e. *si adeo, vel.* Ego locum difficillimum sic intelligendum existimo: *Hi praeter quod, ut ceteri, eo, quod fratres tui sunt, ad amorem et familiaritatem invitant, vel docent amare.* De hac potestate voculae *quoque* vid. II, 115., IV, 10, 99., Pont. III, 9, 49. De positione huius particulae vid. not. ad II, 21. Fr. Rev. *hos quoque.* Dresd. *norit.*

113. *Satis oris,* satis audaciae. Amor. II, 1, 11.

> Ausus eram memini, coelestia dicere bella,
> Centimanumque Gyan, et satis oris erat —

Her. XVII, 102. ubi vid. not.

114. *Oedipodas Telegonosque,* h. e. parricidas; poeta enim libri parens. Vid. ad III, 1, 23. — Oedipus, Laii Thebarum regis filius, cum patris iussu expositus, sed tamen servatus atque in peregrina terra eductus esset, adultus patrem suum in itinere sibi occurrentem ignarus interfecit. Apollod. III. c. 5., Hyg. F. 67., Soph. Oed. Rex. Telegonus fuit Ulixis e Circe filius,

Deque tribus, moneo, si qua est tibi cura parentis, 115
Ne quenquam, quamvis ipse docebit, ames.
Sunt quoque mutatae ter quinque volumina formae,
Nuper ab exsequiis carmina rapta meis:
His mando dicas, inter mutata referri
Fortunae vultum corpora posse meae. 120
Namque ea dissimilis subito est effecta priori;
Flendaque nunc, aliquo tempore laeta fuit. —

qui cum patrem suum videre cuperet, in Ithacam profectus eum inscius occidit. Apollod. III. c. 5., Hyg. F. 127., Hor. Od. III, 29, 8., Hom. Od. XI, 270. ibique Eustath. Veteres libri et scripti et edd. prope omnes Telegon*asque*. Telegon*osque* Vat. 1., Pol. I. et II alii Heinsii, Bern. et Guelf. a 1. m.

115. *Si qua est.* Heinsius e Put. et II aliis dedit *si quae tibi.* Male non solum h. l., sed etiam multis aliis hoc fecit, et sine omni caussa. Vid. ad v. 77. Unus Vat. *si qua tibi.* Bern. *si sit tibi.* Serv. *si qua est vel cura.* Dresd., Rel. et Berol. *si quae est tibi.* Reliqui omnes cum vett. edd. *si qua est tibi.* Busl. a 1. m. *precantis.*

116. *Deque tribus—ne quenquam* pro *neu de tribus quenquam.* Leid. *aque.* Wakker. Am. litt. p. 119. vss. 116. 117. supposititios censet; nam: *in versu praecedenti,* inquit, *iam monitum est, ut libelli isti Oedipodes et Telegoni vocarentur, inepte igitur aditum, ne amarentur.* Sed amat Naso sententias ita exponere atque dilatare; ut ego hoc, si quicquam, vere Ovidianum esse putem. Conf. II, 290., V, 13, 1., Pont. I, 10, 2., Met. X. 656. Accedit acumen vere Nasonianum; et respicit hic versus versum 112. De *quamvis* cum indic. vid. not. ad I, 2, 11.

117. *Sunt quoque etc.* XV libros Metamorphoseon sive de mutata forma dicit, de quibus vid. I, 7.

118. *Ab exsequiis.* Vox *exsequiae,* quod proprie est comitatus, unde *funeris exsequiae* apud Cic. pro Cluent. c. 71. (Vid. Tr. I, 8, 4.) h. l. pro *rogo, rogi flammis* posita est, ut apparet ex illo *rapta.* Vid. I, 7, 20., III, 11, 25.

119. *Mando, dicas,* est simplicior ratio dicendi, in qua duo verba non coniuncta iuxta ponuntur, ut Germani dicimus: *ich befehle, du sollst sagen; mando ut dicas* arctius vincta oratio est. Naso in hoc usu liberior et reliquis illius aetatis poetis frequentior est. Vid. v. 29. 114., II, 57., I, 2, 62.

120. *Fortunae vultum.* Cum inter mutata corpora fortunam suam referri velit, *vultum* ei tribuit. Bern. *posse referre meae.*

121. Hamb. *nam quae diss.*

122. *Aliquo tempore,* olim, quondam; dixit enim: *flendaque nunc.* Ciof. Goth., Leid. et II alii Heins. *grata.*

Plura quidem mandare tibi, si quaeris, habebam;
Sed vereor tardae causa fuisse morae;
Et si, quae subeunt, tecum, liber, omnia ferres, 125
Sarcina laturo magna futurus eras.
Longa via est: propera. Nobis habitabitur orbis
Ultimus, a terra terra remota mea!

123. *Habeo mandare.* Utrumque dicitur: *habeo mandare* et *quod mandem.* Virg. A. V, 262. *habeo dare.* Pal. 1., Mor. et pr. ed. Heins. *mandare liber.*

124. *Vereor* si fere est pro *pudet* vel *horreo,* infinitivo saepe iungitur. Virg. Georg. I, 246. Her. XVI, 75.

Vincere erant omnes (*deae*) dignae, iudexque verebar,
Non omnes causam vincere posse suam.

Put. a 1. m. *damna fuisse.* Pol. 1., Vat. 1., Rott., Serv. et Guelf. *viae.* Rel. a 1. m. *causa sit ista morae.*

125. *Et si.* Male Heinsius ex Hafn. et uno Medic. novavit *quod si,* quod etiam Dresd., Bern. et Franc. habent. Vett. edd. praeter Bonon. et haud dubie etiam plures Heinsii *sed si.* Uterque Pal., Goth., Guelf., Rel., Seg., Berol., Crev. et Busl. cum plurimis Heinsii et ed. Bonon.: *et si.* Optime. Duo dicit poeta, quorum caussa plura, ulteriora mandare abstineat; sic: *Plura ... habebam, sed* (primum) *vereor, ne te morer; et* (accedit quod) *si omnia ferres, ei, qui te portaret, magna sarcina futurus eras* (sive *fores*). Quamquam ad sententiam ferri potest etiam *sed si;* at recepta scriptura simplicior et elegantior est. De *subeunt* vid. ad I, 3, 1. Berol. et IV Heins. *subeant.*

126. *Laturo.* Vat., Pol., Pal. 2., Serv., Pirckh. et duo alii *latori,* nescio an satis Latine pro Augusti saeculo. Heins. Put. a 2. m. *eris.*

127. *Habitabitur,* in futuro: nondum enim, quum haec scriberet, in Scythiam pervenerat. Vid. *Argument.* — *Orbis ultimus,* sc. Tomos in Ponto, quo erat relegatus, quod oppidum haud procul ab Istri fluminis ostiis situm erat (I, 2, 85., I, 3, 83., II, 189., III, 9.), longe sane ab Urbe et Italia; sed poeta suo iure et more exaggerat. Vid. III, 3, 3., III, 4, 51., IV, 9, 9., V, 2, 31. Pont. II, 7, 66.

Ultima me tellus, ultimus orbis habet.

128. Construe: *Ultimus orbis, terra a terra mea,* h. e. a patria mea sive Italia, *remota. Terra mea* pro *patria mea* poeta consilio dicit propter appositum *terra.* Unus Vat. et Serv. *terra tua est.* Ed. Bonon. *a patria terra remota mea.* Exc. Voss. a 2. m., fr. Rev., Busl., Pirckh., Reg., Put., Gall. post *mea* addunt *est,* quo addito sententia egregie pervertitur. Ceterum aptissime ab exsilii longinquitate atque conditione sua carmen concludit.

ELEGIA II.

Hoc carmen continet poetae preces atque querelas in media tempestate, qua in mari Ionio, cum ex Italia in Graeciam traiiceret, prope obrutus est, ipsiusque tempestatis descriptionem; atque et ipsum eo potissimum spectat, ut culpam excuset Augustique iram mitiget. Ordo ac tenor carminis est huiusmodi: Poeta in media tempestate versatur undisque atque procella paene obrutus deos, ut opem sibi ferant, invocans orditur: Di maris etc., quas preces, non praetermissa occasione Principi blandiendi, verbis: Verba miser etc. concludit; atque inde elegantem facit transitum ad tempestatis vehementiam describendam querimoniasque de crudeli in maris fluctibus morte. Redit deinde ad preces, additis multis, cur par sit, ut di sibi parcant, caussis e sua in exsilium proficiscentis ratione repetitis. Denique quasi desperabundus et extrema tentans deos sub conditione vocat petitque, ut se, si non errore atque imprudentia in eam calamitatem inciderit, sed facinore, undis mergant, sin minus, sibi parcant; ac statim tempestas sedatur.

Di maris et coeli, (quid enim nisi vota supersunt?)
Solvere quassatae parcite membra ratis;
Neve, precor, magni subscribite Caesaris irae:
Saepe premente deo fert deus alter opem.

1. *Di maris.* Maris et coeli deos invocat, quia alterorum sunt undae, alterorum aër et venti. Vid. v. 59. *Vota. Vota* pro precibus poetice posita sunt, quia rarae preces sine votis. Conf. v. 15. et 17. *Supersunt,* ubi e nostra consuetudine dicendi, qui verba in hac quidem ratione sententiae non in fine ponimus, exspectes *superest.* Vid. not. ad IV, 10, 85. — Busl. *supersint.* Pirckh. et Berol. a 1. m. *et terrae.*

2. *Quassatae.* Conf. V, 11, 13. IV, 8, 17. Dicitur autem *quassus* et *quassatus,* ut *aptus* et *aptatus. Solvere parcite* non simpliciter pro *ne solvite* ponitur, sed est imperativus supplicantis ac deprecantis. Qui usus dicendi inprimis apud Nasonem frequentissimus est. Conf. Her. XIX, 205. — Serv. *vela.*

3. *Neve. Neve* et *neu* etiam non praecedente *ne* vel *non* a Nasone saepissime poni, disputavimus ad Her. XVI, 71. Hoc autem loco illud *parcite* v. 2. fere pro negatione est. *Magnae* Iun., fr. Rev., Reg., Gall., Serv., Busl. et VI alii Heins. et Berol., quod ferri quidem potest, sed *magni* oppositioni illi Augusti atque deorum accommodatius videtur et, quod h. l. valet, sic maior est adulatio: *ne vos etiam*

Mulciber in Troiam, pro Troia stabat Apollo; 5
Aequa Venus Teucris, Pallas iniqua fuit.
Oderat Aenean proprior Saturnia Turno;
Ille tamen Veneris numine tutus erat.

mihi irascamini, cui iam magnus (et ipse deus) *Caesar irascitur.* Vid. not. ad II, 55. 140. *Subscribite,* adstipulemini, accedite, favete; vocabulum e iudiciis sumtum. Nam si quis alicuius nomen deferret, praeter caussam suum quoque nomen subscribebat: et ii omnes, *qui primario accusatori operam suam pollicerentur,* subscriptores vocabantur. Aptissime huic loco Nep. Att. c. 6. *Neminem neque suo nomine neque subscribens accusavit.* Vid. Forcell. in Lex., Gronov. in Mantissa pecun. vet. p. 433. Eadem sententia sub alia figura redit IV, 1, 50. Barb. a 1. m. *subsidite* Comb. *succumbite.* Mor. *iram.*

5. *Mulciber.* Iam exemplis comprobat versum 4., ex Homero et Virgilio petitis. *Mulciber* est Vulcanus, filius Iovis et Iunonis (Hom. Il. I, 577., Hesiod. Th. v. 627.), qui cum matre sua in bello Troiano contra Troiam stetit. Hom. Il. XVIII. XX. XXI. Hyg. F. 89. *Mulciber* autem dictus Vulcanus, *quod ignis sit et omnia mulceat ac domet,* ut ait Macrob. VI. c. 5. Vid. Fest. in v. *Troiam.* Vid. ad II, 317. Iun., fr. Rev. et unus Reg. *Iupiter.* Quatuor Heinsii *Mulcifer.* Apollo, filius Iovis et Latonae (Hom. Il. I, 936. Conf. Tr. III, 2, 3., V, 1, 55.), favebat Troianis et oderat Achivos. Il. I. XVIII., et passim.

6. *Aequa Venus.* Venus, dea amoris, filia Iovis et Diones (Hom. Il. V, 370. 428. Conf. Tr. II, 527.), Troianis favebat maxime propter iudicium Paridis, in quo Minervae et Iunoni praelata pulcritudinis palmam tulit. Hom. Il. passim, Ovid. Her. XVI, 65., Hyg. F. 92. *Pallas iniqua* ob idem iudicium Paridis. Vid. ibid. De Minerva, Iovis filia, vid. ad III, 14, 13. — *Pallas.* II, 293. et I, 10, 12. *Teucri* Troiani dicti a Teucro, Cretensi, qui in Phrygiam minorem, quae postea Troas appellata est, migravit incolisque nomen dedit. Diod. Sic. IV. c. 75., Heyn. ad Apollod. III. c. 12., ad Virg. Aen. I, 626. et Excurs. V. et VI. ad Aen. III. Conf. Met. XIII, 705.

7. *Oderat Aenean.* Troia devastata Aeneas, Troianus, filius Veneris et Anchisae (II, 261.) cum paucis Troianis in Italiam migravit, ibique cum Turno, Rutulorum rege de Lavinia, Latini regis filia, dimicavit. Iuno, cum non solum Troianus, sed Veneris ipsi inimicissimae filius esset, eum ubique infestissimo odio persequebatur, hostemque eius Turnum iuvabat (Virg. Aen.): Venus autem ei ubique aderat, cuius auxilio et Turnum occidit et una cum Lavinia regno Latini potitus est. *Saturnia,* Iuno. Vid. ad II, 297. Formam *Aenean* non nisi Serv., Ven. 1474. et ed. Vicent. habent; reliqui *Aeneam.* Fr. Rev. a 1. m. *Saturnia Teucris.*

8. *Veneris numine* vel *ope,* ut I, 10, 12. *Palladio numine.* Goth., Mor., Leid., Bern., Pirckh. et VI

Saepe ferox cautum petiit Neptunus Ulixem;
Eripuit patruo saepe Minerva suo. 10
Et nobis aliquod, quamvis distamus ab illis,
Quis vetat, irato numen adesse deo? — —
Verba miser frustra non proficientia perdo;
Ipsa graves spargunt ora loquentis aquae;

alii Heins. *munere.* Fr. Rev. *ille quidem.*

9. *Cautum* sc. ad pericula vitanda, prudentem. Male grammatici aliud epitheton, quod Homericum πολύμητιν exprimat, obtrudunt. *Cautum* Ulixem dixit etiam I, 44. *Ferox,* ira exacerbatus. *Petiit* sc. in mari. Persecutus autem eum Neptunus est maxime, quod Polyphemum, Cyclopem, filium suum, obcaecarat. Hom. Od. IX, 231., Aen. III, 630. Conf. Hyg. F. 105. Mor. *petiit cautum.*

10. *Patruo.* Neptunus erat Iovis frater (Il. XV, 187.) et Minerva eius filia. Vid. ad v. 6. Ad rem, conf. 1, 5, 58.

11. *Quamvis distamus.* Et hic locus, ut permulti alii, docet, quam leviter alii, *quamvis* a poetis nonnisi poscente versu indicativo iungi, affirment. Vid. V, 7, 31., V, 7, 31., V, 9, 25., Her. VII, 29., XIII, 119., XVIII, 99., Met. VI, 12. Cum indicat. porro apud Nasonem legitur Tr. I, 1, 25. 116., III, 7, 9., V, 7, 6. 31., Her. XVIII, 50., XIX, 58., Met. I, 686., II, 580. 782., IX, 125., et aliis locis. Neque ab Ovidio hic usus est novatus, aut primum frequentatus. Hor. Sat. I, 3, 129., II, 5, 15., Od. I, 28, 11., III, 7, 25., III, 10, 13., Epist. I, 17, 1. 22. ibique Schmid., A. Poet. v. 355., Cic. pro Rab. Post. c. 2. Interpp. ad Lucan. II, 658. et ad Suet. Aug. c. 42.

Aliquid Bersm., Iun., Mor. *distemus* Gall. *Illo* Bern. *Burm.* Bern. et Goth. etiam *aliquid.*

12. *Quis vetat. Quid* cum Gall. et Bersm. a 1. m. pro vulg. *quis. Heins.* Vat., (Berol.) *quis vetet. Burm.* Si e vulgari consuetudine dicendi iudicandum, *quid* aptius ad sensum est. Verum repeto, quod ad Her. X. annotavi, *quis vetat* apud Nasonem propemodum pro formula esse, et inductam ab Heinsio permultis apud Ovidium locis scripturam *quid vetat* prope ubique esse suspectam. Sensus est: *Quis vetat, etiam mihi* (Vid. ad V, 2, 17.), *quamvis vilior, inferior sim illis heroibus aut totis gentibus, magno deo* (Augusto. Vid. ad I, 1, 30.) *mihi irascente, numen alterum* (Vid. v. 4.) *adesse.* Seg. *inesse.*

13. Post v. 12. poetam intellige paululum cessare, ac deinde, ubi his precibus maris furorem minime remittere videat, exclamare: *Verba miser etc.* — Pal. 1. *perficienda.* Pirckh. *perficientia.* Rel. *perdo frustra.* Iun., Mor. et II alii Heins. *prodo.*

14. *Ipsa graves.* Conf. v. 37. — Put. *spargent.*

Terribilisque Notus iactat mea dicta, precesque, 15
Ad quos mittuntur, non sinit ire, deos.
Ergo idem venti, ne causa laedar in una,
Velaque nescio quo votaque nostra ferunt! — —
Me miserum, quanti montes volvuntur aquarum!
Iam iam tacturos sidera summa putes. 20

15. *Dicta.* Heinsius ex Pol. 1., Mor., Serv. a 2. m. et IV aliis induxit *dicta,* quia *verba* praecessisset. Accedunt Berol., Bersm., Rel. Reliqui et nostri et Heins. et vett. edd. praeter Bonon. *verba;* nisi quod Iun. et Crev. *vela,* et Voss. *vota* e v. 18. exhibent. Scripturam *dicta,* si nullis codd. confirmaretur, dare vix auderem: quum poetae non raro paullo negligentius eadem verba repetant. Vid. interpp. ad Tib. I, 1, 1. 45., I, 3, 31., I, 6, 50. Ex Ovidio exempla collegit Gier. ad Met. XV, 104. — *Terribilisque Notus.* Vid. ad v. 34. Ceterum paullo argutius in hoc affectu venti vis dicitur impedire, ne preces suae ad deos pervenire possint, sed easdem statim ab ore suo abripere ac dissipare. Quanquam frequens est oratio, ut ea, quae negliguntur, aut irrita sunt ac frustrantur, ventis et undis tradi aut ab iis abripi dicantur. En exempla Nasonis. Trist. 1. 8. 35. Amor. I, 6, 52.

Hei mihi, quam longa spem tulit aura meam!

I, 8, 106.

Nec tulerint voces ventus et aura meas.

II, 6, 44.

Vota procelloso per mare rapta noto.

II, 11, 33.

At si vana ferunt volucres mea dicta procellae.

II, 16, 45.

Verba puellarum, foliis leviora caducis,
Irrita, qua visum est, ventus et unda ferunt.

Remed. v. 286.

Irrita cum ventis verba tulere noti.

Her. II, 25.

Demophoon ventis et verba et vela dedisti.

Her. I, 79.

Fallar, et hoc crimen tenues vanescat in auras.

Met. VIII, 134.

— — — — — — an inania venti
Verba ferant, idemque tuas, ingrate, carinas?

Fast. V, 685. Her. VII, 7. Similiter Hor. Od. I, 26, 2., ubi vid. Mitscherl. Tib. I, 5, 35.

Iactat (*Caurus*) odoratos vota per Armenios.

Tib. III, 6, 27., III, 4, 96. Catull. LXIV, 59.

Irrita ventosae linquens promissa procellae —

Conf. Hom. Od. VIII, 408. — *Ergo* dolentis est. Vid. III, 2, 1., IV, 8, 37. Iun. *sic idem.* Pol. *nec laedor.*

18. *Velaque.* Iun. et Mor. pro v. 1. *verbaque nescio.* Busl. et VI alii Heins. *verbaque nostra.* Franc. *verbaque n. q. velaque.*

19. *Me miserum.* Quasi interruptis subito fluctuum impetu querelis exclamat: *me miserum!* (Conf. v. 45.), quod transitum praebet ad vividissimam, quae subsequitur, tem-

Quantae diducto subsidunt aequore valles!
Iam iam tacturas Tartara nigra putes.
Quocumque adspicio, nihil est, nisi pontus et aër,
Fluctibus hic tumidus, nubibus ille minax.
Inter utrumque fremunt immani murmure venti; 25
Nescit, cui domino pareat, unda maris.

pestatis descriptionem. Conf. I, 4, 5. *Montes aquarum.* I, 4, 7., I, 11, 20., Met. XI, 480. seqq., XV, 509. seqq., Virg. Aen. I, 102. — Reg. pro v. sc. *volvuntur in aequor.*

21. *Diducto* elegantius est, quam scriptura fr. Rev., Goth., Reg., Gall., Busl., Bern., Rel. et Berol. et vett. edd. *deducto.* Guelf. et Mor. *diductae.* Duo Ciofani *deductae.* In Guelf. vv. 20. 21. in margine leguntur, in Crev. desunt. Franc. *diductos,* pro v. scr. *diducto.* — *Subsidere* eleganter sic usurpavit Naso etiam Fast. V, 13.

Pondere terra suo subsedit et aequora traxit —

Virg. A. III, 564.

Tollimur in coelum curvato gurgite, et idem
Subducta ad manes imos descendimus undas

Putes. Conf. II, 152. — Busl. a 2. m. *puto.*

23. *Adspicio.* Heinsius, cum in Busl. et Comb. reperisset *aspicies,* dedit *aspicias,* quod nunc prope pro vulgata est. Dedimus cum reliquis libris omnibus *aspicio,* quod etiam melius ad sensum est, ut in hoc periculo atque affectu non nisi de se ipso et cogitet et loquatur. Vid. ad I, 11, 23. Scripturam *aër* confirmant Inn., Leid., fr. Rev., Bern. a 2. m. (nam a 1. cum Put. *aequor.*), Reg., Gall., Mor., Serv., Busl., Franc. et XVII alii Heins., Goth., Maff. et Vatt., Seg., et vett. edd. Reliqui *aether,* quae scriptura vix ferri potest propter versum qui sequitur. Pal. 2., fr. Rev., Seg. *quodcunque.* Gall. *quacunque.* Goth. *nil est.*

24. *Tumidus.* Heinsius e Pol. 1., Pal. 2., Hamb., Reg., Mor. a 1. m., Franc. et IV aliis dedit *tumidis.* Sed recte Iahn et Merkel restituerunt *tumidus.* Nam Heinsius cum librariis illis, qui vulgatam depravarunt, non animadvertisse videtur, voci *tumidus* notionem *terribilis* sive *minax* subesse: et concinnior est vulgata scriptura: *Fluctibus hic tumidus, nubibus ille minax. Hic* autem ad remotius *pontus* refertur, qui usus inprimis apud poetas frequens est, ut *hic* referatur ad id, quod aut loco proximum aut sensu gravissimum, aut utrumque simul est. Conf. I, 11, 29. Gall. *flatibus.*

25. *Murmure.* Heinsius e Pal. 1., Gall., Mor., Busl. et VII aliis et ed. pr. primus dedit *turbine.* Accedunt Seg. et Rel. Reliqui et scripti et editi praeter ed. pr. omnes *murmure.* Sensui utrumque aptum; nam *fremere murmure* dicitur, ut *fremere ululatu, plausu* et similia; neque de *venti turbine* dubitari potest, quanquam qui vulgo afferuntur loci Virg. A. VI, 594.,

Nam modo purpureo vires capit Eurus ab ortu;
Nunc Zephyrus sero vespere missus adest;
Nunc gelidus sicca Boreas bacchatur ab Arcto;
Nunc Notus adversa proelia fronte gerit. 30
Rector in incerto est, nec quid fugiatve petatve
Invenit; ambiguis ars stupet ipsa malis.

Met. VI, 310. huic loco parum similes sunt. Verum cum longe maiore vetustatis auctoritas *murmure* tueatur, non video, cur mutandum putem. Serv. *immania murmura.* V. 26. Rel. *nescio quo.* Mor. *cui vento.*

27. *Eurus.* Quatuor *cardinales,* ut Vitruvius loquitur, ventos describit Manil. Astron. IV.

Asper ab axe ruit Boreas, fugit Eurus ab ortu,
Auster amat medium solem, Zephyrusque profundum.
Cicr.

Vid. A. Gell. N. A. II. c. 22. Conf. Virg. Georg. I, 371., Met. I, 57. seqq. Pirckh. *navim capit.* Unus Vat. *rapit. Vires capit* est *impetum sumit.*

28. *Zephyrus.* Zephyri a poetis Latinis more Graecorum saepe omnino venti dicuntur ab occidente spirantes sive tepida et levia flabra incipientis veris (Plin. XVIII. c. 34.) quae alias Latine Favonii nomine appellantur (Hor. Od. I, 4. 1. ibique interpp. Gell. N. Att. II. c. 22.), sive violentas illas tempestates auctumnales et hiemales intelligunt. Met. I, 107., Virg. Georg. II, 330., IV, 305., Aen. II, 417., Hom. Il. VII, 63., Odyss. V, 295. *Missus* non solum est *qui missus est* ab alio, sed etiam *qui fertur,* ut Gr. ὀρταλείς. — Berol. *sero Zeph.*

29. *Gelidus — Boreas.* De *sicca Arcto* vid. not. ad IV, 3, 2. et conf. not. ad IV, 7, 48. *Bacchatur,* cum furore, impotenter fertur, ut Bacchae, ad consuetudinem Graecorum dictum, velut Sophocl. Antig. v. 1361. Hor. Od. I, 25, 11. *Thracio vento* (h. e. Borea) *bacchante.* Idem Od. III, 3, 55. *debacchari,* ubi vid. Mitscherl. — Imago illa ventorum inter se certantium est etiam Virg. A. I, 394., II, 416., X, 356., Georg. I, 318., Senec. Agam. v. 472. Hor. Od. I, 3, 10.

— — — — — nec timuit praecipitem Africum
De certantem Aquilonibus.

30. *Notus,* Graeco nomine ventus idem, qui Auster apud Latinos, tempestuossimus Italiae ventus, de quo plura diximus ad Her. III, 58. Vid. A. Gell. N. A. II. c. 22. Conf. Met. I, 264. *Adversa fronte,* obnixus. Hor. Sat. I, 1, 102.

— — — — — pergis pugnantia secum
Frontibus adversis componere!

32. *Rector.* Conf. I, 11, 21., I, 4, 6. seqq., Met. XI, 492.

Ipse pavet, nec se, quis sit status, ipse fatetur
Scire satis rector, nec quid iubeatve velitve.

Ars stupere dicitur, ut *vinci,* I, 4, 21. *Mens stupet* Busl. et Guelf. a 2. m. — Pirckh. *ha stupet ille.* Pal. 2. et Rel. *illa malis.* Rel. *Boreas sicca.*

Scilicet occidimus, nec spes est ulla salutis,
Dumque loquor, vultus obruit unda meos.
Opprimet hanc animam fluctus, frustraque precanti 35
Ore necaturas accipiemus aquas.
At pia nil aliud, quam me dolet exsule coniux:
Hoc unum nostri scitque gemitque mali.
Nescit in immenso iactari corpora ponto,
Nescit agi ventis, nescit adesse necem. 40
O bene, quod non sum mecum conscendere passus,
Ne mihi mors misero bis patienda foret!

33. *Scilicet,* intendit ad gravitatem rei, quae subsequitur, vel cum gravitate concludit, fere ut nostrum *ja.* Vid. not. ad II, 107.

Quod nunc vulgo legitur *nec spes nisi vana* Heinsius ex uno Comb. recepit. Verum ad sensum aptissima est vulgata *nec spes est ulla,* immo melior propter illud *occidimus* quod praecedit, post quod *nisi vana,* mihi quidem, si quicquam aliud, languere videtur. Crev. *spes est illa.* V. 35. Seg. et Crev. *obruet.*

36. *Necaturas.* Vid. ad IV, 10, 62. Berol. a 1. m. *nocituras.*

37. *Nil aliud, quam me d. exsule.* Verborum usus cum duplici rectione, quam vocant, et varius et frequens est. Vid. Nep. Dat. c. 3., Heusing. ad Cic. Off. I. c. 28., Oudendorp. ad Suet. Vesp. c. 19. — Nova caussa misericordiam movet. Fr. Rev. *at mea.* Crev. hic novum carmen incipit.

38. Reg. pro v. scr. *fletque gemitque.*

39. *Nescit.* Repetitio illa huic affectui apta. — *Corpora.* Vid. ad I, 3, 29. *Iactari.* Conf. III, 2, 15. — Mor. *nescit et imm.* Goth. *brachia.*

41. *O bene.* Guelf., Pol. 1., Vat. 1., Pal. 2., Put. a 2. m. et IV alii *di bene.* Ita Stat., Claud., Auson., al. *Heins.* Simpliciter *bene* habet Quint. Declam. XV. c. 1., II. c. 13. et ita passim alii. *Burm.* Eadem brevitate dicitur *di melius* vel *di meliora;* quanquam *di meliora* fere averruncandi formula est, non probandi. Cic. Philipp. X. c. 2., Heins. ad Met. VII, 37. In oratione minus commota verbum *facere* vel simile additur. Hor. Sat. I, 4, 17. Verum hoc loco revocandum *o bene,* cum vett. libris. Vid. Art. A. II. 605., Terent. Andr. I, 1, 78. Franc. a 1. m. *et bene. Conscendere* autem, non addito, quid conscensum sit, recte dicitur, si, ut h. l., ex contextu orationis, quid conscensum sit, satis notum est. Bern. *navem conscendere.* De re conf. I, 3, 88. *Passus e. mecum* Leid.

42. *Foret.* Vid. IV, 1, 4. Ed. pr. Heins. *nunc mihi.* Mor., Busl., Bern. *bis misero mors.* Unus Medic. *bis toleranda.*

At nunc ut peream, quoniam caret illa periclo,
Dimidia certe parte superstes ero. — —
Hei mihi, quam celeri micuerunt nubila flamma! 45
Quantus ab aetherio personat axe fragor!
Nec levius laterum tabulae feriuntur ab undis,
Quam grave balistae moenia pulsat onus.
Qui venit hic fluctus, fluctus supereminet omnes;
Posterior nono est undecimoque prior. 50

43. *Ut*, licet. Conf. v. 71., I, 1, 35. et sic passim. Leid. *ipsa*. Guelf. a 1. m. *quanquam*. Dresd. a 1. m. *si peream*.

44. *Dimidia—parte*. Eodem modo fratrem partem sui appellat IV, 10, 32. Conf. V, 14, 2. Hor. Od. I, 3, 8. eadem suavitate ad navim Virgilium vehentem:

Et serves animae dimidium meae.

Idem Od. II, 17, 5. ad Maecen.:

Ah, te meae si partem animae rapit
Maturior vis, quid moror altera?

45. Commode querimoniae illa parte finita a tempestate interpellatur. Conf. v. 19. — Ed. Bonon. *concurrunt*. Exc. Voss., Berol., Crev. *rubuerunt*. Fr. Rev., Seg., Rel. et Franc. a 2. m. *sidera flamma*. Iun. *lumina*. Bern. et Medon. *fulgura*.

46. *Aetherio — axe*, pro aethere et ipso coelo: nam axis et polus summa coeli pars. Conf. not. ad I, 1, 72. et vid. Virg. A. II, 512. et VIII, 28.

47. *Tabulae laterum*. Vett. edd., Guelf., Pal. 2., Mor., Leid., Franc., Rel. et Goth. *laterum tabulae*.

48. *Balista* machina bellica, qua ingentia saxa aliaque missilia torquebantur. Amm. Marcell. XXIII. c. 4., Vitruv. X. c. 15., Veget. IV. c. 22., Lips. Poliorcet. III. Dial. 2. — Met. XI, 508. de eodem undarum impetu:

Nec levius (*puppis*) pulsata sonat, quam ferreus olim
Quum laceras aries balistave concutit arces.

49. *Hic*. Vett. edd. praeter Bonon., III Heins. codd. et Berol. *hinc*. Serv. *huc*.

50. *Posterior nono etc.*, h. e. decimus vel *decumanus*, q. e. maximus. Erat enim apud Romanos vetus opinio, e nonnullis rebus decimam quamque esse maximam. Fest.: *Decumana ova dicuntur et decumani fluctus, quia sunt magna: nam et ovorum decimum maius nascitur, et fluctus decimus fieri maximus dicitur*. Lucan. V, 672. *decimus fluctus*. Met. XI, 530. *decima unda*. Sil. XIV, 121.

— — — — decimoque volumine pontum
Expulit (*Boreas*) in terras.

Conf. Val. Fl. II, 54. et Politian. Miscellan. c. 86. Graeci tertiam quamque undam maiorem habebant, quam τριτυμίαν vocabant. Vid. Stallb. ad Plat. de Rep. V. c. 17., Heind. ad Plat. Euthyd. p. 293. A. et interpp. ad Eurip. Troad. v. 82. — Ceterum iusto argutior est ista

Non letum timeo: genus est miserabile leti.
Demite naufragium: mors mihi munus erit.
Est aliquid, fatoque suo ferroque cadentem
In solida moriens ponere corpus humo;
Et mandare suis aliquid, sperare sepulcrum, 55
Et non aequoreis piscibus esse cibum.

oratio in tali affectu. Sed de ea re Naso et alii poetae veteres aliter sensisse videntur. Conf. I, 1, 16. — Serv. *non est.* Pirckh. *undecimusque.*

51. *Non.* Fr. Rev., exc. Voss., Pal. 2., Iun., Dresd., Goth., Leid., Reg., Gall., Serv., Busl. et XVII alii Heins. et vett. edd. *nec.* Pal. 1., Guelf., Berol., Rel., Crev., Bern., Seg. cum reliquis codd. *non,* quod aptius est ad sententiam. Sensus est: *non letum timeo,* (sed tantum) *genus leti timeo,* (pro quo dicit) *miserabile est.* Bern. *vereor.* Ed. Bon. *at genus est.* Berol. *mortis.*

53. *Fatoque suo ferroque.* Legendum *ve—ve, ut mors naturalis a violenta distinguatur.* Heins. Codd. Heins. et nostri omnes, et vett. edd. *que — que.* Berol. et Rel. *ferroque — fatoque.* Vat. 1. et fr. Boxh. *ferroque — fatone.* Mihi vera videtur omnium librorum scriptura *que—que;* ut de sola morte in bello loquatur. Nam talis mors potest esse in fatis; igitur qui cadit in proelio, *et fato suo et ferro* cadit. Porro Vat. 1., fr. Boxh. et Mor. pro v. scr. *cadenti.* Reliqui et Heinsii et nostri omnes *cadendum,* nisi quod Berol. pro v. scr. *cadentum.* Solus Reg. pro v. scr. cum vett. edd. veram scripturam habent *cadentem.*

Est aliquid. Magni habendum, in bello interfici, dummodo in firma terra cadaver ponatur. *Crov.* *Est aliquid* pro formula est, qua Naso saepe utitur. Her. III, 131., IV, 29., Remed. v. 480., Fast. VI, 27., Art. A. III, 755., Amor. I, 12, 34. Eodem modo dicitur *quid est, si quid est,* et similia. Vid. I, 8, 17. IV, 10, 7.

54. *In solida.* Vat. 1., Pol., Pal. 2., fr. Rev., Put., Bern., exc. Voss., Franc., Iun., Reg., Gall., Serv., Busl. et XX alii Heins., Guelf., Rel., Crev., Goth., Dresd. a 2. m. et vett. edd. *solita.* — Leid. *et solita.* Pirckh. et VII *et solida.* Pal. 1., Berol. in rasura, Mor., et a 1. m. Dresd. *in solida,* quod rectum est, cum, ut recte animadvertit Burmannus, non mors in patria et mari, sed mare et terra sibi opponantur. *Solida* autem *terra* apud Nasonem etiam alibi mari opponitur. Met. I, 31.

. . . . . humor
Ultima possedit solidumque coercuit orbem.

Met. XIV, 49. Conf. Fast. II, 648., III, 442., VI, 404., Her. XII. 94. Statius:

Quis rude et abscissum miseris animantibus aequor
Fecit iter, solidaeque telluris alumnos
Expulit in fluctus pelagoque immisit hiantes?

55. *Et mandare suis aliquid.* Heinsius e coniectura dedit:

Fingite me dignum tali nece: non ego solus
Hic vehor: immeritos cur mea poena trahit?
Prô superi viridesque dei, quibus aequora curae,
Utraque iam vestras sistite turba minas; 60

Est mandata suis aliquid sperare sepulcra.

Vulg., vett. edd. omnes, Put., Serv., Rel., Seg. a 2. m.

Et mandare suis aliqua et sperare sepulcrum.

Unus Vat. *aliqua sperare sepulcra.* — Goth., Rel. a 2 m., Bern., Seg. a 1. m., Berol., Reg., Gall., Mor., Busl., Leid., Guelf., Pirckh., Pal. 2. et XII alii Heins.: *et mand. s. aliquid et sp. sepulcrum.* — Crev., exc. Voss., Franc. et fortasse etiam ed. pr. Heinsii *et m. s. aliquid sperare sepulcrum.* Pal. 2. et II alii Heins. *et m. s. aliquod sp. sepulcrum.* Dresdensis *aliquo.* Iun. *aliquem.* Falsam esse Heinsii scripturam, certe nemo dubitat. Vett. libros habere videmus *aliqua et sper., aliquid et sper.,* et *aliquid sper. sepulcrum.* Mihi vera videtur scriptura:

Et mandare suis aliqnid, sperare sepulcrum —

et illud *et,* quod plurimi codd. post *aliquid* exhibent, natum e glossa esse. Contra hanc scripturam Merkel quatuor haec oppossuit: primum desiderari fidem criticam. At satis magnam habere videmus. Nam illud Merkelium fugit, codd. et Heinsii et suos et edd. vett. omnes habere *sepulcrum,* non, ut ipse opinabatur, *sepulcra.* Deinde opposuit idem, desiderari in ea numeros Ovidianos, tum elegantiam, postremo aptam Sententiam. De numeris, mihi non citra Nasonis elegantiam videntur; certe in hac re aliquid affirmare aut pro certo statuere, difficile est. Constructio *est aliquid, mandare suis aliquid,* sane non elegans videtur, sed nec Naso tam ineleganter est loquutus, sed interposita est sententiae pars illa, *fatoque—humo,* quo illa durities non parum mitigatur. Ineptum autem, quod quarto et postremo loco obiecit Merkel: *Quid militi concessum fuit, quin Ovidio patria excedenti non licuisset?* et fugisse eum videtur, Ovidium haec in medio mari et in ipso naufragii periculo lamentari, in quo si ipse, etiam socii cum ipso periissent. Sententia quoque aptissima est, modo quae praecesserunt, de morte ex vulneribus in proelio acceptis intelligantur: *est aliquid, vulnere moriens corpus in solida terra ponere,* (et in extremo spiritu per socios) *mandare suis aliquid, et sperare sepulcrum.* Certe mihi quidem locus ex libris ita constitutus, et meliorem et clariorem habere sensum videtur, quam qualem Merkelius ex coniectura constituit:

Et mandare suis, aliqua aut speraro sepulcra. —

Ne vero *et* post, *aliquid* desideres, conf. I, 3, 99., III, 11, 3.

58. *Hic,* in patenti mari et tempestatibus. Vett. edd., Goth., Guelf. a 2. m., Reg., Busl. et VII alii Heins. *huc.* Pal. 2. et Bern. *hinc.* — *Trahit,* secum in perniciem rapit. Conf. Hor. Od. III, 2, 26.

59. *Superi,* i. q. di coeli v. 1.

Quamque dedit vitam mitissima Caesaris ira,
Hanc sinite infelix in loca iussa feram!
Si, quoniam merui poenam, me perdere vultis;
Culpa mea est ipso iudice morte minor.

Virides dei sunt maris, qui passim *caerulei* et *virides* dicuntur. Virg. Georg. IV, 388. *caeruleus Proteus.* Her. IX, 14. *caeruleus Nereus.* Her. V, 57. *virides Nereïdes.* Vid. Trist. I, 4, 25., Met. II, 8. 12. — Reg., Gall., Serv., Iun., fr. Rev., Goth., Berol. *proh.*

60. *Turba.* Vid. not. ad V, 3, 47. *Turba sistite.* Vid. not. ad I, 7, 1. Bern. *manus.* Iun. *sistite — utraque.* Pal. 1. *nostras.*

61. *Mitissima.* Vid. ad I, 1, 20. et V, 2, 36.

62. *Sinite — feram,* duo imperativi iuxta positi, quae oratio affectui accommodatior, quam vulgaris verbi *sinere* cum inf. constructio. Vid. not. ad I, 1, 119. Reg., Gall., Leid. *ad loca.* Leid. *traham.*

63. *Si quoniam merui etc.* In huius versus scriptura iterum valde discrepant vetusti libri. Ac primum Guelf. a 1. m. et unus Medic. habent *pendere* pro reliquorum vett. librorum omnium scriptura *perdere.* Rottend. *prendere.* Plurimi scripti, etiam Bern., Berol., Dresd., et ed. Bonon. cum vulg.:

Si, quoniam merui poenam, me perdere vultis —

Crev. *et quoniam.* — Pal. 1., Mor. et unus Vat. *si quia quam merui penam* (Pal. 1. *pena*). Seg. *si quia promerui* istam *pena me perdere vultis.* — Pal. 2., Leid. et III alii Heins. et teste Heinsio alter Pol. *si quoque quam merui.* Goth., Guelf., et III Heinsii *si quoque qua merui.* Put., Gall., Franc. et IV alii Heins. *si quamquam merui.* Vat. 1. et Rel. *si merui penam quamquam.* VIII vett. edd. saec. XV. *si quam promerui poenam.* Uterque Pol. teste Gronovio *si quam promerui pena me.* Unus Med. *si quam promerui, me pena. Pena* etiam fr. Rev., Leid., Put., Inn., Goth. — Reg. *penas.* Heinsius, ad coniecturas et rariora fere ubique pronus, dedit:

Si quam commerui poenam me pendere vultis —

Contra quem Burmannus recte animadvertit, se nescire, cur *promerui,* ut multi libri exhibent, minus bene dicatur, quam *commerui,* et dedit, quod nunc fere pro vulg. est:

Si quam promerui poenam me pendere vultis —

Sed quum libri et scripti et impressi in optima scriptura *perdere* consentiant, mihi ea ab ipso Nasone videtur. At, restituto *perdere,* necessario sequitur, etiam scripturam plurimorum codd. *si quoniam merui* esse restituendam. Variantes autem *si quam promerui, si quamquam merui, si quia quam* mihi ortae videntur e compendiosa scriptura *quam* pro *quoniam.* Atque ista scriptura, quam vindicamus, optimum et elegantem habet sensum: *Si quoniam poenam merui* (quod non nego), *ideo me perdere, occidere vultis,* (considerate ante)

Mittere me Stygias si iam voluisset ad undas 65
Caesar, in hoc vestra non eguisset ope.
Est illi nostri non invidiosa cruoris
Copia, quodque dedit, cum volet, ipse feret.
Vos modo, quos certe nullo puto crimine laesi,
Contenti nostris iam, precor, este malis! 70
Nec tamen, ut cuncti miserum servare velitis,
Quod periit, salvum iam caput esse potest.
Ut mare considat, ventisque ferentibus utar,
Et mihi parcatis: num minus exsul ero?

quod culpa mea, licet ipse Augustus, quem offendi, iudicarit, morte (quod respicit illud *perdere*) *minor visa est.* Atque posteriora illa urgens v. 65. pergit: *si voluisset me etc.* Dresd. pro v. scr. *Caesare.*

65. *Ad Stygias undas mittere* pro *ad mortem.* Vid. ad V, 2, 74. Unus Heins. *iam Styg. si me.* Seg. a 1. m. *me dubias.* Guelf., fr. Rev. a 2. m., Pal. 2., Leid., Reg., Put., Gall., Serv., Busl. et VIII alii Heins., Dresd., Goth., Rel., Berol. *in undas.* — V. 66. Pal. 1. *in hac nostra.*

67. *Non indiviosa — copia,* potestas necis, quae invidiam non habet, quam invidere ei non deberetis. Sic *pecuniam non invidiosam* dixit Cicero. Vid. IV, 4, 65.

68. *Feret,* auferet, demet, ut saepe simplex pro composito. Vid. v. 73. et 91. et not. ad Her. XVI, 125. Pal. 1., Busl., Mor. et III alii Heins., pr. ed. et Guelf. a 2. m. *quamque.* Berol. *dum.* Fr. Rev. *ille.*

69. *Certe nullo.* Iun. et Serv. *nullo certe.* Pro *laesi* Reg. a 1. m., Franc., Leid. et V alii Heins. *laesos,* quod dedit Heinsius. Veteres libri prope omnes *laesi,* quod et simplicius, et eam etiam ob caussam praeferendum est, quia *laesos* non adiunctam habet personam, a qua. Bern., Busl. a 1. m., Berol. a 1. m. *laedi.* Leid., Mor. et Busl. *vos quoque.*

70. *Iam, precor.* Comb. et Medon. *vos precor.* Serv. *di precor* Bene. Heins. Optimam omnium veterum librorum scripturam revocavi. Conf. not. ad v. 41. Goth. a 1. m. *nostris ut prec.* V. 71. Rel. *non.*

72. *Periit. Perire* et *occidere* (v. 33.) dicuntur non solum, qui moriuntur, sed etiam qui summa premuntur calamitate, unde *perii* apud Comicos fere interiectionis loco est. Inde explicandus hic locus, et lusus ille I, 4, 28.

Si modo qui periit, non periisse potest.

Put. *sanum.* Vid. I, 1, 19. Goth., exc. Voss., Gall., Mor. *salvum non.*

73. *Considat.* Vulg. cum Pal. 1.,

Non ego, divitias avidus sine fine parandi, 75
Latum mutandis mercibus aequor aro;
Nec peto, quas quondam petii studiosus, Athenas,
Oppida non Asiae, non mihi visa prius;

Dresd., nonnullis Heins. et vett. edd. *subsidat.* *Considere* apte et crebro de furore, ardore et impetu dicitur. Goth. *consistat.*

Ferentibus, de loco ferentibus, faventibus, secundis. Vid. ad v. 68. Her. XVI, 125.

Portubus egredior, ventisque ferentibus usus,
Applicor in terras, Oebali nympha, tuas.

Bern. et II alii Heins. *faventibus,* alii teste Burmanno *furentibus, feracibus, frequentibus.*

74. *Et mihi parcatis.* Duo, ut videtur, Vatt. et Maff. apud Ciofanum, Bersm. et unus Heinsii et vett. edd. omnes *et mihi parcatis,* quae scriptura mihi ad sensum potior videtur, quam *ut m. p.,* cum verba *et mihi parc.* nonnisi consequentiam notent versus 73., vel expositionem contineant illorum: *ut mare — utar.*

Omnes vett. libri *non minus.* Vid. ad II, 106. Verum ad iuvandam sententiam atque imprimis propter versum sequentem Heinsii coniectura *num,* quam Guelf. exhibet, videtur retinenda. Her. XI, 17.

Quid iuvat, admotam per avorum nomina coelo
Inter cognatos posse referre Iovem?
Num minus infestum, funebria munera, ferrum
Feminea teneo, non mea tela, manu?

Her. XVII. 229.

Omnia Medeae fallax promisit Iason,
Pulsa est Aesonia num minus illa domo?

Her. XVIII, 173.

Quid mihi quod lato non separor aequore, prodest,
Num minus haec nobis tam brevis obstat aqua?

75. Put. *parando.*

76. *Mutandis;* nam, ut ait Paul. IC. I. de Contr. empt. *origo emendi vendendique a permutationibus coepit.* Conf. Plin. N. H. XXXIII. c. 3., Hor. Sat. I, 4, 29. Put. *mutatis.* — *Aequor aro.* III, 12, 36.

77. *Nec peto,* quod Burmannus cum Busl. et III alii Heins. non mutare debebat in *non peto.* Idem Burmannus cum Iun., fr. Rev., Put. et VI aliis Heinsii male novavit *petii quondam.* Iungendum autem, uti edidimus: *nec peto, quas quondam studiosus petii, Athenas.*

Athenas; nam Athenae etiam tunc urbs, *quae humanitate et doctrina praestaret omnes,* ut scribit Nep. III. c. 3. Conf. Cic. de Senect. I. §. 2., de Fin. I. c. 1. Quare Romani nobiles, doctrina puerili confecta, ad philosophos ac Rhetores audiendos eo proficiscebantur, ut Cicero (Plut. Cic. c. 4.), Ciceronis filius (Cic. de Off. I. c. 1.), Atticus (Nep. Att. c. 2.), Horatius (Hor. Epist. II, 2, 43.). alii. De Nasonis doctrina puerili vid. IV, 10, 16. Prop. I, 6, 13.

An mihi sit tanti, doctas cognoscere Athenas,
Atque Asiae veteres cernere divitias.

Studiosus, sc. literarum, quod poeta omisit, quum ex orationis contextu satis appareret. Eodem modo

Non ut, Alexandri claram delatus in urbem,
Delicias videam, Nile iocose, tuas. 80
Quod faciles opto ventos: quis credere posset?
Sarmatis est tellus, quam mea vela petunt.

Quint. Inst. O. saepe *studiosos* simpliciter dicit eos, qui operam dant eloquentiae. Vid. Spald. ad Quint. VI. Prooem. §. 4. Cf. Cic. de Opt. gen. Or. c. 5.

78. *Non mihi visa prius.* Guelf., Reg., Gall., Pirckh., Berol., Vat. 1., Pol. 1. et VI. alii Heins. *non loca visa prius,* quod primus dedit Heinsius. Quod si ad *oppida Asiae* referas, deest ablativus sive dativus personae; sin autem verba *non loca visa prius* nude pro se posita cum Heinsio intelligas sic: *non oppida Asiae; non loca prius non visa,* sensus et obscurus et languens et inelegans est; atque, quod probe tenendum, maior auctoritas veterum libb. tuetur optimam ac planissimam scripturam: *non mihi visa prius.* Atque eam etiam tota structura sententiae et concinnitas videtur postulare; ut poeta de quovis loco, quo se non proficisci dicit, aliquid explicandi caussa enuntiet; sic: *non peto Athenas, quas . . . .; non oppida Asiae, quae prius . . .; non (proficiscor), ut Alexandri . . tuas.* Atque apte etiam opponuntur: *Athenae, quas quondam petii* et *oppida Asiae, quae prius non vidi.* At Pont. II, 10, 21. se praeclaras Asiae urbes comite Macro iam ante vidisse dicit. Sed haec cum isto, de quo quaerimus, loco bene constare possunt, modo h. l. *non oppida Asiae* (illa), *quae prius non viderat,* intelligas. — Merkel dedit: Oppida non Asiae: non mihi visa prius — cuius scripturae sensus, si quem habet, obscurissimus est. — Pol. *modo visa prius,* idem Franc., sed a 2. m. *mihi.*

79. *Alexandri urbs* est Alexandria in Aegypto, ab Alexandro M. condita. Vid. Iustin. XI., Curt. IV., Strab. XVII. p. 544.

80. *Nile iocose. Iocosus* appellatur Nilus propter Alexandriae urbis luxuriam atque mollitiem. Quint. I. O. I. c. 2. *Alexandrinas delicias* dicit pro exquisitis ac voluptariis, ubi vid. Spalding. Iul. Caes. B. C. III, c. 110. *quod Alexandrini populi voluptatibus atque deliciis maxime diffluerent.* Conf. Strab. l. l., Senec. Epist. 51., Martial. IV, 41, 6.

81. *Quod faciles.* Certissima est haec coniectnra Heinsii. Scriptura omnium vett. libb. est: *quod facile est.* Ed. Bonon. et Pirckh. *opto mihi iam quis.* —

Posset. Heinsius primus dedit *possit,* notans hanc esse scripturam codicum. Atque e nostris eam tuentur Berol., Bern., Crev., Seg. Sed plurimi Heinsii, teste Merkelio, ac praeterea Goth., Dresd., Rel. et vett. edd. omnes *posset,* quod, cum non minus Latine h. l. dici possit, revocavi. Conf. III, 9, 1. Iun. *qui cred.*

92. *Vela petunt.* Ante Burmannum vulgo edebatur *vota petunt,* quod nescio, unde ortum sit. Certe mei omnes, Dresd., Bern., Rel., Berol., Seg., Crev., item Goth.,

Obligor, ut tangam laevi fera litora Ponti;
Quodque sit a patria iam fuga tarda queror:
Nescio quo videam positos ut in orbe Tomitas, 85
Exilem facio per mea vota viam?
Seu me diligitis, tantos compescite fluctus,
Pronaque sint nostrae numina vestra rati;
Seu magis odistis, iussae me advertite terrae:
Supplicii pars est in regione mei. 90

Pal. 1. et 2., Guelf., fr. Rev., exc. Voss., Leid., Iun., Reg., Gall., Serv., Busl., Pirckh. et XIV alii Heins. et vett. edd. praeter Bonon. *vela petunt*, quae scriptura apte respondet illis *non peto* v. 76. et *nec peto* v. 77., atque ita quoque illa tautologia *quod faciles opto, quae mea vota petunt* vitatur. *Sarmatis*. Vid. II, 179.

83. *Obligor enim...* Conf. Met. VII, 456. Pro *laevi* Dresd. a 2. m., Goth., Crev., Rel., Put., Leid., et VIII alii apud Burm. *saevi*. Sed verum est *laevi*, sc. ei, qui e mari Aegaeo mare illud septentrionem versus transmittit, ut faciebat Naso. Conf. I, 8, 39., I, 11, 31., IV, 8, 42., IV, 10, 97., V, 10, 13., Pont. II, 2, 2., III, 8, 17., IV, 9, 119., Fast. V, 257. Exsilium poetae *Tomos*, unde *Tomitae* v. 85. Erat autem *Tomos* colonia Milesiorum haud procul a ripa australi Istri fluminis et ponto Euxino in Thracia boreali. III, 9. Sed poeta suo iure illud in Scythia sive Sarmatia ponit, unde *Sarmatis tellus* v. 82. Vid I, 3, 61. et ad III, 2, 1. Guelf. a div. m. *tangam velis*.

84. *Iam*. Heinsius ex Pirckh., Reg. et IV aliis primus dedit *tam fuga*. Accedunt Guelf. et ed. Bonon. Reliqui omnes *iam fuga*, quod revocavi. V. 85. Guelf. *nescio quos videam*.

86. *Exilem — viam*. Vett. edd. praeter Bonon. et Serv. *exsilii*. Recte habet scriptura omnium codd. *exilem*, quod est, interpretante Heinsio, *brevem* vel *compendiosam*; et *exilem* hoc sensu apte illi *tardae fugae* opponitur sive respondet. De Latinitate minime dubito. Dicitur *parva via* et *parvum iter*, quidni etiam *exilis via*, ut *exile iter*, dicatur? Senec. Q. N. I. c. 1. *ignes tenuissimi iter exile designant*. Merkel interpretatur *inopem*, omni oblectatione carentem. (!)

87. *Seu me*. Alii ediderunt *si me*. *Seu* arctius iungit, et alternantibus duabus sententiis, quae sibi opponuntur, aptius est. *Si — seu* est Amor. II, 7, 7. et alibi. V. 88. Guelf. *nostra* et v. 89. idem *avertite*.

89. *Magis* pro *potius*. Virg. Ecl. 2, 11.

Non equidem invideo, miror magis —

Her. XVII, 102.

Non tibi plus cordis, sed magis oris adest.

Conf. Prop. III, 21, 30. Mor. *adducite*. Gall. *sed*. Idem v. 88. *sunt*.

90. *Mei*. Libri omnes *mori*. Pal.

Ferte, quid hic facio? rapidi mea carbasa venti!
  Ausonios fines cur mea vela vident?
Noluit hoc Caesar. Quid, quem fugat ille, tenetis?
  Aspiciat vultus Pontica terra meos.
Et iubet et merui; nec, quae damnaverit ille, 95
  Crimina defendi fasve piumve puto.
Si tamen acta deos numquam mortalia fallunt;
  A culpa facinus scitis abesse mea.
Immo ita: si scitis; si me meus abstulit error,
  Stultaque mens nobis, non scelerata, fuit: 100

1., Busl. et III alii et ed. pr. *hac regione.* Scripserat, puto, Ovidius *in regione mei.* III, 8, 26.

Sive mei causa est in regione mali —

Pont. III, 1, 9

— — — — tu pessima duro
Pars es in exsilio.

Heins.

91. *Carbasa.* Libri vett. omnes *corpora.* Diu est, quod *carbasa* conieci legendum, quam mihi postea scripturam confirmavit Gott. — Hamb. *cornua,* ut *mali cornua* intelligat. Vid. Met. XI, 476. *Heins.* Ineleganter est Naso locutus, si vere *mea vela* et *mea carbasa* h. l. scripsit.

92. *Vident.* Mss. exhibent *tenent, iuvant, vovent, petunt, colunt,* (Guelf., Pal. 2. et VII et Dresd. a 1. m.) *volunt.* Strozz. etiam *quid mea. Burm.* Vid. I, 4, 20. *Ausonios.* Festus: *Ausoniam appellavit Auson, Ulyssis et Calypsus filius, eam partem Italiae, in qua urbes Beneventum et Cales; deinde paullatim tota Italia dicta Ausonia.* Dionys. Hal. A. R. I., Heyn. Exc. IV. ad Virg. A. VII. Conf. I, 3, 6.

93. Leid., Guelf. a 2. m., Bern., Goth., Seg. et plures Heins. *cur que.*

94. *Aspiciat.* Unus Med. *aspicias.* Reg. pro v. scr., Pal. 1., et II alii cum pr. ed. *accipiat. Burm.* V. 95. Goth., Berol., Seg., fr. Rev., Iun. et IV alii Heins. *damnaverat.* Leid. et Goth. *ipse.* Mor. *quod.*

95. *Fasve piumve. Fas* est idem, quod *pium,* ideoque Reg. scriptura placet *iusque piumque. Burm.* Male B. dedit *ius,* neque idem *fas* et *pium. Fas* enim, interpretante Serv. ad Virg. G. I, 269. de ea lege, quae ex rerum divinarum sanctitate proficiscitur. Iam *pium* quid sit, non est, quod doceam. Eadem verba iunxit Naso Met. XV, 867. — Reg., Gall., Serv., Iun., Pirckh., Rel., Franc., Guelf., Crev. et ed. Bonon. *fasque piumque.* Pal. 1., Leid. et XII alii Heins. *carmina.*

97. Iun., Put. *fallunt—nunquam.*

99. *Immo ita: si scitis.* Heinsius dedit *vos scitis;* atque ita exhibent Reg., Gall., Mor., Serv.,

Quamlibet e minimis, domui si favimus illi;
Si satis Augusti publica iussa mihi;

Busl., fr. Rev. a 2. m., exc. Voss., Leid. et X alii Heins., Bern., Crev., Rel. a 2. m., Dresd. a 1. m. *immo ita vos scitis.* Sed vide quam male iunctae sint sententiae: *immo ita vos scitis, si me meus abst. error.* Pal. 1., Franc., Put., Guelf., fr. Rev., Rel., Dresd. a 2. m., Berol., Goth. et vett. edd. omnes cum vulg. *immo ita, si scitis,* quod genuinum puto: corrigit enim quae vss. 97. 98. dicta sunt. — Vat. 1., Guelf. a 2. m. *immo ita est scitis vos me meus.* Porro Pol. 1., Busl., Bern., Guelf. à rec. m. et duo Heinsii *sic me.* Dresd. a 1 m., Crev., Voss. et III alii Heins. *sed me.* Vett. edd. et Dresd. pro v. scr. *et me.* Medon., Seg. et Bern. *malus error,* quod fluxit e Virg. Ecl. VIII, 41. Arond. *impulit.* — Tangit h. l. iterum alterum crimen, cuius ab Augusto reus iudicatus erat (Vid. ad I, 1, 23.), de quo quum nil certi uspiam neque ab ipso neque ab alio scriptore traditum sit, diversae sunt virorum doctorum sententiae, quarum mihi probabilior videtur ea, quam Rosmini, Italus, in *Vita di Ovidio Nasone* multis exposuit. Nimirum conscium eum fuisse flagitiorum scelestique amoris, fortasse cum Agrippa Postumo fratre, Iuliae minoris, Augusti neptis, iisque aut celandis aut adiuvandis Principis in se iram movisse. Vid. III, 6, 25. seqq., II, 103. Nam Iulia, adulterii convicta, cum Postumo relegati eodem prope tempore sunt, quo Naso, ut ex Taciti Annal. IV. c. 71. sagaciter eruit H. Norisius, quem immerito reprehendit et parum refellit Masson. in Vita Ovid. p. 160. Vid. Ouwens. Noctt. Hag. p. 197. Rupert. ad Taciti l. l. Aliam non valde dissimilem de illo crimine sententiam proposuit Withof, quam pluribus confirmare conatus est nuperrimus horum carminum editor, Merkel pag. 391. seqq. At te, candide lector, si iuvat experiri, quid indagando valeas ad hanc obscuritatem illustrandam, locos tibi, quibus poeta crimen illud tangit, indicabo. I, 3, 37., I, 5, 41. II, 97. seqq. 134. 207. 539. III, 1, 52. III, 5, 49. III, 6, 11. 25. III, 11, 34. III, 8, 110. IV, 1, 23. IV, 4, 38. IV, 6, 9. IV, 8, 40. IV, 10, 89. V, 2, 17. V, 4, 18. V, 8, 23. V, 11, 17. Pont. I, 6, 20. I, 7, 44. II, 2, 17. II, 7, 55. II, 9, 73. III, 3, 71. — V. 100. Reg., Vat. 1., Pal. 2., Guelf. *non nobis mens.*

101. *Quamlibet.* Sic legendum cum Gall. et II aliis. Vid. ad Her. VI, 140. Vulg. *quod licet.* Heins. *Quod licet* etiam Guelf., Dresd., Seg., Bern. et vett. edd. — Leid., Berol., Reg. pro v. scr. et duo alii Heins. *quamlicet.* Pal. 1. et IV alii *qualicet.* Mor., Franc. a 1. m., Goth. et Rel. *quolicet.* Crev. *quamlibet.* Pal. 1. *a minimis.* Guelf. *in min.* III Heins. *ex minimis.*

Sensus est: *Si nos, quamvis e minimis essemus, domui illi* (sc. Aug.) *favimus.* Conf. II, 58. 59. et 55.

102. *Si satis.* Pal. 2. *sis satis.* Vett. edd. omnes, praeter Bonon., et Berol. a rec. m. *sint satis.* Berol. a 1. m. *et satis.* Pol. 1. *visa mihi.* Heinsius coniecit: *Si Laris*

Hoc duce si dixi felicia saecula, proque
Caesare tura pius Caesaribusque dedi; —
Si fuit hic animus nobis: ita parcite divi; 105
Si minus; alta cadens obruat unda caput! — — —
Fallor; an incipiunt gravidae evanescere nubes,
Victaque mutati frangitur ira maris?

Augusti publica visa salus. Fr. Gronovius eam scripturam iure improbans vulgatam retineri volebat et ita interpretabatur: *Si Augusta iussa* (h. e. *edicta* et *leges* II, 243.) *mihi satis publica h. e. pro republica mihi satisfecerunt, non optavi vetera, contentus praesentibus:* nam qui priora malebant, iis non *publica,* ac legitima quae *Caesarea.* Burmannus coniicit: *Si patris* (?) *Augusti publica visa salus.* Francius: *si sacra Aug. p. i. m.* Dicitur *haec satis mihi sunt,* quo modo *hoc mihi satis est* pro *satis habeo;* facilis igitur est loci explicatio: *Si publica iussa* Augusti (h. e. *leges* et *edicta*) *mihi satis sunt* i. e. si ea legitima habeo. — Bern., Reg. et III alii Heins. *iussa tuli.* Gott. *iussa mei.* Fr. Boxh. *publica cura fuit,* ex glossa.

Ceterum Octavianus nomen sive titulum *Augusti* acceperat a. 725., *Munati Planci sententia, quum quibusdam censentibus, Romulum appellari oportere, quasi et ipsum conditorem Urbis, praevaluisset, ut Augustus potius vocaretur, non tantum novo, sed etiam ampliore cognomine: quod loca quoque religiosa et in quibus augurato quid consecratur, augusta dicantur.* Verba sunt Suet. Oct. c. 7. Vid. Vellei. II. c. 9. Dio C. LIII. c. 11. et 16. Conf. Fast. I, 609. seqq.

103. *Dixi felicia,* q. e. praedicavi, celebravi, carminibus ut Met. XV, 819. Vid. ad Trist. II, 61. seqq. Met. XII, 217.

— — — — — felicem diximus illa
Coniuge Pirithoum.

Fr. Rev., Leid., Reg., Mor. et VIII alii Heins. male *duxi.* Idem habet Guelf. — Fr. Rev. et VI alii Heins., etiam Rel. a 1. m., Crev. et Seg. *tempora.* Iun., Leid., Pal. 1., Guelf., Rev., Put., Bern., vett. edd. et Goth. *pro quo.* —

104. *Pius.* Sic fr. Rev., Put., Franc., Busl., Reg., Mor., Serv., Pal. 2., Dresd. a 2. m., Seg. — Tres Heins. et Dresd. a 1. m. *prius.* Pirckh., pr. ed. et II Heins. et vett. edd. *pia.* Pal. 1., II Vatt., Maff., Bern., Goth., Guelf. et reliqui codd. *piis.* Berol. *diis.*

Caesaribusque. Tiberium dicit et eius filios, Germanicum et Drusum. Vid. ad IV, 2, 1. et 9. et cf. II, 229.

105. *Ita* particulam Latini, ut Graeci οὕτως, post sententias conditionales ponunt, qua tota conditio repetitur atque in unum quasi punctum contracta subsequentibus iungitur.

106. *Si minus.* Etiam hoc loco delicias suas: *sin minus,* Heinsius induxit, invitis libris omnibus, si Pal. 2. et Bern. excipias. — Pal. 1. *si minimis alta caput.* Bern. *subruat.*

107. *Evanescere.* Reg., Serv.,

Non casu, sed vos sub conditione vocati,
Fallere quos non est, hanc mihi fertis opem. 110

ELEGIA III.

Poëta postremam in Urbe noctem tristemque discessum suum describit.

Cum subit illius tristissima noctis imago,
Qua mihi supremum tempus in Urbe fuit;

Busl., Iun., Pirckh., Pal. 2. et XI alii Heins., etiam Seg. et ed. Bonon. *vanescere,* quod sine idonea caussa recepit Heinsius.

Fingit autem poëta post hasce propositas conditiones subitam tempestatis remissionem, et cum affectu quaerit: *fallor, an etc.* Fast. II, 833.

Fallimur, an veris praenuntia venit hirundo?

108. *Ira maris.* Sic Pal. 1. et multi alii Heins., Seg., Crev., Dresd. et Berol. Quidam Heinsii *unda dei.* Bern. *ira dei.* Guelf., Goth. et vett. edd. *unda maris* — *Ira* et *furor* mari saepe tribuuntur. Met. I, 330., XII, 36., Her. XVIII, 2. et 28., ubi vid. not.

Ira frangitur. Cf. I, 1, 94.

109. *Non casu.* Primum scribendum *casus* cum Put., Busl., Iun. et II aliis pro vulg. *casu;* ut Met. XIV, 162.

— — — — — qui te casusve deusve
Servat Achaemenide?

Deinde plurimi *sed vos sub* longe rectius, quam vulgata (et paucorum codd. et vett. edd. praeter Bonon.) scriptura *vos sed sub.* Heins. Vulgata et omnium prope libb. scriptura *casu* non contemnenda, ut hoc dicat: *non casu vos, non temere ac sine consilio, quia sic vobis in mentem venit, verum, quia ego vos sub conditione oravi, maris furores sedatis.* Hinc non mala quoque scriptura *vos, sed;* quanquam *sed vos* etiam Pal. 1., Guelf., Goth., Dresd. et reliqui mei omnes et ed. Bonon. — Fr. Rev. *non casu sed o vos sub.* Pal. 1. et Mor. *vos mihi fertis opem.* Ceterum vide, quam callide et eleganter poëta ista addiderit. De *non est* vid. ad III, 4, 55.

ELEGIA III.

1. *Subit,* in mentem venit. Dicitur simpliciter *subire,* ut h. l., Met. XI, 542. et II, 755., *subire menti* vel *animo,* ut Trist. I, 5, 13., Pont. IV, 15, 20., et quod usitatissimum est *subire mentem,* ut Met. XII, 472. Vid. Serv. ad Virg. A. VIII, 125. — Vat., Hafn., Put., Gall. et Goth. *dum.*

2. *Qua.* Gall. et vett. edd. *quae,* quod dedit Heinsius. Sed cum scriptura *quae* et simplicior et e vulgari more dicendi sit, mihi codd. consensus in scriptura *qua* non librariis deberi videtur, quae etiam elegantior et concinnior est, quum v. 3. iterum *qua* sequatur. — Serv. *quod.*

Cum repeto noctem, qua tot mihi cara reliqui:
Labitur ex oculis nunc quoque gutta meis.
Iam prope lux aderat, qua me discedere Caesar, 5
Finibus extremae iusserat Ausoniae.
Nec spatium nec mens fuerat satis apta parandi:
Torpuerant longa pectora nostra mora.

3. *Repeto,* sc. cogitando: *reminisci enim,* auctore Varr. de L. L. V. c. 6., *est, cum ea, quae tenuit mens ac memoria, cogitantur et cogitando repetuntur.* Conf. I, 1, 23. Eodem modo dicitur *refero,* velut Met. I, 165. et *recolo,* ut Her. V, 113., quod h. l. Serv. habet.

4. *Nunc.* Maff. et quidam alii rectius *nunc,* h. e. *nunc adhuc, cum haec recordor.* Cior. Confirmant Dresd., Rottend., ed. pr. Heinsii et Guelf. pro v. scr. Reliqui codd. et vett. edd. *tunc.*

Gutta. Prop. IV, 1, 144.

Gutta quoque ex oculis nonnisi iussa cadat.

Unus Med. *humida gutta.*

5. *Lux.* Pal. 2. et II alii Heinsii *nox.* Male. Mirari autem licet, interpretes dubitasse, quum et sensus et ipsum carmen (Conf. v. 47.) et vett. libri scripturam *lux* confirment. — Guelf. *cum me.*

6. *Extremae,* ex copia poëtica additum. De Ausonia vid. ad I, 2, 92. Ceterum eodem modo pentametri choriambo exeunt Trist. II, 232. 416. 430. 514., III, 5, 40., III, 9, 2., III, 10, 4., IV, 5, 24., V, 6, 30. Conf. II, 212. 294. Qui autem ex his paucis versibus inter tria fere millia Nasonem contendunt in Tristibus, quod ad numeros ac modos attinet, negligentiorem fuisse, parum mihi dicere videntur, quum praesertim neque in aliis iisque elaboratissimis carminibus choriambi usum in fine pentametri vitarit (Vid. Her. XVI, 288., XVII, 16., XIX, 202., Fast. V, 582., VI, 660. Conf. not. ad Her. XVI, 62.), nec omnino satis explicata quaestio sit, quatenus ille usus a Latini sermonis elegantia abhorrere videatur. Vid. Broukh. ad Tibull. II, 6, 22.

7. *Nec spatium nec mens.* Heinsius cum paucis codd. suis: Barb., Pirckh., Reg., Gall., Mor. et IV aliis, quibus accedunt Guelf., Seg. et ed. Bonon., male dedit *nec mens nec spatium.* Restituendum *nec spatium nec mens,* quum illa *torpuerant—mora* pro expositione sint verborum *nec mens,* qui sententiarum nexus, si *nec mens nec spatium* scribitur, interpositis illis *nec spatium,* turbatur. Atque ita exhibent cum vett. edd., praeter Leid. qui *nec spatium fuerat nec mens,* plurimi et optimi codd. Male porro idem Heinsius e Barb. et fr. Rev., quibus nunc accedunt Rel. et Guelf. *fuerant:* pluralis enim revocata vetere scriptura *nec spatium nec mens* minime opus est, sive *satis apta* pro nominativo sive pro accusativo accipitur. Denique idem Heinsius ex uno Serv. novavit *paranti,* quod etsi, si *paranti* pro verbe neutro accipias, ferri potest, tamen *parandi,* quod optimum habet sensum, invitis libris

Non mihi servorum, comitis non cura legendi,
Non aptae profugo vestis opisve fuit. 10
Non aliter stupui, quam qui Iovis ignibus ictus
Vivit et est vitae nescius ipse suae.
Ut tamen hanc animi nubem dolor ipse removit,
Et tandem sensus convaluere mei;
Alloquor extremum maestos abiturus amicos, 15
Qui modo de multis unus et alter erant.
Uxor amans flentem flens acrius ipsa tenebat,
Imbre per indignas usque cadente genas.

mutare non licebat. *Apta* autem recte monente Verburgio accipiendum pro casu quarto. Iun. *cura parandi.* Richel. *paratu.* Crev. *parare.*

8. *Pectora.* Vid. ad v. 29. Bern. *corpora.* Berol., Seg. *tempora.*

9. *Comites.* Heinsius cum Barb. (idem Goth. a 2. m.) edidit *comitis,* et sic recentiores editores omnes. Restituendum cum omnibus libris vett. *comites,* et intelligendum: *non mihi servorum* (cura), *non legendi* sive *quaerendi comites cura, non* (cura) *aptae profugo vestis opisve fuit.* Iun. et Reg. *comites nec.*

11. *Ictus.* Iuretus ad Symmach. III. Ep. 6. in aliis codd. esse *actus* scribit. Mor. pro v. scr., Pal. 1., IV alii Heins. et ed. pr. *ustus.* *Burm.* Vid. IV, 3, 69. *Iovis ignibus,* circumlocutio fulminis. Nam Iovis manum fulmine armavit vetus religio. Vid. I, 1, 71.

13. *Animi nubem.* Malim *animo,* ut Put. *Heins.* Et sic recentiores edd. omnes. Sed non idoneam video caussam, scripturam, praeter fr. Bev., quod habet *animam,* omnium vett. librorum mutandi. *Animi nubes* est stupor, quo ut caligine offusus fuerat. Sic *nox animi* Met. VI, 662. — Met. II, 658.

Plura loqui (*vetor*) vocisque meae praecluditur usus.

ubi var. s. *vocique.* — Eadem sententia est Her. X, 33.

Nec languere diu patitur dolor; excitor illo,
Excitor et summa Thesea voce voco.

Met. V, 510.

— — — — — — utque dolore
Pulsa gravi gravis est amentia.

V. 15. Gall. *aditurus.*

16. *Modo de multis,* h. e. *de modo multis.* Her. XIV, 1.

Mittit Hypermnestra de tot modo fratribus uni —

Saepe in miseria ab amicis sese relictum esse queritur poeta. Trist. I, 5, 33., I, 8, 17., III, 5, 10., Pont. I, 10., II, 3, 29. et aliis locis. — Guelf. et vett. edd. *erat.*

17. *Flens acrius ipsa.* Construe: *uxor amans flentem, ipsa acrius* (etiam) *flens, tenebat.* Met. XIV, 305. *flentem flentes amplectimur*

Nata procul Libycis aberat diversa sub oris,
Nec poterat fati certior esse mei. 20
Quocumque aspiceres, luctus gemitusque sonabant,
Formaque non taciti funeris intus erat.
Femina virque meo, pueri quoque, funere maerent,
Inque domo lacrimas angelus omnis habet.
Si licet exemplis in parvo grandibus uti; 25
Haec facies Troiae, cum caperetur, erat.

illum. — Goth. *dolebat.* Serv. *timebat.* Pirckh. *strictius.*

18. *Indignas,* quae hoc non meruerant. Sic Met. I, 631. *indigno collo.* Ibidem IV, 138. *indignos lacertos.* Amor. III, 9, 3. *indignos solve capillos.* Pari modo dicitur *immerentes,* ut Hor. Od. II, 13, 12., et *immeritus,* ut Hor. Od. I, 17, 28. — *Imbre.* Conf. III, 2, 19., IV, 1, 98. *Cadente* gravius dictum, quam *fluente.*

19. *Nata — aberat,* sine dubio maritum, qui senator erat, in provinciam secuta, quod eo tempore non insolens fuit. Vid. interpp. ad Tac. Annal. III. c. 33 et 34. De Nasonis filia vid. ad IV, 10, 76. *Libycis,* a *Libya,* quod est Graecum nomen Africae sive litoris mediterranei ab Aegypto, quae ab ea erat exclusa, usque ad fretum Gaditanum. Plin. H. N. V. Prooem. Conf. I. H. Voss. ad Virg. Georg. III, 249. et Schirlitz Geogr. ant. p. 451. — *diversa,* longe remota. III, 2, 12., Met. II, 323., XV, 23. Conf. Virg. A. IX, 415. — Pirckh., Pal. 2. et tertius Heinsii *divisa.* Berol. *divulsa.* — *Sub* pro *in,* sed minus finite, fere ut *circa.* Met. I, 689., Serv. ad Virg. A. I, 452. III, 234. 444., Prop. III, 7, 35., interpp. ad Tib. II, 3, 19. — Iun. *Libycas sub oras.* V. 20. Goth. *non.*

21. *Quocunque.* Qui nuper cum Ven. 1486. *quodcunque* legendum censuit, non respexit illud *sonabant;* et sequitur *intus. Aspicere aliquo* est apud Plaut. Amphitr. II, 2, 146. *Age, aspice huc.* Cf. I, 11, 23., I, 2, 23. De *aspiceres* conf. Fast. II, 419. Rel. a 1. m. *aspicerem.* Pirckh. et ed. Bonon. *quacunque.* Bern. et Leid. *gemitus luctusque.*

22. *Non taciti,* sed quod valde defleretur, vel, ut alio loco dixit, *lacrimosi.* — Gall. *nec taciti.* Pirckh. et ed. Bonon. *non tanti.* Crev. *instar erat.*

23. *Meo funere,* meo casu. I, 1, 118. — Gall. *femina ubique.*

25. *Si licet.* Vid. I, 6, 98. Met. V, 416.

— — — — quod si componere magnis
Parva mihi fas est.

Art. A. III, 525.

Quis vetat, a magnis ad res exempla minores
Sumere?

Conf. Virg. G. IV, 176. et Ecl. I, 24. — Reg. *scilicet.* Vett. edd., Leid., Goth. et Bern. *in parvis exemplis.* Reg. a 2. m., Guelf. sub ras., Berol., XVIII Heinsii et

Iamque quiescebant voces hominumque canumque,
Lunaque nocturnos alta regebat equos:
Hanc ego suspiciens et ab hac Capitolia cernens,
Quae nostro frustra iuncta fuere lari, 30
„Numina vicinis habitantia sedibus", inquam,
„Iamque oculis nunquam templa videnda meis,

pr. ed. *exemplis in parvis.* Put. *in parvos exemplis.*

26. Prop. IV, 9.

Spectaculum capta non minus urbe fuit.

Tacit. Hist. IV. *ubiqae lamenta, conclamationes et forma captae urbis.* Vid. Senec. de Clem. I. c. 26. — Fr. Rev. *Troiae facies.*

27. *Iamque quiescebant etc.* Solent poetae res vulgares huiusmodi ornamentis tanquam formulis illustrare, quod imprimis in epicis videtur. Vid. infra v. 47. Virg. A. VIII, 27.

Nox erat, et terras animalia fessa per omnes,
Alituum pecudumque genus, sopor altus habebat.

Conf. Virg. A. IV, 522. Ceterum elegantissimam hanc lunae imaginem Goethius vertit:

Luna sie lenkt' in der Hoeh' naechtliches Rossegespann.

Luna autem, Hyperionis filia, apud poetas dea est, quae noctu curru et equis candidis per coelum vehitur. Rem. A. v. 258.

Ut solet, in niveis Luna vehetur equis.

Her. VI, 55., Tib. I, 8, 21., Voss. Mythol. Briefe 39. Vid. ad II, 299. — Put. et Franc. *apta.*

29. *Et ab hac.* Pr. ed. Heins. et reliquae saec. XV., praeter Bonon., *et ad haec.* Franc. a 1. m. *sed et haec.* Put., Pol. 2. et II alii Heinsii *haec et.* Guelf., Pal. 2., Pol. 1., Serv. III alii Heins. et Berol. *et ad hanc.* — *Ab hac* Heinsius recte interpretatur *post hanc* vel *postquam hanc aspexi.* Met. IV, 465.

Vidit (*Saturnia*), et ante omnes Ixiona, rursus ab illo
Sisyphon aspiciens —

Vid. Pont. II, 10, 41., IV, 5, 26. *Capitolium* unus e VII montibus Romae, in quo fuit arx urbis et sanctissimum templum Iovis, rei publicae praesidis (Liv. I. c. 11. 55.), quod et idem saepe *Capitolium* dicitur, item templa aliorum quoque deorum atque dearum. Liv. VI. c. 16., Hor. Od. I, 12, 19., Cic. de N. D. II. c. 23. de Legg. II. c. 28. Quod autem in sequentibus solos deos capitolinos invocat, licet etiam *Lunam* suspexisset, apud poetam non urguendum. *Capitolia* pro singulari. Vid. ad III, 1, 27. — Fr. Rev. et Busl. *hanc tu.* Franc. a 1. m. *hanc tum.* Put. *hanc tunc.*

30. *Nostro — Lari,* h. e. domui. De Laribus vid. ad v. 43. Cf. I, 5, 81. Ceterum h. l. *domum* suam tangit, quam vicinam esse Capitolio dicit, infra *hortos suos* memorat (I, 11, 37.), alibi *fundos:* nam erat Ovidii *domus* (II, 113.)

— neque divitiis, nec paupertate notanda.

32. *Iamque nunquam* i. e. post-

„Dique relinquendi, quos urbs habet alta Quirini,
„Este salutati tempus in omne mihi.
„Et quanquam sero clypeum post vulnera sumo, 35
„Attamen hanc odiis exonerate fugam.
„Coelestique viro, quis me deceperit error,
„Dicite, pro culpa ne scelus esse putet,
„Ut, quod vos scitis, poenae quoque sentiat auctor:
„Placato possum non miser esse deo.“ 40
Hac prece adoravi superos ego, pluribus uxor,
Singultu medios impediente sonos.
Illa etiam ante Lares sparsis prostrata capillis
Contigit exstinctos ore tremente focos,

hac nunquam, non amplius. Vid. I, 4, 18., I, 8, 23. 38.

33. *Urbs — Quirini* Roma appellatur a Romulo eius conditore, qui post mortem inter deos relatus accepit nomen Quirini. Fast. II, 476., Liv. I. c. 13., Dionys. Hal. A. R. II. — *Alta.* Vid. I, 5, 69., III, 7, 51., Virg. A. I, 7.

34. *Este salutati.* Conf. IV, 8, 51. Mor. *meum.* Quinque *mei.*

35. *Clypeum sumere post vulnera* proverbialiter pro *sero remedium quaerere,* Graeci μετὰ πόλεμον μηχανάς. — Pal. 1., Seg., pr. ed. et IV codd. Heinsii *funera.* Mor. *clyp. sero.* —

37. *Coelestique viro,* pro quo v. 40. est *deo.* Vid. ad I, 1, 81.

Error. Vid. ad I, 2, 99. — Fr. Rev. *deceperat.* Gott. *qui me.*

39. *Ut quod vos scitis.* Vide discrepantiam veterum libb. Pal. 1., Guelf., Bersm., Franc. a 2. m. (qui a 1. m. *utque ea vos scitis*), Bern., Berol., Rel., Gall., Mor., Serv., XIII alii Heins. et eius ed. pr. *ut quod vos scitis.* Pirckh. *et quod vos scitis.* Pal. 2., Leid., Iun., Pol. uterque, Reg., Put., Crev., Busl. et VII alii Heins. et ed. Bonon. *ut quae vos scitis.* Edd. vett., praeter Bonon., et V Heins. *ut quod sentitis.* Unus Heins. *et quod sent.* Dresd. *ut quae sentitis.* — De *sentiat* conf. I, 1, 14.

40. *Possum.* Mor., Bern. et vett. edd. praeter Bonon. *possim.* Berol. *possem.* Pol. 1. et Vat. 1. *si miser.* V. 41. Rel. *superos sed pluribus.*

42. *Impediente.* Heinsius singularia saepe aucupans e Barb. dedit *praepediente,* laudans Her. XIV, 18., ubi tamen metrum vocem *impedit* non ferebat. *Impedire* de eadem re dixit Naso Met. XIII, 745. et IX, 329. — Rem. A.

Ruptaque singultu verba loquentis erant.

Conf. Met. XI, 420. — Eleganter autem poeta non etiam uxoris querelam h. l. attulit. Rel. *imp. preces.*

43. *Illa etiam.* Pal. 1. *ipsa.* Ed.

Multaque in adversos effudit verba Penates 45
Pro deplorato non valitura viro.

Bon. *illa sed ante.* Crev. *illa quoque ante.*

Leid., Serv., Mor. pro v. scr., Vat. 1. et III Heins. et Dresd. pro v. scr. *aras.*

Pro *prostrata*, quod vett. edd. et codd. Berol., Reg. a 1. m., Pirckh., Pal. 1., Dresd. pro v. scr., et sine dubio etiam unus et alter Heins. exhibent, Hamb. *attracta,* fr. Rev., Busl. *astracta,* Pal. 2., Put., Iun. *attracta,* Goth. *atracta,* Reg. a 2. m., Mor. *astracta,* unus Vat. *ab strata,* Pol. 2., Guelf. a 2. m. *abstracta,* Vat. 1. et Goth. a 1. m. *attacta,* Pol. 1. *intracta,* exc. Voss, et Crev. *extracta,* Serv. *constrata,* Gall. *ablata,* Barb. et Rel. *proiecta,* Seg. *affusa,* Bern. *diffusa,* alii *contracta, pertracta, abiecta, accincta.* Vera igitur scriptura est aut *prostrata* aut *astrata;* et maior codicum auctoritas tuetur posterius, quod etiam legitur Met. II, 343.

Nocte dieque (*Phaethonta*) vocant asternunturque sepulcro.

Sed displicet *astrata ante. Sparsis* Pal. 1. et 2., Guelf., Leid., exc. Voss., fr. Rev., Iun., Reg., Gall., Mor. a 1. m., Busl. et VIII alii Heins., Bern., Rel., Berol., Crev., Goth., Dresd. a 1. m., Heinsii ed. pr. et reliquae edd. saec. XV. Perpauci *passis.* Revocavi *sparsis,* quod etiam gravius et tali luctui accommodatius est.

Lares autem, ut Penates, proprii Romanorum, certe Italorum, di erant et publici (Fast. V, 130.) et, qui h. l. intelligendi, familiares, h. e. di tutelares domorum et aedium, quorum imagines ad focum in larario stabant. Varro apud Arnob. contra gent. III. p. 123., Macrob. Sat. III. c. 4., Voss. ad Virg. Ecl. I, 6. et Georg. I, 498. Müller. de dis Rom. Laribus et Penat. Saepe tamen cum dis penatibus confunduntur, qui proprie magis familiarum et urbium erant. Conf. Serv. ad Virg. A. II, 296., Tib. I, 3. 33.

44. *Exstinctos.* Tempore luctus non alebatur ignis foci. Fast. II, 564. Contra focus igne lucens signum laetitiae. Vid. interpp. ad Tib. I, 1, 6. Vett. edd. omnes et codd. Serv., Reg. pro v. scr. et III alii Heins. *exstructus* vel *exstructos.* Vat. 1., Pal. 1., Dresd. a 1. m., Guelf. et V alii *aeternos.* Unus Vat., Seg. *externos.* Voss. *antiquos.*

Contigit ore focos est vultu sese proiecit in focos, quod est sollicite supplicantis. Busl. *premente.*

45. *Adversos.* Heinsius ex coniectura dedit *aversos.* Utrumque sententiae convenit. *Adversus* gravius est, et fere valet *infensus* et magis est hostiliter agentis. Pont. III, 2, 18.

Non illis pietas, non officiosa voluntas
Defuit; adversos extimuere deos.

Tib. III, 3, 28.

Audiat aversa non meus aure deus —

Amor. III, 12, 17.

Aversis utinam tetigissem carmina Musis!

Hor. Od. III, 13, 19. Itaque audiendi sunt libri.

46. *Deplorato. Deploratus* est

Iamque morae spatium nox praecipitata negabat,
Versaque ab axe suo Parrhasis Arctos erat.
Quid facerem? Blando patriae retinebar amore;
Ultima sed iussae nox erat illa fugae. 50
Ah quoties aliquo dixi properante: „Quid urges?
„Vel quo festines ire, vel unde, vide!“
Ah quoties certam me sum mentitus habere
Horam, propositae quae foret apta viae.

is, cui ultimus luctus persolutus est, atque inde etiam pro *desperato* ponitur, cui nullo remedio subveniri potest, III, 5, 8., Met. I, 272. — Fr. Rev. *pro placato.* —

47. *Praecipitata.* Nox et surgit et occidit, ut sol., et suos habet equos et currus. Pont. I, 2, 56. Virg. A. V, 721.

Et nox atra polum bigis invecta tenebat.

Met. IV, 92.

Praecipitatur aquis (*lux*), et aquis nox surgit ab isdem.

Virg. A. II, 8.

— — — — — et iam nox humida coelo
Praecipitat, suadentque cadentia sidera somnos.

Tib. II, 1, 88.

Ludite, iam nox iungit equos etc.

Conf. Hor. Sat. II, 6, 101. Mor. pro v. scr. *festinata.* Busl. *tenebat.* Novum carmen incipit Rel.

48. *Versaque.* Iun. *visaque.* Rel. *versa sub axe.* Pal. 2. *ab axe poli. Parrhasis Arctos* est ursa maior, de quo sidere et fabula vid. ad I, 4, 1. et IV, 3, 1. *Parrhasis* autem pro *Arcadia,* ab huius nominis regione et oppido in Arcadia. Strab. VIII. p. 267., Pausan. Arcad. I, p. 657., Plin. N. H. IV. c. 6., Serv. ad Aen. XI, 31. — Hoc sidus, quia intra circulum arcticum circa polum, qui nobis semper conspicuus est, vertitur, *aetheream arcem suis amplexibus cingit* (IV, 3, 5.) et nunquam occidit (Fast. III, 403. seqq., Met. III, 515. seqq., Heyn. ad Virg. Georg. III, 381. et ad Aen. I, 744.), atque si eius cursum ab oriente, ubi vespere cernitur, incipias, primo mane, cum poeta proficisceretur, orbem suum confecerat, *ab axe suo versum erat.* Conf. Lucan. II, 337. et Senec. Herc. fur. v. 131. — V. 49. Bern. et fr. Rev. *patriae blando.*

50. *Fugae,* exsilii, sic supra v. 10. *profugus* et IV, 10, 63. *fugere,* quo modo Graeci φυγή et φεύγειν. Vid. Pont. I, 9, 42., IV, 5, 33.

51. *Aliquo properante,* festinatius in parando itinere agente.

52. *Festines* Pal. 1., Put. a 1. m. et III alii Heins. cum eiusdem ed. pr. — Reliqui omnes *festinas.* Vid. not. ad Her. X, 86. *Quo—unde.* Vid. v. 61. Leid. *vel quid.* Gall. *vel ire vide.*

33. *Certam,* h. e. a me constitutam esse horam, qua proficiscerer, quae mihi foret commoda ad abeundum. — V. 54. Pal. 1., Goth., Pirckh., Leid., Reg., Seg., Bersm.

Ter limen tetigi, ter sum revocatus: et ipse 55
Indulgens animo pes mihi tardus erat.
Saepe vale dicto rursus sum multa locutus,
Et quasi discedens oscula summa dedi.
Saepe eadem mandata dedi, meque ipse fefelli,
Respiciens oculis pignora cara meis. 60
Denique „Quid propero? Scythia est, quo mittimur," inquam;
„Roma reliquenda est: utraque iusta mora est.
„Uxor in aeternum vivo mihi viva negatur,
„Et domus et fidae dulcia membra domus,
„Quosque ego dilexi fraterno more sodales: 65
„O mihi Thesea pectora iuncta fide!

et X alii Heins. cum eius ed. pr. *fugae,* quod fluxit e v. 30. — Vett. edd. *praepositae.*

55. *Ter* fere pro formula est apud poetas loco *saepius,* quippe definite loqui amant. Quo modo etiam *centum* (Virg. A. VI, 625.) et *mille* (Trist. II, 62.) dicunt. Reg. pro v. scr. *ab ipso.*

57. *Vale.* Hic imperativus fere, ut apud nos, pro substantivo ponitur. Vid. Met. X, 62. Conf. Tr. V, 13, 34., Her. XIII, 14. — Leid. *verba locutus.* Bern., Gall., Crev. *plura.* Fr. Rev. *visus sum.*

58. *Et* (saepe) *quasi disc. oscula summa dedi. Summa,* ultima, postrema. Her. XV, 101.

Non tecum lacrimas, non oscula summa tulisti —

Hor. Epist. I, 1, 1.

Prima dicte mihi, summa dicende Camoena —

Dresd. a 1. m., Goth., Pirckh., Gall., Mor., Iun., exc. Voss. et V alii Heins. et ed. Bonon. *osc. multa.* Fr. Rev. *cara.* Berol. *firma.* Pirckh. a 2. m. *decedens.*

61. *Quid propero.* Dresd. a 1. m., Bern., Crev., Franc. et teste Burmanno plurimi Heinsii *quo propero.* Fr. Rev. *quod.* Dresd., Goth., Bern. et VI Heins. *properas.* Dresd. a 1. m., Put., et unus Vat. *mittitur.* Pont. I, 3, 37.

Quid melius Roma? Scythico quid frigore peius?

De *Scythia* vid. ad III, 2, 1. et I, 2, 82.

62. *Iusta mora est. Est* omittunt Leid., Gall., Bern. et Crev. *Multa mora est* Busl. — *Mora,* caussa morandi. Rutil. Itiner. I, 186.

Nec piget oppositis otia ferre moris —

63. *Negatur,* sc. quatenus eam secum proficisci non patiebatur. Vid. v. 88. Cf. I, 2, 41. Franc. et Iun. *negata est.* Leid. *mihi vivo.*

64. Fr. Rev. *et domus et famuli.*

65. *Quosque ego.* Reg., Put.,

„Dum licet, amplectar: nunquam fortasse licebit
„Amplius; in lucro est, quae datur hora, mihi.“
Nec mora, sermonis verba imperfecta relinquo,
Amplectens animo proxima quaeque meo. 70
Dum loquor et flemus, coelo nitidissimus alto,
Stella gravis nobis, Lucifer ortus erat.
Dividor haud aliter, quam si mea membra relinquam,
Et pars abrumpi corpore visa meo est.

Busl., Leid. et IX alii Heinsii, Bern., Rel. et Goth. *quos ego*. Male. Male etiam ex uno Leid. Burmannus novavit *fraterno dilexi*, quod etiam Goth. habet. — De *fraterno* conf. I, 1, 100. Hor. Epist. I, 18, 62.

— — — — — — Actia pugna
Te duce per pueros hostili more refertur.

66. *Pectora*. Pirckh. et ed. Bonon. *pignora*. Vid. I, 9, 31., IV, 10, 92. *Thesea*, qua Theseus Pirithoum amicum amavit. Vid. ad I, 5, 19. seqq.

67. *Amplectar* non optantis est, sed agentis. Vid. ad I, 1, 16. — Vat. 1., Barb., Reg., Mor. et II alii Heins., Rel., Guelf. a 2. m., Berol., *amplector*.

68. *In lucro est* formula est. Vid. Terent. Adelph. V, 3, 30., Hec. III, 1. — Ed. Bonon. et Ven. a. 1474. et cod. Crev. *est* omittunt. Put. *in lucros, quae*. Patav. *mihi est*.

69. *Nec mora*, sc. fuit, q. e. *statim*, formula imprimis apud Nasonem frequens. Conf. III, 11, 53. — Barb. *sermoni*.

70. *Amplectens*. Guelf., Pal. 2., fr. Rev., Iun., Leid., Reg., Put., Gall., Mor., Franc., Serv., Busl. et XX alii Heins. et eiusdem ed. pr., Bersm., Bern., Rel., Berol. et Crev. *complectens*. Reliqui codd. et vett. edd. *amplectens*. *Complectens* originem debere iis videtur, qui coniungerent *animo complectens*. *Amplectens* autem accipiendum de veris amplexibus, et respondet illi *amplectar* v. 67. *Animo meo proxima*, ut *animo meo gratissima* Met. V, 261. Conf. V, 2, 29. 30. — Dresd. et Mor. *singula quaeque*. Iun. *dulcia quaeque*.

71. *Dum loquor* (ego), *et flemus* (ego et reliqui, qui aderant)...

72. *Lucifer*. *Stella Veneris* (ut scribit Cic. de N. D. II. c. 20.), *quae* φωσφόρος *Graece, Lucifer Latinis dicitur, cum antegreditur solem, cum subsequitur autem Hesperus*. Vid. Hom. Il. X, 318., Plin. N. H. II. c. 8., Virg. A. VIII, 590. et Voss. ad Virg. Ecl. VIII, 17. Poetae autem Luciferum saepe aut equo alto vehi fingunt, ut Naso Tr. III, 5, 56., aut, ut soli, lunae (v. 28.), nocti, currum ei tribuunt. Vid. Tib. I, 9, 62. ibique Heyn. —

74. *Meo est*. Bonon., Berol., Dresd. pro v. scr., Seg. pro v. scr. *meo, est* omisso. Vett. edd., Goth., Leid., Reg., Gall., Busl. et XI alii Heinsii et eius ed. pr. et Rel. *meo est*. Berol. *mea est* vel *meo*. Rel.

Sic doluit Mettus tunc, cum in contraria versos 75
Ultores habuit proditionis equos.
Tum vero exoritur clamor gemitusque meorum,
Et feriunt maestae pectora nuda manus;
Tum vero coniux, humeris abeuntis inhaerens,
Miscuit haec lacrimis tristia dicta suis: 80

pro v. scr., Seg. a 1. m. et reliqui *suo est*, quod primus induxit Heinsius. Revocavi *meo est*, tam propter auctoritatem vett. librorum, quam quia v. 73., cuius expositio hoc versu continetur, prima persona praecedit. Vid. Her. XVII, 252.

75. *Sic doluit Mettus.* Rectior fortasse sit lectio, quae a nonnullis substituitur *sic doluit Mettus.* Sed nusquam invenitur. *Nava.* Codd. prope omnes et vett. edd. *sic doluit Priamus. Mettus* legendum esse, ipsa res satis ostendit; et sic pauci libri: unus Bonon. et ed. Bonon. (et Dresd. qui pro v. scr. *Metius*). Qui *Priamum* substituerunt, ignorabant fabulam. Fuit autem Mettus (Suffetius), Albani populi dux, qui ob violatum foedus et proditionem in bello contra Fidenates Tullii Hostilii, Romanorum regis, iussu *binis quadrigis in diversa nitentibus evinctus et distractus* esse traditur, A. Gell. N. A. XX. c. 1., Liv. I. c. 28., Virg. A. VIII, 642. Ib. v. 281.

Vel tua, ne genus hoc poena cognoverit unus,
Viscera diversis scissa ferantur equis,

Ceterum, ut recte monet Iahn, non scribendum *Metius* aut *Mettius;* nam *Metius* nomen generis, *Metus* autem vel *Mettus* praenomen. Eodem modo distinguuntur *Tullus* et *Tullius, Attus* et *Attius, Marcus* et *Marcius, Quintus* et *Quintius, al.* Vid. Leop. Schneider Gramm. Lat. I. p. II. p. 446. Weichert. de Furio Bibaculo p. 335. — Porro plurimi libri vett. *versus equus.* Sed VI Heins., Dresd. et Rel. *equos.*, quod flagitat sensus. Put. *victores.* Bonon. *verso.* — Sed velim poeta foedum hoc simile omisisset. Apparet, nihil eum aliud declarare voluisse, nisi quam aegre a suis avulsus esset: verum ea notio in hoc simili seiungi non potest a Metti scelere atque proditione. Quare si vere ab Ovidio est, quod dubitabat Heinsius, citra elegantiam est.

77. *Tum vero.* Busl., Berol., Dresd., Rel. et Crev. *tunc.* — *Tunc* certum quoddam tempus indicare dicunt praeteritum vel futurum nulla aut praegressi aut subsequentis temporis habita ratione: *tum* poni, ubi a praegresso tempore ad subsequens progrediamur, quod alii brevius dicunt, *tum* ordinis esse docentes. Vss. 77. et 78. a Bern. absunt. Pal. 1. et ed. pr. Heinsii *clam. fletusque.* Exc. Voss. *luctusque.*

78. *Nuda.* Pectus nudandi et feriendi mos in summo luctu passim tangitur. Met. II, 584.

Plangere nuda meis conabar pectora palmis.

Conf. III, 3, 48. et Fast. IV, 454. Dresd. *corpora.*

79. *Tum vero* cum affectu repetitur.

„Non potes avelli. — Simul, ah simul ibimus!“ inquit;
„Te sequar, et coniux exsulis exsul ero.
„Et mihi facta via est; et me capit ultima tellus:
„Accedam profugae sarcina parva rati.
„Te iubet a patria discedere Caesaris ira, 85
„Me pietas: pietas haec mihi Caesar erit.“
Talia tentabat, sicut tentaverat ante,
Vixque dedit victas utilitate manus.

80. *Suis.* Sic Bersm., Gall. pro v. scr., Mor. et III alii Heins., Berol., Seg. et Crev. Reliqui omnes cum vett. edd. *meis.* Heinsius primus dedit *suis,* quod mihi, etsi altera scriptura ferri potest, melius videtur, q. e. *inter lacrimas et singultus dixit.* Goth., Guelf., Pirckh., Pal. 2., Reg., Gall., Bern., Franc. et IV alii Heins. et ed. Bonon. *verba.*

81. *Simul ah.* Vulg. *simul hinc.* Heinsius primus dedit *simul ah,* uti est iu Pal. 1., VIII aliis Heins. et eius ed. pr. — Goth., Crev., Iun., Leid., fr. Rev., Bern. *simul ha.* Put. *simul a.* Idem Heinsius emendavit *inquit* cum Iun., fr. Rev., Leid., Pal. 2., exc. Voss. a 1. m., Reg., Put., Gall., Mor., Serv., Busl., Franc., Bersm. et XXI aliis, et ita quoque Guelf., Bern. et mei omnes. Reliqui libri *ambo.* V. 82. Serv. *et sequar.*

83. *Et mihi.* Serv. *hei mihi.* Tib. II, 6, 9.

Castra peto; valeat Venus valeantque puellae:
Et mihi sunt vires, et mihi facta tuba est.

Dresd. a 2. m. *haec mihi.*

84. Her. III, 68.

Non ego sum classi sarcina magna tuae.

Bonon. *plena.*

85. *A patria.* Multi *e patria.* Heins. Ac sic Iun., Franc., Bern., Guelf., Berol., Seg. et Crev. — Rel., Goth., Dresd. et reliqui cum vett. edd. *a patria,* quod revocavi. Met. XI, 709.

— attonito gemitus a corde trahuntur —

ubi Heinsius etiam sine caussa *e* induxit. Virg. A. I, 311.

Suspirans imoque trahens a pectore vocem —

86. Bern. *me cogit pietas haec mihi.* Rel. *me iubet et pietas haec mihi.* Reg. pro v. scr. *hic mihi Caesar.*

87. *Sicut.* Sic Pal. 1. et 2., Guelf., fr. Rev., Put., Bersm., exc. Voss., Leid., Iun., Reg., Gall., Mor., Serv., Busl., Bern., Goth., nostri quinque et vett. edd. omnes. Recentiores editores nescio unde dederunt *sic et.*

88. *Vixque dedit etc. „et vix, aegre, persuasa est, quod sic melius ei mihi et ipsi foret.“* Conf. v. 99. 100. et I, 2, 41. *Victas manus dare* pro *moveri,* vel *moveri se pati* oratio ducta a gladiatoribus pugnantibus, qui, si se victos faterentur, manum tollerent et adversario victori tenderent. Gronov. Obss. c. 7., Stav. ad Corn. Nep.

Egredior (sive illud erat sine funere ferri)
Squalidus immissis hirta per ora comis. 90
Illa dolore amens tenebris narratur obortis
Semianimis media procubuisse domo;
Utque resurrexit foedatis pulvere turpi
Crinibus, et gelida membra levavit humo:

Hamilc. c. 1., interpp. ad Caes. B. G. V. c. 31., Her. IV, 14., Pont. I, 2, 48.

89. *Sine funere*, interpretantur: sine omni pompa funebri sive, ut est Met. VII, 606., *nullis funeribus;* atque eo sensu haec verba leguntur infra III, 3, 45.

Sed sine funeribus caput hoc, sine honore sepulcri
Indeploratum barbara terra teget.

Sed ego verba *sine funere ferri* malim intelligere: *quamvis essem vivus, efferri,* omnibus scilicet magno luctu, ut funus procedere videretur, sequentibus: ut figura sit, quam Graeci πλοκήν appellant, quod genus Nasonis acumini placuisse constat. Manil. Astron. V, 548.

Virginis et vivae rapitur sine funere funus —

Conf. Pont. II, 3, 3., Met. XI 701. Iudicent periti. *Ferri* antem et *efferri*, non addito loco, *unde* et *quo*, in hac re proprium est; quo modo Graeci ἐκφέρειν dicunt. Terent. Andr. I, 1, 90. ibique Ruhnk. — Serv., Berol. et Dresd. pro v. scr. *cum funere.* Rel. *sine vulnere.* Fr. Rev. *erit.*

90. *Hirta.* Conf. I, 1, 12.

91. *Obortis.* Sic Dresd., Guelf., Bern., Rel. et ed. Bonon., et sine dubio etiam multi Heinsiani. Sed plurimi cum vett. edd. *abortis;* solemni errore. Tres Heins. *lacrimis — obortis.* Her. XIII, 23.

Lux quoque tecum abit, tenebrisque exsanguis obortis
Succiduo dicor procubuisse genu.

Art. A. II, 87.

. . . nox oculis venit oborta metu —

quod est Hom. σκότος ὄσσε κάλυψεν. Conf. Met. II, 181. Poeta notiones et signa deficientis cumulat, quo pertinet etiam illud *gelida* v. 94.

Leid., exc. Voss., Mor. pro v. scr., Pirckh., Busl. et IV alii Heins., Berol., Crev., Rel. pro v. scr. *dolore gemens.* Bern. *dolore canens.* Dresd., a 1. m., Put. et II alii Heins. *dolore mei.* Unus Heinsii *dolore gravis,* quod recepit Burmannus, qua scriptura mihi nihil videtur esse putidius. Apta ac proba est vulgata *dolore amens,* quam optime iuxta *semianimis* constare intelliges, dummodo *semianimis* de vita sive spiritu ac vi vitali dictum esse memineris. *Amens* est *mentis non compos.*

92. *Semianimis.* Synizesis. Vid. ad I, 10, 9. et ad Her. X, 32. et Met. XIV, 209. —

Media domo. Serv. et alius *via. Media* non otiosum et superfluum est, ut putabat Heinsius. Sed post viri discessum vires non sufficiebant, ut in cubiculum perveniret, sed *media* iam domo procubuit. *Burm.*

93. *Foedatis.* Conf. Virg. A. XII, 90. — Guelf. *utque surrexit.* V.

Se modo, desertos modo deplorasse Penates, 95
Nomen et erepti saepe vocasse viri;
Nec gemuisse minus, quam si nataeve meumve
Vidisset structos corpus habere rogos;
Et voluisse mori, moriendo ponere sensus,
Respectuque tamen non periisse mei. 100
Vivat, et absentem, quoniam sic fata tulerunt,
Vivat, et auxilio sublevet usque suo!

94. Guelf. *egelida.* Tres Heins. *madida.*

95. *Deplorasse.* Guelf. sub litura, Pal. 1. et 2., Pol. uterque, Pirckh., Reg., Put., Mor., Serv., Busl. a 1. m., Franc. et XV alii Heinsiani et eius ed. pr. et ed. Bonon., Seg., Dresd., Goth., Berol., Crev. et Rel. *complorasse,* quod, nunc communiter receptum, si verum, ita intelligendum, ut *com* vim addat, velut in *commeruisse* II, 4, *conclamare* Met. VI, 227., *collandare, conniti* alibi. Verum tam illis in locis, quos laudavit Heinsius e Flor. II. c. 15. et A. Gell. N. A. XV. c. 1., quam quos ego inspexi alios, *complorare* notionem societatis habet. Itaque vulgatam *deplorasse* restitui. Reg. pro v. scr. *se iam.* Leid., Rel., Seg. *desertam.* — V. 97. Guelf., fr. Rev., Bern., Berol., et, teste Burmanno, multi Heins. *nataeque meumque.* Male.

99. *Mori, moriendo.* Iun., Goth. pro v. scr. et Mor. *et moriendo,* quod sine idonea caussa induxit Burmannus. III, 11, 3. — Bern. *moriendoque.* E nostro loquendi modo exspectes *deponere.* Latini utrumque dicunt, sed verbum simplex tamen hoc sensu frequentius et rectius IV, 8, 14. Met. III, 471.

Nec mihi mors gravis est, posituro morte dolores.

Rel.

Et voluisse suum moriendo ponere sensum.

100. *Non periisse.* Quod nunc vulgo legitur *posuisse,* Heinsius ex uno Gall. induxit. Reliqui codd. et vett. edd. omnes *periisse,* nisi quod exc. Voss., Iun., Franc. et Bern. *non voluisse* habebant. Busl. et a correct. Dresd. *mei — tamen.*

101. *Vivat et absentem etc.* Sic vett. libri omnes. Sed corruptum locum esse constat: neque enim *vivat* illud secundo loco positum sensum facit commodum. Desiderari vero verbum, quod *amet* notet vel simile, e loco plane gemino colligo V, 5, 23. *vivat ametque virum.* Fortasse scripserit *servet et aux.* Francius volebat: *illa virum aux.* Burm. Scaliger coniecit: *tutet et aux.* Dan. Heinsius: *iutet et aux.* Idem *di dent, di facite, di date ut aux.* Schrader: *curet et aux.* Medenbach. Wakker v. 101. scribebat: *absenti.* Gronovius: *vivat, ut aux.,* probante Merkelio, qui interpretatur: *vivat, et ita quidem vivat, ut absentem etc.,* quo difficultas loci, quae est in interposito illo altero *vivat* inter *absentem* et verbum, ad quod pertinet, *suble-*

ELEGIA IV.

Tempestatis in mari Ionio et initium et subitam vehementiam describit, deosque precatur, ut sibi gravissima exsilii poena afflicto parcere velint.

Hoc carmen in simili prope argumento versatur, in quo huius libri elegia secunda; hoc tamen discrimine, quod in illa poeta sese in mediam statim tempestatem animo transfert variasque eius vices ac terrores cum suis precibus ac sensibus impetratumque tandem a diis finem describit.

Tinguitur oceano custos Erymanthidos Ursae,
Aequoreasque suo sidere turbat aquas;

vet minime tollitur. — Ego locum incorruptum esse existimo: procedere sententia debebat: *vivat et absentem sublevet,* sed quum illa: *quoniam—tulerunt,* interpossuisset, in hoc affectu illud *vivat* repetiit, eique verbum, quod accusativum *absentem* sequi debebat, iunxit. Huiusmodi synchyseos exempla sunt: Terent. Adelph. *tu illas abi et traduce.* Plaut. Merc. V, 4, 45. *serva* et *subveni hunc senem.* Plaut. Aulul. II, 3, 3. *vascula intus pure propera et elue,* Theocr. Epigr. 19. Ἀρχίλοχον καὶ στᾶθι καὶ εἴς-ιδε. Nec valde dissimilis est hic locus Her. XIX, 151. 152.

Sternuit et lumen — posito nam scribimus illo —
Sternuit et nobis prospera signa dedit —

Huc pertinet etiam Met. II, 437.

Illa quidem contra, quantum modo femina possit,
— Aspiceres utinam Saturnia, mitior esses! —
Illa quidem pugnat; sed quae superare puella,
Quisve Iovem poterat?

Conf. Met. XIII, 427. Vid. Vulp. ad Catull. III, 6., Perizon. ad Sanct. Min. II. p. 374., Beier. ad Cic. Offic. I. c. 13. et 38., quos locos ad hunc Nasoni vindicandum laudat vir in poetis Latinis admodum versatus, Obbarius. *Sublevet.* I, 1, 98.

Bern. *usque meo.* Gall., Berol., Goth. *ipsa suo.* Pal. 1. et nonnulli alii post hunc v. novam elegiam incipiunt. Guelf., Goth., Busl. et mei omnes cum vett. edd. elegiam III. et IV. unum carmen faciunt.

ELEGIA IV.

1. *Oceano;* nam inde sidera coeli surgere, eo mergi a poetis dicuntur. De oceano Cic. Somn. Scip. c. 6. *Omnis terra parva quaedam insula est, circumfusa illo mari, quod Atlanticum, quod magnum, quem oceanum appellatis.* Apud Homerum est torrens, qui terram circumfluit. Il. XVIII, 606. Conf. Hes. Scut. Herc. v. 314. *Custos Erym. Ursae,* Graecum ἀρκτοφύλαξ, qui idem *Bootes* et *Arcturus* appellatur. Vid. Hyg. Fab. 130. et Poet. Astron. II. c. 4., Gier. ad Met. I, 176. Sidus est in plaga boreali iuxta ursam maiorem, unde nomen accepit. *Erymanthidos,* e fabula petitum, quae sic fere habet:

Nos tamen Ionium non nostra findimus aequor
Sponte, sed audaces cogimur esse metu.
Me miserum! quantis nigrescunt aequora ventis, 5
Erutaque ex imis fervet arena vadis;

Callisto, Lycaonis, Arcadiae regis, filia, cum Iovi Arcadem filium peperisset, a Iunone in ursam mutata est, quam cum filius ignorans in venatione vellet occidere, hunc Iupiter et ipsum in ursam mutavit, et cum matre inter sidera collocavit, materque Ursa maior, filius Ursa minor est. Hyg. F. 176. 177., Poet. Astron. II. c. 1—4., Apollod. III. Iuno tamen a Thetide impetravit, ut nunquam eius aquis tinguerentur. Serv. ad Virg. Georg. I, 246. Atque inde Ursa h. l. *Erymanthis,* quod est pro *Arcadia,* ab Erymantho Arcadiae monte ac fluvio. Plin. N. H. IV. c. 6. Strab. VIII p. 236. Inde eadem *Parrhasis Arctos* I, 3, 48. et *Parrhasia virgo* II, 190., et *Maenalis Ursa* III, 11, 8., inde *Lycaonius axis* III, 2, 2. Occidebat autem *Arcturus,* auctore Columella XI., IV. Cal. Nov. vesperi. Conf. Plin. N. H. XVIII. c. 31., a quibus non dissentit Ovid. Tr. I, 11, 3. Conf. tamen Fast. III, 405. et V, 733. Occidentem autem tempestates gravissimas efficere, testatur praeter Plin. l. l. Virg. Georg. I, 229. ubi vid. H. Voss.

3. *Findimus.* Put. et Serv. *scindimus,* ut est I, 10, 48. et alibi. Sed *findere* et natura rei satis firmatur et exemplis, qualia sunt III, 10, 48., V, 2, 62., Tibull. I, 7, 19. Virg. A. V, 142.

Infindunt pariter sulcos — — —

Ionium. Graeci literam *o* in *Ionium* plerumque corripiunt, latini producunt. Est autem Ionium mare incertis finibus inter Graeciam et Italiam. Servius ad Virg. A. III, 211. ait esse sinum immensum ab Ionia usqué ad Siciliam et huius partes esse mare Adriaticum, Achaicum et Epiroticum. Vid. Tschuck. ad Mel. II. c. 3. et not. ad Tr. II, 298. Construe: *nos tamen Ionium aequor* (attamen) *non nostra sponte findimis.* — Vett. edd. et Berol.: *nostra non.* In Crev. vss. 3. et 4. desunt.

4. *Audaces metu.* *Ὀξύμορον.* Metu, sc. Caesaris.

5. *Me miserum.* I, 2, 19. — Dresd., Pal. 2., Gall., Rel., Seg., Franc. a 2. m. et X alii Heins. *increscunt,* quod induxit Heinsius, confirmat scriptura Politiani 1. *me crescunt,* duorum Heins. *crebrescunt* et alius *turgescunt.* Reliqui codd. et vett. edd. omnes *nigrescunt* (excepto tamen Berol., qui *nigrescent*), quod ab Ovidio esse etiam ea de caussa videtur, quia de *turgentibus* fluctibus et undis v. 7. dicit. Sil. XVII. 257. *nigrante profundo.* Hom. Il. VII, 64. *μελανεῖ πόντος.* Conf. Hor. Od. III, 27, 23. Mor. *ventis — quantis.*

6. *Fervet arena.* Sic, poetae saepius, quasi ventorum vis mare usque ad imum fundum, ad *ima vada* excitare valeat. Fast. III, 591.

— — — — imoque a gurgite pontus
Vertitur.

Met. XI, 499.

— — — fulvas ex imo verrit arenas —

Virg. A. I, 106.

Monte nec inferior prorae puppique recurvae
Insilit et pictos verberat unda deos!
Pinea texta sonant, pulsi stridore rudentes,
Adgemit et nostris ipsa carina malis. 10
Navita, confessus gelidum pallore timorem,
Iam sequitur victus, non regit arte, ratem.

— — — — — unda dehiscens
Terram inter fluctus aperit; furit aestus arenis —

Rutil. Itin. I, 101.

Videmus excitis pontum flavescere arenis.

Reg. a 1. m., Pal. 2., et V alii Heins. cum vett. edd. *fretis*. Rutil. I, 130.

Exsiliunt imis altius acta vadis —

Iun. *carina*.

7. *Monte*. I, 2, 19.

8. *Pictos*. Vid. ad I, 10, 1.

9. *Pinea texta* sunt tabulae e pinu, ut Fast. I, 506., Met. XIV, 530. Nam *texere* de trabibus iungendis imprimis in navium fabricatione frequens est. Serv. et Cerd. ad Virg. A. II, 16., Gier. ad Met. II, 25. et XI, 524. Hinc ut aliae res, de quibus *texere* dicitur, sic etiam aptatae tabulae, trabes ac latera navis *texta* appellantur. Catull. LXIV., 10., Met. XI, 524. Unde etiam textrinum apud Ennium locus dicitur, ubi naves fabricantur. — Fr. Rev. *testa*. Crev. *tecta*. Leid. *transtra*.

Heinsius, laudans I, 11, 19.

Nunc quoque contenti strident aquilone rudentes —,

legendum censebat *stridere*. Sed equidem non video, quo modo h. l. teneri possit infinitivus; nec rectius est perfectum; nec ulla est varietas veterum librorum. Quod ad asyndeton illud et ad rem, huc pertinet Met. XI, 1195.

Quippe sonant clamere viri, stridore rudentes —

Vid. I, 3, 99.

Pulsi, ut *impulsa cupressus Euro* apud Hor. Od. IV, 6, 11. Ad sensum conf. etiam Fast. III, 593. — Rel. *pulsique strid.*

10. *Aggemit*. Guelf., Pal. 2., Serv. *ingemit*. Bersm. *ingemit in*. Gall. et III alii Heins. *ingemuit*, quas scripturas librarii invenisse videntur, qui Ovidium saepe nova verba formare ignorarent. *In nostris* etiam Busl.

11. *Navita*, vox poetica pro *nauta*. *Confessus*, prodens. Vid. II, 525. Met. VI, 35. *confessaque vultibus iram*. Heinsius e Mor. et II aliis (quibus accedit Rel.) primus dedit *gelido*. Verum cum scriptura omnium vett. edd. et reliquorum codd. per se probaeque oratio, sc. *gelidus timor*, frequens sit (Met. IX. 291.), cur eam non restituamus? „*Confessus pallore suo gelidum timorem.*“ Berol. *gelidus*. — *Immemor artis*. I, 2, 31. 32.

12. *Victus*. Heinsius sine omni auctoritate librorum novavit *victam*. Recte habet scriptura veterum libb. *victus*. „*ipse victus navim sequitur, non arte sua regit.*“ Conf. I, 11, 22. et 43. — Rel. a 1. m. et Goth. *insequitur*. Pro *victus* Gall.

Utque parum validus non proficientia rector
Cervicis rigidae frena remittit equo;
Sic non quo voluit, sed quo rapit impetus undae, 15
Aurigam video vela dedisse rati.
Quod nisi mutatas emiserit Aeolus auras,
In loca iam nobis non adeunda ferar.

vectus, II Heins. et Crev. *fluctus*, III Heins. *ventos*. Porro Pal. 1., exc. Voss., Leid., Gall. et V alii Heins. et eiusdem ed. pr., item Bern., Goth., Berol. et Rel. *nec regit*.

13. *Rector*. Dresd., Busl., Serv., Franc. a 1. m. et VIII alii Heins. *vector*. Retinendum *rector*, sic plurimi libri et sic etiam manifestior inter *aurigam* subsequentis distichi et hanc vocem oppositio, nam *vector* etiam de eo dicitur, qui vehitur. *Rector* de utroque et qui equos vel currum ducit, et qui navim regit. Met. II, 186, VI, 232. *Auriga* (v. 16.) pro navis gubernatore rarius invenitur. Sed ex eodem fluxit fonte, quo *currum* (Catull. LXIV, 9.) pro *navi, currere* pro *navigare, frena remittere* (Fast. III, 293.), *immittere habenas* (Met. II.) de navi dixerunt. Non tamen nullo praeeunte Naso *aurigam* dixit: ita (vid. Voss. Institt. Or. IV. c. 6.) antiqui poetae versum: *Tiphyn aurigam celeris fecere carinae*, producunt Charis. II. p. 243., Donat. de Trop. p. 1775. *Burm*. Eodem modo a Graecis ἡνίοχος νεώς dicitur, de quo usu vid. Valck. ad Eurip. Hippol. v. 1223. et Mur. Var. Lectt. I. c. 11. — Reg. *miles*. Put. et II alii Heins. *victor*. — V. 14. Reg. *rigido fr. remisit*.

15. *Sic non quo*. Pal. 1., fr. Rev., Serv., Franc. et II alii Heins., item Seg., Berol. *quo non*. Eundem ordinem servat corrupta scriptura codicis Bern. *si quo non*, Mor. *sed qua non*, Busl. *sic quo non valuit*. Ego maiorem illam elegantiam, quam in *quo non* videt Merkelius, non sentio. Itaque cum longe plurimis vett. libris retinui vulgatam.

Rapit, ut Pont. III, 7, 8., Virg. Georg. I, 203. — Franc., Rel., Crev., exc. Voss. et II alii Heins. *trahit*. Pal. 2. *capit*.

16. *Dedisse* fere est pro *remisisse;* quo verbo usus h. l. est, ut oratio illi simili ab equis sumto congrueret. — Rel. a 1. m. *rectorem*.

17. *Emiserit Aeolus*. Aeolus, rex ventorum, in seriore fabula ventos in montis cavitate inclusos premit, unde ex arbitrio, quos illi placet, *emittit*. Virg. A. I, 52., ubi vid. Serv., Met. IV, 662., Her. XI, 5., ubi vid. not. Hom. Od. X, 21.

Κεῖνον γὰρ ταμίην ἀνέμων ποίησε Κρονίων
Ἢ μὲν πανέμεναι ἠδ' ὀρνύμεν', ὅν κ' ἐθέλῃσι.

Duo Heins. *immiserit*. Gall. *undas*. Voss. *alas*.

18. *Ferar*, deferar, abripiar. *Iam*. Vid. I, 3, 32.

Nam procul, Illyricis laeva de parte relictis,
Interdicta mihi cernitur Italia. 20
Desinat in vetitas quaeso contendere terras,
Et mecum magno pareat aura deo.
Dum loquor, et cupio pariter timeoque repelli,
Increpuit quantis viribus unda latus!
Parcite, caerulei, vos saltem, numina ponti, 25
Infestumque mihi sit satis esse Iovem.

19. *Illyricis.* Sic vett. edd. et codd. omnes, nisi quod unus Heins. *Illyrici — relicti,* et alter *Illyrico relicto.* Burmannus laudans Prop. II, 13, 10.

Dic alias iterum naviget Illyrias —

dedit Tanaqu, Fabri correctionem *Illyriis.* Mihi genuina videtur scriptura omnium vett. libb. *Illyricis,* a nominativo Graeco *Illyrica;* nam Graeci saepe τὰ Ἰλλυρικὰ dicunt, ut Strabo pluribus locis. Vid. VII. p. 217. Sin autem *Illyriis* vera esset scriptura, intelligerem *Illyrios,* gentem. Locus ille Propertii huic parum similis. — Habitabant autem Illyrii iuxta litus Adriatici maris inter mare et montium iuga. Strab. l. l. — *Laeva de parte;* nam cum meridiem versus poeta ab Italia navigaret, Illyriam habebat ad sinistram. Vid. I, 2, 83., II, 406. 225. Ed. pr. Heins. et Dresd. pro v. scr. *iam procul.* Mor. et II alii Heins. *a laeva.* Iun. *petitis.*

20. *Interdicta.* I, 3, 6., I, 2, 92. — 21. Busl. *conscendere.*

22. *Pareat aura.* Exc. Voss. a 2. m. et pauci codd. *pareat illa.* — Put., Franc. a 1. m., Serv., Iun. *ipsa.* — Pal. 1., Mor., Gall., Busl., Pol. 2., fr. Rev., Leid. et XXIII alii Heins., Bern., Rel., Franc. a 2. m. et vett. edd. omnes *unda.* — Pal. 2., Pol. 1., Exc. Voss., Vat a 1. m., et VIII alii Heins., item Dresd., Goth., Guelf., Berol., Crev. et Seg. *aura,* quod mihi rectius videtur propter ea, quae v. 17. et seqq. dicta sunt. Gall. et ed. pr. Heins. *et mihi cum.*

Magno deo. Vid. ad I, 1, 69.

23. *Repelli.* Exc. Voss., Barb., unus Pat. (accedit Crev.) *revelli,* sc. ab Italia. Recte. Heins. Proba est vulgata eaque omnium reliquorum vett. libb. *repelli.* Nam recte inde, quo tendimus, dicitur, *nos vi repelli.* Nec interpretatio illa *ab Italia* recta est. Navis tendebat in Illyricum latus, igitur optabat et simul timebat ad Italiae (h. e. patriae) latus repelli. —

Pal. 1., Leid. *timeo cupio pariterque.* Dresd., Goth., Guelf. et III Heins. *timeo pariter cupioque.*

25. *Vos saltem.* Heinsius e Pol. 1., Vat. 1., Pal. 2., uno Bonon. et Rott. primus dedit *vos parcite;* accedit Guelf. Recte habet vulgata eaque reliquorum libb. *vos saltem: vos saltem parcite, et sit satis Iovem mihi infestum esse. Iovem* intellige Augustum. Vid. ad I, 2. 69. — Mor. *saltem vos.* Berol. *mihi*

Vos animam saevae fessam subducite morti;
Si modo, qui periit, non periisse potest.

ELEGIA V.

Collaudat amici etiam in adversa fortuna fidem eumque hortatur, ut in amicitia persistat, neve ab Augusto sibi timeat, tristemque ei statum suum, quaeque in itinere pericula ac mala tulerit, queritur.

Quis autem amicus ille sit, nescitur. Namque in Tristibus nomina eorum, ad quos carmina scripta sunt, praeter uxoris, non addidit, metuens, ne amicitia sua odium atque invidiam Principis in eos concitaret. Vid. Pont. I, 1, 17. seqq. et Prolegom. in Trist.

O mihi post ullos nunquam memorande sodales,
O cui praecipue sors mea visa sua est,
Attonitum qui me, memini, carissime, primus
Ausus es alloquio sustinuisse tuo;
Qui mihi consilium vivendi mite dedisti, 5
Cum foret in misero pectore mortis amor:

saltem. Bersm. *vos tantum.* — V. 27. Rel. *fessam saevae.* De *saevae morti* conf. I, 2, 51.

28. *Qui periit, non periisse potest.* Cum acumine: *Si modo, qui adeo afflictatus est, ut pro mortuo sit* (I, 1, 116.), *ab illo statu revocari, adhuc servari potest.* Conf. Pont. IV, 22, 44., Trist. III, 3, 53.

ELEGIA V.

1. *Memorande.* Sic Pal. 1., fr. Rev., Put., Leid., Iun., Gall., Mor., Busl. et XXIII alii Heinsii et eius ed. pr., item nostri omnes et vett. edd. — Pal. 2. *memorate.* Reliqui *numerande.* Pont. IV, 13, 1.

O mihi post nullos, Iuli, memorande sodales —

Pal. uterque, Leid. *nullos unquam.*

2. *Sors.* Guelf., Pal. 1. et 2., Leid. et IV alii Heins. et vett. edd. *et cui.* Unus Vat. *fors.* Dresd. *tua.*

3. *Attonitum. Attoniti* auctore Seneca N. Q. II. c. 27. *in universum vocantur ii, qui vivi stupent et in totum sibi excidunt.* Sed h. l. malim accipi proprie, ut alludat ad illa, quae poeta semper in ore habet, fulmina Iovis Augusti. I, 1, 72., I, 3, 11.

4. *Sustinuisse* pro *sustinere*, ad modum Graeci aoristi. — Mor. et Berol. *eloquio.*

5. *Dedisti.* Unus Med. *fuisti,* ut IV, 2, 32. et Her. XVII; 368. *Heins.* Fluxit e IV, 2., 32; neque quicquam

Scis bene, cui dicam, positis pro nomine signis,
Officium nec te fallit, amice, tuum.
Haec mihi semper erunt imis infixa medullis,
Perpetuusque animae debitor huius ero; 10
Spiritus et vacuas prius hic tenuandus in auras
Ibit et in tepido deseret ossa rogo,

obstat, quominus h. l. aliter, si modo recte et Latine, sit locutus.

6. *Foret*, quod proprie magis tempus futurum spectat, et *esset* Naso prope sine discrimine ponit. Vid. infra v. 21., I, 3, 99., III, 4, 27., Pont. I, 9, 18. Sed h. l. proprie positum est. Germani prope assequi Latinum possumus: *als die Liebe, die Begierde . . ; in meiner Seele aufsteigen wollte.* Ad rem conf. V, 9, 19., Pont. I, 6, 41., I, 9, 21.

7. *Positis.* Vid. IV, 4, 7., III, 4, 64.

8. *Tuum.* Burmannus male e duobus mediocris notae libris, Leid. et fr. Rev. v. scr., dedit *meum. Tuum* probum est. Postquam enim amici solatium et curam de salute sua tempore exsilii breviter commemoravit, adiicit: *scis bene,* (quamvis nomen non addam,) *cui* (haec) *dicam, neque illud* (quod mihi praestitisti) *officium tuum te latet,* memoria tibi excidit. Atque ea scriptura, praeter quod blandior oratio est, confirmatur illo, quod subsequitur, *haec.* sc. officium tuum quaeque mihi benigne fecisti. De grata sua memoria poeta loquitur v. 9—14.

9. *Infixa.* Vat. *confisa.* Pol. 1. et Guelf. *confixa.* Seg. *inserta.*

Medulla a Latinis dicitur pro intima sensus parte, imo pectore. Hinc Cic. ad Fam. XV. 16. *qui mihi haeres in medullis,* et ad Att. XV. 4. *quae mihi inclusa sunt in medullis.*

10. *Animae.* Sic recte Pal. 1. et 2., Iun., fr. Rev., Leid., Reg., Gall., Bersm., Franc., Busl. et XVI alii Heins. cum eius ed. pr., Goth., Dresd., Berol., Bern., Seg., Crev. et vett. edd.; agitur enim de vita ac spiritu. Reliqui libri *animi.*

11. *Spiritus etc. Spiritus hic v. pr. extenuatus* Bern. et fr. Rev. — Crev. *hic tenuatus.* Serv., Busl., Seg., Franc., Iun., Leid. et VI alii Heins. cum eius ed. pr. *spir. h. v. pr. extenuandus.* Mor. et V alii Heins., item Berol. et Rel. *sp. in vac. pr. et tenuandus.* — Senec. Troad.

— — nullaque pars manet
Nostri, cum profugo spiritus halitu
Immistus nebulis cessit in aëra. —

Tenuandus, solvendus, dissipandus. Berol. *in vacuis — auris.*

12. *In tepido — rogo.* Iun., Leid., fr. Rev., Busl., Serv. et alii Heins. *in tepidos rogos.* Varietas orta videtur a grammaticis, qui cum animam in ipso moriendi momento e corpore excedere cogitarent, suspectum hunc locum et vulgatam scripturam habentes coniungerent *et ossa deseret in tepidos rogos.* Verum multi sunt loci, in quibus superstitio declaratur, animas cor-

Quam subeant animo meritorum oblivia nostro,
Et longa pietas excidat ista die.
Di tibi sint faciles et opis nullius egentem 15
Fortunam praestent dissimilemque meae.
Si tamen haec navis vento ferretur amico,
Ignoraretur forsitan ista fides.
Thesea Pirithous non tam sensisset amicum,
Si non infernas vivus adisset aquas. 20

poribus demum rogo impositis in coelum avolare. Sil. X, 576. de occiso Paullo:

— atque repens crepitantibus undique flammis
Aetherias anima exsultans evasit in auras.

Idem de anima Pompeii Lucan. IX, 1. seqq. Conf. Fast. V, 463., Prop. IV, 7, 2. Ad hanc superstitionem pertinet etiam mos in consecratione imperatorum, ut incenso rogo aquila emitteretur, quae ipsam principis animam in coelum ferre credebatur. Vid. Herodian. IV. c. 2. et Forcell. in *consecratio*. Unde consecratio in numis nunc sola aquila, nunc ei insidente imperatoris effigie indicatur. Conf. Tr. III, 3, 60.

14. *Longa*. Unus Heinsii apud Burm. *longo*. Serv. ad Virg. A. V, 783. *Longa dies i. e. longum tempus, de quo licet feminino genere dicamus, tamen et masculino dicimus. Nam de certo die masculino tantum dicendum est.* Tib. I, 4, 17. *Longa dies homini docuit parere leones.* Quanquam etiam de uno et certo die nonnunquam feminino dixerunt. Nep. Chabr. c. 3., Caes. B. C. I. c. 2., B. G. I. c. 6. ibique interpp., Hor. Epist. I, 1, 20., Met. I, 346., XIV, 148. et not. ad Tr. IV, 6, 38. — De *excidat* vid. ad I, 6, 32. — Dresd. pro v. scr. *decidat*.

15. *Egentem*. Put. *egentis*. V. 16. Busl. *praest. fort.* Iun., Leid., fr. Rev., Pal. 1. et 2. *praestant*. Pal. 1. et ed. pr. Heinsii *assimilemque*.

17. *Haec navis*, fortuna mea, τὰ ἐμά. Vid. not. ad I, 6, 8. *Ferretur*. Conf. I, 4, 18. Tres codd. Heinsii *frueretur*. — V. 18. Gall. *illa*.

19. *Thesea*. Sequuntur illustrissima antiquitatis verae amicitiae exempla, quae saepius in his carminibus tanguntur. Theseus, celebratissimus heros et rex Athenarum, filius Aegei (hinc V, 4, 26. *Aegides*), fidelissimus fuit amicus Pirithoi, Ixionis filii, Larissaei, quem in ipsum tartarum, cum is Proserpinam, Plutonis uxorem, rapere vellet, secutus est (Hom. Od. XI, 650. ibique Heyn., Apollod. II. c. 5., Hyg. F. 79., Plut. Thes. c. 35., Ov. Met. VII, 434.), ibique ob eam fidem poenas dedit. Vid. I, 9, 31. Haec amicitia in proverbium abiit. Vid. I, 3, 66., V, 4, 26., Pont. II, 3, 43., III, 2, 33. *Infernas*, i. q. *Stygias*. Vid. ad V, 2, 74. *Vivus*, quo alii post mortem demum perveniunt.

Ut foret exemplum veri Phoceus amoris,
Fecerunt Furiae, tristis Oresta, tuae.
Si non Euryalus Rutulos cecidisset in hostes,
Hyrtacidae Nisi gloria nulla foret.

Leid. et III alii Heins. *nunquam sensisset.*

21. *Phoceus. Phocaeus* passim scribi video. (Sic edd. Vic., Ven. et Parm.) Pessime. Nam recte Scalig. ad Euseb. 1417. ostendit *Phocaeos* esse Phocaeae urbis incolas; hic autem de Pylade agitur, qui Strophii, Phocidis regis, filius fuit. Phocensis vero etiam Graece φοκεύς. Vid. Duk. ad Thuc. I, c. 13., ut Phocaeensis φοκαΐος. *Burm. Phoceus* pro *e Phocide* est etiam IV, 4, 71., Met. XI, 348. — Iun. *veteris.* Fabula fere haec est. Quum Orestes ob occisam matrem (Vid. ad II, 395.) a *Furiis* exagitaretur, Pylades, Strophii, regis Phocidis (hinc *Phoceus*), filius, eius amicus, ubique comes ei fuit. In illis erroribus venerunt etiam in chersonesum Tauricam, ubi Thoas, Taurorum rex, de more vinctos in templum Dianae duci iubebat, per manus Iphigeniae, Orestis sororis, quae illius templi sacerdos erat, immolandos. Cum vero alteri vita daretur, quis pro altero moreretur, inter se certarunt. Ulteriora narrat Ovidius ipse IV, 4, 73., ubi vid. not. Eandem in amicitia fidem commemorat I, 9, 27., V, 4, 25., V, 6, 25., Pont. II, 3, 45., Met. V, 276.

22. *Oresta. Oreste* impressi et scripti plerique omnes. Minus bene. Vid. Leop. Schneider. Gramm. Lat. Vol. I. P. II. p. 40. et not. ad Ov. Her. VIII, 9. et VII, 7.

23. *Euryalus*, filius Opheltae et Nisus Hyrtaci, Troiani, cum Aenea in Italiam (Vid. ad I, 2, 7.) profecti, nobile par amicorum, quorum fides et amicitia maxime in vitae fine emicuit. Nam cum Troiani, Aenea duce absente, a Turno (I, 2, 7.) premerentur, Nisus missus est, qui Aenean de suorum periculo certiorem faceret, comite Euryalo. Cum autem Euryalus ab hostium excubiis captus esset, Nisus advolat amicum servaturus. Quod cum non potuisset, una cum eo, occisis ante eius interfectoribus, mortuus est. Vid. Virg. Aen. IX, 176. seqq. et V, 294. Conf. Tr. I, 9, 33. et V, 4, 26.

24. *Nisi.* Fr. Rev. et II alii Heins., item Rel. et edd. Bonon. et Vic. *Niso*, quod primus dedit Heinsius. Sed scriptura *Nisi* tam sensus bonitate confirmatur, quam consuetudine Nasonis. Conf. III, 9, 25., Met. III, 512. 654. Lucan. VII, 112.

Pompeii nec crimen erit nec gloria bellum.

Trist. V, 12, 11.

Des licet in valido pectus mihi robore fultum,
Fama refert Anyti quale fuisse rei —

quem locum quoque tentavit Heinsius. Metam. VI, 80.

— — — operis victoria finis —

ubi similiter dativum *operi* male induxit idem Heinsius, ut etiam Met. VI, 604. et Trist. IV, 3, 76.

Scilicet ut fulvum spectatur in ignibus aurum, 25
Tempore sic duro est inspicienda fides.
Dum iuvat et vultu ridet Fortuna sereno,
Indelibatas cuncta sequuntur opes;
At simul intonuit, fugiunt, nec noscitur ulli,
Agminibus comitum qui modo cinctus erat. 30

25. *Scilicet.* Per hanc particulam post rerum aut exemplorum expositiones sententiae inde ductae aut confirmatae cum vi inferuntur. Vid. I, 5, 25., II, 108., Virg. A. IV, 379. Ad sententiam Cic. de Off. II. c. 10. *Maximeque admirantur eum, qui pecunia non movetur; quod in quo viro perspectum sit, hunc igni spectatum arbitrantur:* quod acceptum videtur a Platone, qui *ὥσπερ χρυσὸν πυρὶ βασανιζόμενον* dixit.

26. *Inspicienda,* cognoscenda, ut III, 4, 1. Sed poeta rem ad sensus et ad oculos refert, ut accommodetur oratio illi *spectatus* v. 25. — Ad rem conf. IV, 3, 1. — Fr. Rev. et Bern. *conspic.* Rel. *aspic.*

27. *Ridet Fortuna.* Hor. Epist. I, 11. 20.

Dum licet, ac vultum servat Fortuna benignum.

Pont. IV, 3, 7.

Nunc, quia contraxit vultum Fortuna, recedis.

De Fortuna dea vid. not. ad V, 8, 7. — Unus Vat. *iuvet.* Put. et floril. Berol. *rid. vultu.* Mor., Serv., Iun., et VII alii Heins., Bersm., Bern., Rel. a 1. m. et ed. Bonon. *secundo.*

28. *Indelibatas,* integras, non deminutas, ut videtur, a Nasone novatum verbum, ut alia huius generis permulta, velut *incorrectus* Tr. III, 14, 23., *imperturbatus* Ib. v. 460., *imperiuratus* Ib. v. 76., *impercussus* A. A. III, 112., *intumulatus* Her. II, 136., *insolidus* Met. XV, 281., *infrondis* Pont. IV, 10, 31., *irresolutus* Pont. I, 2, 22., *inexperrectus* Met. XII, 317., *imperceptus* Met. IX, 710., *inexcusabilis* Met. VII, 511., *indeploratus* Tr. III, 3, 46., *indestrictus* Met. XII, 92., *indesertus* Amor. II, 9, 52., *inambitiosus* Met. XI, 765., *incruentatus* Met. XII, 496., *imperfossus* Met. XII, 496., *incommendatus* Met. XI, 438., *inconsolabilis* Met. VII, 511., *indeclinatus* Tr. IV, 4, 24., Pont. IV, 9, 13., *indeiectus* Met. I, 289., *indevitatus* Met. II, 264., X, 501., II, 605., *indetonsus* Met. IV, 13., *inconsumtus* Met. VII, 592., *inobrutus* Met. VII, 356., *inattenuatus* Met. VIII, 844. Nunc diximus de adiectivis, quae per *in* composita sunt, aliis locis dicetur de aliis verbis. Vid. not. ad III, 4, 5., IV, 3, 21., IV, 6, 30., IV, 8, 19. — *Cuncta* neutrum, licet homines nunc significentur. Conf. I, 3, 70., I, 9, 26., Pont. III, 6, 31. Reg. et Bern. *sequentur.*

29. Conf. I, 9, 13. *Intonuit.* Conf. V, 14, 27. Pont. III, 2, 9.

Cum feriant unum, non unum fulmina terrent,
Iunctaque percusso turba pavere solet.

Mor. *fugitur.* Bern. et Pirckh. *ullus.*

Atque haec, exemplis quondam collecta priorum,
  Nunc mihi sunt propriis cognita vera malis.
Vix duo tresve mihi de tot superestis amici;
  Cetera Fortunae, non mea turba fuit.
Quo magis, o pauci, rebus succurrite lapsis, 35
  Et date naufragio litora tuta meo;
Neve metu falso nimium trepidate, timentes,
  Hac offendatur ne pietate deus.
Saepe fidem adversis etiam laudavit in armis,
  Inque suis amat hanc Caesar, in hoste probat. 40

30. *Agminibus com. cinctus,* refertur ad morem illum Romanorum, quo nobilem patronum, si in publicum prodiret aut domum rediret, caterva clientum stipabat. — Pirckh. *vinctus* v. *iunctus.* Ed. Bonon. *iunctus.* Bern. *notus.*

31. *Collecta,* cognita, intellecta; quomodo Graeci *συλλογίζεσθαι* dicunt. — Pirckh. et Berol. *collata.* Bern. a 1. m. *exemplis nobis inducta.* Pal. 1. *hoc exemplis.* Pirckh. et Rev. *his exemplis.*

32. *Nunc.* Fr. Rev. *nae.* Pal. 2. et Put. a 1. m. *verba.* Put. a 2. m. *facta.* V. 33. Leid. *vos duo.*

34. *Cetera Fortunae.* Vid. I, 3, 16., I, 9, 5., III, 5, 10., Pont. II, 3, 8. et sic passim. *Turba.* V, 3. 47.

35. *Lapsis.* Plurimi Heins., Dresd. a 1. m., Busl., Rel. pro v. scr., Guelf., Goth., Berol., Crev. et vett. edd., praeter Bonon., *rebus laesis.* Leid. *laesis — rebus.* Seg., Rel. a 1. m., Dresd. pro v. scr., Mor., Pirckh., Iun., Bersm., et ed. Bonon. *rebus—lapsis.* Pal. 1. *lapsis—rebus.* Maiorem auctoritatem vett. librorum habet *rebus—laesis.* Nos tamen tenuimus *rebus — lapsis,* ut gravius. V, 2, 41.

> Quo ferar? unde petam lapsis solatia rebus?

Pont. II, 3, 49.

> Nunc tua pro rebus nitatur gratia lapsis.

Pont. II, 3, 93.

> Respicis antiquum lapsis in rebus amicum.

Bonon. *fessis,* quod fluxit e Virg. A. XI, 335.

> Consulite in medium, et rebus succurrite fessis.

E quibus exemplis etiam apparet, apud poetas ex ipsa sententiae ratione statui non posse, utrum legendum sit *rebus — lapsis* an *lapsis — rebus,* et parum scite Merkelium ad II, 307. docere; *solent poetae, si nomen aliquod ab adiectivo suo intervallo quantocunque dispescitur, id in illustriori loco alteri praeponere, quod, si ignobiliori loco postponeretur, langueret,* et parum constanter certe hoc loco scripsisse *lapsis—rebus.* Conf. v. 17. et 48.

36. *Naufragio.* Vid. v. 17. — V. 37. Seg. *nimium falso.*

39. *Saepe.* Non fingit haec poe-

Causa mea est melior, qui non contraria fovi
Arma, sed hanc merui simplicitate fugam.
Invigiles igitur nostris pro casibus, oro,
Diminui si qua numinis ira potest.
Scire meos si quis casus desiderat omnes, 45
Plus, quam quod fieri res sinit, ille petit.

ta, sed vera facta h. l. tangit. Suet. Oct. c. 17. *Remisit tamen hosti iudicato* (Antonio) *necessitudines amicosque omnes, atque inter alios C. Sosium et Cn. Domitium tunc adhuc consules. Bononiensibus quoque publice, quod in Antoniorum clientela antiquitus erant, gratiam fecit coniurandi cum tota Italia pro partibus suis.* Cf. c. 27. 19. et Appian. B. C. IV. p. 619., Dio LIII. p. 518. Vid. ad Tr. I, 1, 20. et II, 46.

41. *Qui.* Pal. 2., Gall. et IX alii Heins., item Seg., Rel. et vett. edd. *quia.* Put. *qua.* Qui *quia* scripserunt, metuisse videntur, ne soloecissaret Ovidius, cum *mea causa* praecessisset. Sed eodem modo *mea, qui* V, 10, 13, V, 11. 4., II, 51. Pont. III, 4 91.

Nec mea verba leges, qui sum summotus ad Istrum —

Neque in indicativo haerendum, quod haec verba fere caussam contineant. Potest enim eadem sententia ita enuntiari, ut caussam efferat sive *causalis* sit, et ut merum sit adiectivum II, 51.

Causa mea est melior, qui nec contraria dicor
Arma nec hostiles esse secutus opes.

Conf. Met. XIII, 237. et Tr. V, 11, 4.

Exc. Voss., Busl., Reg. pro v. scr. et IV alii Heins., item Bersm., Bern., Crev. et Dresd. *movi,* pro qua scriptura afferri posset Pont. I. 1, 26. Verum sententiae rationi utrumque conveniens, itaque sequendi sunt vetusti libri. Virg. A. X, 93.

Aut ego tela dedi fovique cupidine bella —

Conf. Lucan. VIII, 519.

42. *Simplicitate,* stoliditate. Alibi *errore* dicit. I, 2, 99. Illud quoque animadvertendum, poetam nunc solam hanc exsilii caussam, nunc alteram scriptae Artis, nunc ambas (I, 1, 23.) commemorare.

43. Fr. Rev. a 2. m. *opto.* V. 44. Bern., Rel. a 1. m. *Caesaris ira.* Goth. *si quid.*

45. *Desiderat.* Heinsius e Serv. et II aliis dedit *desideret.* Sine idonea caussa. Mei omnes etiam Bern., Guelf., Goth. et vett. edd. uno consensu *desiderat.* Idem Heinsius dedit *meos si quis casus,* quod nonnisi Seg. et Crev. confirmant. Idem dedit v. 46. *petat,* invitis veteribus edd. et codd. — Leid. *ipse petit.*

Ceterum totus hic locus a v. 45 —82. est e genere declamatorio, quamvis doctrina et copia rerum niteat. Dresd. *sinat, ille petit,* Pirckh. *quod sciri.*

Tot mala sum passus, quot in aethere sidera lucent,
Parvaque quot siccus corpora pulvis habet;
Multaque credibili tulimus maiora, ratamque,
Quamvis acciderint, non habitura fidem. 50
Pars etiam mecum quaedam moriatur oportet,
Meque velim possit dissimulante tegi.
Si vox infragilis, pectus mihi firmius aere,
Pluraque cum linguis pluribus ora forent;

47. *Tot mala. Totque tuli poenas terra* Iun., Leid. et multi alii *Bunm.* Amant poetae ista hyperbole numerum magnum declarare. IV, 1, 55., IV, 10, 107., V, 1, 30., V, 3, 12., Pont. II, 7, 23., IV, 15, 5., Art. A. I, 57. 253., Virg. Georg. II, 103. Sed Ovidius nonnunquam in eo peccat, quod nimis multis exemplis vim huius figurae debilitat. Vid. V, 2, 23. Bern., Gall. et II alii Heins. *fulgent.*

51. Bersm., Pirckh., Gall. et IV alii Heins., item Guelf., Rel. et Crev. *mecum quaedam.* Reliqui omnes, ut dedimus.

52. *Velim, possit.* Vid. ad I, 1, 119. — Fr. Rev., Bern., Pirckh. et vett. edd. *possint.*

53. *Firmius aere.* Sic paucissimi codices: Bersm., Dresd. et II Heinsiani et fortasse Rel. Confirmatur usitato poetis modo dicendi et Hom. Il. II, 489., unde hic locus expressus est.

οὐδ' εἴ μοι δέκα μὲν γλῶσσαι δέκα δὲ στόματ' εἶεν,
φώνη δ' ἄῤῥηκτος, χαλκέον δέ μοι ἦτορ ἐνείη —

Conf. Hom. Il. V, 785. — Plurimi codd. cum vett. edd. *si vox infragilis, pectus mihi firmius esset.* Put., Serv. et III alii Heins., Franc. a 2. m. *non fragilis.* Guelf. a 2. m. *mihi pectus.* Pol. 2. *non fragilis mihi pectus firmius esset.* — Guelf. a 1. m., Dresd. pro v. l., Vat. 1., Pol. 1., Pal. 2., Seg., Iun. et XV alii Heins. *si vox in fragili mihi pectore firmior esset.* — *Infragilis* etiam Plin. N. H. XX. c. 1. *adamantem infragilem omni cetera vi.* Vid. not. ad v. 28.

Ceterum poetae de rebus descriptu difficilibus saepe ita loquuntur: Virg. Georg. II, 43.

Non ego cuncta meis amplecti versibus opto,
Non mihi si linguae centum sint, oraque centum,
Ferrea vox —

Conf. Aen. VI, 625. — Val. Flacc. VI, 36.

Verum ego nec numero memorem, nec nomine cunctos,
Mille vel ora movens —

Hostius apud Macrob. VI. c. 3.

— — — — — — — si tibi linguae
Centum atque ora sient totidem vocesque liquatae.

Conf. Claudian. Olybr. et Prob. v. 55., Pont. II, 7, 25., Fast. II, 119. Ridet eam poetarum orationem Pers. V, 1.

Vatibus hic mos est, centum sibi poscere voces,

Non tamen idcirco complecterer omnia verbis, 55
Materia vires exsuperante meas.
Pro duce Neritio docti mala nostra poetae
Scribite: Neritio nam mala plura tuli.
Ille brevi spatio multis erravit in annis
Inter Dulichias Iliacasque domos; 60
Nos freta sideribus totis distantia mensos
Sors tulit in Geticos Sarmaticosque sinus,

Centum ora et linguas optare in carmina centum:
Fabula seu moesto ponatur hianda tragoedo,
Vulnera seu Parthi ducentis ab inguine ferrum —

55. *Verbis.* Voss. *dictis.* V. 56. pro *meas* Busl. et III alii *suas.* Burm.

57. *Pro duce Neritio. Naritio.* vett. edd. et codd. prope omnes. Dux *Neritius* est Ulixes, rex Ithacae, Sames aliarumque insularum. Hom. Il. II, 631., Strabo X. p. 312. Alii ita appellatum censent ab insula prope Ithacam, quae fuit eius ditionis. Vid. Met. XIII, 711., Virg. A. III, 270. sqq., Heins. ad Remed. A. v. 264. Sed rectius alii produnt, hoc nomen esse a Nerito, insigni Ithacae monte. Vid. Strab. X. p. 312. Casaub., Hom. Odyss. IX, 22., XVII, 207., Eustath. ad Il. l. I. Conf. Fast. IV, 69. Atque summa, quam tangit, Ulixis fatorum haec est: Ulixes Troia capta in patriam rediturus a Neptuno ei infenso (Vid. I, 2.) tempestatibus diu per omnia maria iactatus, semper tamen Minervae ope servatus est, ac post X tandem errorum annos incolumis in patriam suam rediit. Ceterum Ovidius Ulixis fata atque casus prae suis callide extenuat, in quo, ut ubique, insigne Homeri studium ostendit. Vid. uot. ad II, 371. seqq. Conf. I, 1, 47., I, 6, 21., Pont. IV, 10, 9. seqq., Fr. Rev. *mala docti.* V. 58. Berol. *cum mala.*

59. *Annis.* Quidam *undis,* alii (etiam Dresd. pro v. scr.) *arvis,* alii *armis.* Burm. *In annis,* per annos.

60. *Dulichias;* nam Dulichium pars fuit regni Ulixis, unde etiam Ulixes ipse *Dulichius.* Vid. v. 67. et IV, 1, 31.

61. *Totis.* Comb. et unus Bon. *notis.* Recte. Heins. Revocavi *totis* cum omnibus libris praeter illos duos. *Totis sideribus* est toto illo spatio, quo sidera cernuntur. Eodem modo *toto orbe remotus* dicitur. Pont. II, 2, 123.

Qui quoniam patria toto sumus orbe remoti —

Her. XVIII, 175.

Num malim, dubito, toto procul orbe remotus
Cum domina spem quoque habere meam.

Atque eodem modo dicitur *toto coelo distare, toto coelo errare, sub aliis sideribus habitare,* et similia.

62. *Sors tulit etc.* Pal. 1., Gall., Busl., Mor., Pirckh., Iun., Exc., Voss., Pol., 2., et X alii Heins.,

Ille habuit fidamque manum sociosque fideles;
Me profugum comites deseruere mei.
Ille suam laetus patriam victorque petebat; 65
A patria fugio victus et exsul ego.
Nec mihi Dulichium domus est Ithaceve Samosve,
Poena quibus non est grandis abesse locis;

Berm., Goth., Bern., Franc. a 1. m. et ed. Bonon.

Detulit in Geticos Caesaris ira sinus.

Leid. *distulit.* Guelf., Pol. 1., Vat. 1. *detulit in Get. Sarmatis ora sinus.* Put., Pal. 2., fr. Rev., et III alii Heins. *detulit in Get. Sarmaticosque sinus.* Reliqui codd. et vett. edd., quod dedimus; et verum putamus, quia de *Caesaris ira* infra v. 78. dicitur.

Geticos. Vid. III, 9, 4. Unus Vat. *fors.*

63. *Sociosque fideles.* Pirckh. *fidamque domum.* Gall. et alius et (Rel.) *fidosque sodales.* Ne bis idem dicat, videtur scribendum *certosque sodales.* Heins. *Fidamque manum sociosque fideles* optime constant, cum praesertim poeta illam notionem urgeat. De perfidia comitum suorum persaepe queritur. Vid. ad IV, 10, 101.

65. *Victor,* sc. Troia capta. Gall. *patriam laetus.*

66. *A patria.* Her. III, 42.

Quo levis a nobis tam cito fugit amor?

Put., Serv., Pirck., Leid., Iun., fr. Rev., Franc. et V alii Heins., Rel. pro v. scr. *fugi,* quod et ipsum ferri potest: sed recte habet etiam scriptura plurimorum libb. *fugio;* nam cum haec scriberet, adhuc erat in itinere. Busl., *a patria profugus.* Gall. et Busl. *ero.* Rel. pro v. scr. *victus — humo.*

67. *Samosve.* Sic Dresd., Goth., Guelf., Bern., Pal. 1. et 2., Reg., Put., Gall., Mor., Serv., Busl., Leid., Iun., fr. Rev., Seg., Berol., Rel., ed. pr. Heins. et edd. Parm., Ven. 1486. et Bonon. Reliqui libri. *Sameve.* Utrumque probum dicit Heinsius. Hom. Il. II, 634.

οἵτε Ζάκυνθον ἔχον, ἠδ' οἱ Σάμον ἀμφενέμοντο —

ubi Eustathius: λέγεται καὶ Σάμη. Vid. Odyss. I, 246., Virg. A. III, 271. et imprimis Strabo. Verum nos sequimur codices, et *Samon* eandem insulam appellat Naso Met. XIII 711. De tribus illis maris Ionii insulis vid., praeter Strab. et Virg. l. l., P. Mela II. c. 7., Plin. N. H. IV, c. 12. Easden eodem modo in uno versu iungit Hom. Od. XVI, 123.

Δουλιχίῳ τε Σάμῃ τε καὶ ὑληέντι Ζακύνθῳ —

De Ithaca est docta Disputatio Nitschii in eius editione Odysseae.

68. *Poena quibus etc.* Non magna molestia est, abesse Ithaca et samo, quae comparari cum urbe Roma non possint. Vide quam venuste contraria contrariis in tota hac sui cum Ulixe comparatione referat, quae plurimum et artis et eloquentiae habent. *Crop.*

Sed quae de septem totum circumspicit orbem
Montibus, imperii Roma deûmque locus. 70
Illi corpus erat durum patiensque laborum;
Invalidae vires ingenuaeque mihi.
Ille erat assidue saevis agitatus in armis;
Adsuetus studiis mollibus ipse fui.
Me deus oppressit, nullo mala nostra levante; 75
Bellatrix illi diva ferebat opem.
Cumque minor Iove sit, tumidis qui regnat in undis:
Illum Neptuni, me Iovis ira premit.

69. *Sed quae etc.* Prop. III, 9, 57.

Septem urbs alta iugis, toti quae praesidet orbi.

Atque ita poetae in praedicanda Urbe certant. Vid. III, 7, 51., Remed. A. v. 291., Hor. Od. IV, 3, 13., IV, 14, 44. Martial. XII, 8.

Terrarum dea gentiumque, Roma,
Cui par est nihil, nihil secundum.

Conf. Cic. Catil. IV. c. 6. et pro Sull. c. 11. — *Deumque locus,* quia ibi di patrii; sed simul, ut recte monet Iahn, alludit ad Augustum deum, qui ibi sedem habebat. V. 71. Bern. *laboris.*

72. *Ingenuaeque.* Sic Dresd., Goth., Guelf., Seg., Berol., Rel., item Pal. 1. et 2., Reg., Put., Mor., Serv., Pirckh., Leid., Iun., fr. Rev., Franc. et XXI alii Heins. et eius ed. pr. — Voss. *ingenuae vires invalidaeque.* Gall. *ingenuaeve.* Busl., Bern., Mor. pro v. scr. et II alii Heins. *exiguaeque* ex glossa. Reliqui codd. et vett. edd. *ingeniumque,* quod ferri non potest, quia sic oppositio tollitur. *Ingenuae* autem est *invalidae, tenues, imbecillae,* quales ingenuorum sive ingenuis artibus vacantium. Mart. III, 46, 5.

In turbam incideris; cunctos umbone repellet:
Invalidum est nobis ingenuumque latus.

Mart. VI, 11, 5.

Tu Lucrina voras: me pascit aquosa Peloris;
Non minus ingenua est et mihi gula —

Eadem vocabula eodem sensu iungit Cicero de Senect. c. 10. *Ingenuas manus* apud Nasonem est Art. A. II, 216. — Ad sententiam conf. Tr. IV, 1, 71., IV, 8, 7., IV, 10, 37. 105., V, 3, 9., III, 2, 9. Seg. *manus* pro *mihi* ex Artis l. l. Crev. *mihi est.*

74. *Adsuetus.* Fr. Rev., Bern. cum IV aliis *assiduus.* Busl. *ipse frui.* Burm. *Mollibus studiis,* sc. artium liberalium et carminum, quae belli laboribus apte opponuntur.

75. *Me deus.* I, 2, 3. Busl. *iuvante.*

76. *Bellatrix — diva,* Minerva. Vid. ad IV, 10, 13. Rem docet Homeri Odyss. Virg. A. II.

Armi potens, belli praeses, Tritonia virgo.

Vid. ad I, 2, 6.

77. *Cumque minor.* Conf. II.

Adde, quod illius pars maxima ficta laborum;
Ponitur in nostris fabula nulla malis. 80
Denique quaesitos tetigit tamen ille Penates,
Quaeque diu petiit, contigit arva tamen;
At mihi perpetuo patria tellure carendum est,
Ni fuerit laesi mollior ira dei.

ELEGIA VI.

Laudat poeta uxoris fidem animique fortitudinem, qua sceleri maligni hominis, qui fortunas suas nefarie invaserat, feliciter restiterit, carminibusque se eius memoriam posteritati commendaturum pollicetur.

Nec tantum Clario Lyde dilecta poetae,
Nec tantum Coo Battis amata suo est;

VIII, 17. Bern. *cumque Iove sit tumidis minor.* —

78. *Iovis,* Augusti. I, 1, 69., I, 4, 26., IV, 3, 69., V, 2, 46. — Put. *Neptunus.* Leid., Berol., Crev. et ed. pr. *me premit ira Iovis.*

79. *Laborum,* omisso *est,* Pal. 1., Guelf. a 1. m., Reg., Put., Gall., Mor., Serv., Busl., Pirckh., Crev., ed. pr. Heins. et reliquae veteres saec. XV.

81. Crev. *tandem ille.* De Penatibus I, 3, 45.

82. Bern. *quodque diu — contigit ille tamen.*

84. Unus Heinsii *ni modo sit.* Alius *mitior.* Burm.

ELEGIA VI.

1. *Clario — poetae. Clarius poeta* est Antimachus, Colophonius, ita appellatus a luco et antiquo oraculo Clarii Apollinis prope Colophonem. Vid. Strab. XIV. p. 442., Tacit. Ann. II. c. 54., Pausan. VII. c. 3., Mela I. c. 17. Cic. Brut. I. c. 51. *Antimachum, Clarium poetam.* Eodem modo Nicander, Colophonius et idem, de se ipse dicit:

— — τὸν ἔτρεψε Κλάρου νιφοέσσα πολίχνη.

Praeter *Thebaïda* (Quint. X. c. 1. ibique interpp.) scripsit carmen elegiacum, in quo celebravit *Lyden,* amicam. Vid. Kuster. ad Suidam. in *Antim.,* Athen. XIII. c. 7. — Fragm. huius poetae collegit Schellenberg. Halis 1786.

2. *Cous,* ex Coo insula, quae est una e Sporadibus. Mela II. c. ult., Strab. X. p. 334. Intelligendus autem Philetas, Cous, qui e sententia Fabii fuit secundus in elegia, Ptolemaei Philadelphi II.

Pectoribus quantum tu nostris, uxor, inhaeres,
Digna minus misero, non meliore viro.
Te mea supposita veluti trabe fulta ruina est: 5
Si quid adhuc ego sum, muneris omne tui est.
Tu facis, ut spolium non sim, neu nuder ab illis,
Naufragii tabulas qui petiere mei.
Utque rapax stimulante fame cupidusque cruoris
Incustoditum captat ovile lupus; 10
Aut ut edax vultur corpus circumspicit ecquod
Sub nulla positum cernere possit humo:

praeceptor, a Propertio saepius memoratus. III, 1, 1., IV, 2, 51. Hic in elegis suis cecinit etiam amicam, Battida. Vid. Koenig. ad Ael. V. H. IX. c. 14., Athen. XIII. c. 7., Photii Bibl. p. 319. — Philetae Fragm. ed. Kaiser. Götting. 1793. Pont. III, 1, 58. ad eandem uxorem:

— — — qua (*pagina*) non
Inferius Coa Battide nomen habes.

Gall. *amica*. *Est* omittunt unus Vat., Berol., Rel. a 2. m., vett. edd., etiam Heinsii ed. pr. — Pal. 1. *Clario est Bathis am. suo.* — V. 3. Leid. *nostris semper*.

5. *Ruina*. Pal. 1. *carina*. *Ruina* intelligenda *ego et res meae* in hoc ruinoso, miserrimo statu; quod moneo propter falsas aliorum huius loci interpretationes. Pont. II, 3, 60.

Quaeque (*ratis*) ita concussa est, ut iam casura putetur,
Restat adhuc humeris fulta ruina tuis.

Lucan. VIII, 528.

Tu, Ptolemaee, potes Magni fulcire ruinam —

ubi vid. Cort. Conf. Trist. V, 13, 8. — Put., Gall., et VI e vetussissimis edd.: *supposita est* — *carina*. Leid., et IV alii Heins., Bern., Berol. et ed. pr. *est* omittunt.

6. *Muneris omne tui est*. Hor. Od. IV, 3, 21.

Totum muneris hoc (*Pieri*) tui est,
Quod monstror digito praetereuntium
Romanae fidicen lyrae —

Gall. *est* omittit. Busl. et ed. pr. Heinsii *si quis*.

7. *Non sim*. Heinsius e III codd. dedit *ne* et ex uno *neu*. Restituimus cum Merkelio scripturam veterum librorum prope omnium *non sim, nec*. Arctius iungendum *non sim* et *non nuder*. — Pal. 1. *non sum nec*. Berol. *non sum ne*, q. e. *nc*. Ed. Bonon. *non s. nae*. Gall. *ab ullis*. Met. XIII, 447.

Ne facite, utque meum non sit sine honore sepulcrum,
Placet Achilleos mactata Polyxena manes.

9. *Cupidusque*. Unus Medic. *sitiensque*. De sententia, conf. IV, 1, 79. — De *fame* ultima producta vid. Met. V, 165., VIII, 844, XI, 369., Forbiger ad Lucret. I, 806.

11. *Ecquod*. Pal. 1., Reg., Gall.,

Sic mea nescio quis, rebus male fidus acerbis,
In bona venturus, si paterere, fuit,
Hunc tua per fortes virtus submovit amicos, 15
Nulla quibus reddi gratia digna potest.
Ergo quam misero, tam vero teste probaris,
Hic aliquod pondus si modo testis habet.
Nec probitate tua prior est aut Hectoris uxor,
Aut comes exstincto Laodamia viro. 20

Serv., Busl., Pirckh., Iun., mei omnes et vett. edd. *et quod*, solemni apud Nasonem errore librariorum, quod semel monemus. — Fr. Rev. *corpus vultur*. — De illa vulturis natura vid. Arist. H. A. VI.

12. *Sub nulla*. Nonnullae edd., neque tamen vetustissimae, *sub nuda*. Male. *Corpus sub nulla humo positum* est *corpus inhumatum*.

13. *Male fidus*, maligne confidens. Alii *parum fidus* intelligunt, ut ap. Virg. A. II, 23. *statio male fida carinis, digitus male pertinax* ap. Hor. Od. I, 9, 24., *male fortis* pro *imbecillis* Fast. III, 102., de quo usu vid. Heindorf. ad Hor. Sat. I, 2, 129. Sed eam interpretationem non patitur loci ratio. Ceterum *rebus male fidus* habent tantum Dresd., Guelf., Put., Gall. et VI alii Heins. et eius ed. pr., Seg. et Crev. Reliqui et vett. edd. *male fidus rebus*. Gall. et Dresd. a 1. m. *patiare*. Vid. ad V, 5, 27.

15. *Virtus*, intrepidus animus. Eodem modo Cicero ad uxorem: *Ex literis multorum et sermone omnium perfertur ad me, incredibilem tuam virtutem et fortitudinem esse*. Ov. Pont. III, 1, 93.

Nota tua est probitas testataque tempus in omne:
Sit virtus etiam non probitate minor.

17. *Quam misero, tam vero*. Quinque *tam misero, quam vero*. *Burm.* Virg. A. II, 79.

— — nec, si miserum fortuna Sinonem
Finxit, vanum etiam mendacemque improba finget.

Probaris, proba iudicaris. Respondet illi *probitate* v. 19. Conf. Pont. I, 2, 142.

18. *Hic*, de se in tertia persona dicit; quae est oratio manu et digito monstrantis. Neque ex iure explicandus est locus, ut relegati testimonium fuisse nullum intelligas; verum e sola misera et lamentabili poetae conditione; quo ipsa quoque verba ducunt. Altera interpretatio friget. Conf. V, 11, 15., IV, 9, 11. Sequitur amplificatio ab exemplis.

19. *Nec probitate*. Conf. V, 14, 22. *Prior*, insignior, illustrior. XVIII, 69.

A Veneris facie non est prior ulla tuaque —

Conf. Her. IV, 39., Terent. Eunuch. III, 5, 19. ibique Ruhnk. — V. 22. est *secunda*, quod est humilior, infe-

Tu si Maeonium vatem sortita fuisses;
Penelopes esset fama secunda tuae.
Sive tibi hoc debes, nullo pia facta magistro,
Cumque nova mores sunt tibi luce dati;
Femina seu Princeps, omnes tibi culta per annos, 25
Te docet exemplum coniugis esse bonae,

rior, vilior. *Hectoris uxor,* Andromacha. Vid. ad IV, 3, 30. — Franc. pro var. scr. *sua.* Pal. 1. *Penel. etiam fama.* Bern. et ed. Bonon. *sec. tibi.*

20. *Laodamia,* Acasti filia, Protesilai, regis Phylacae, uxor (inde *coniux Phylaceia* V, 14, 39.), coniugem tam valde amabat, ut cum occisus ille esset, ei superstes esse nollet. Priusquam tamen moreretur, petiit a diis inferis, ut mortui umbram videre sibi liceret, cuius visi in amplexibus exspiravit, *comes irit.* Hyg. F. 103. 243., Lucian. Dial. mort. XXIII., Ovid. Her. XIII. Occisus autem est in ipso classis Graecorum in agro Troiano appulsu. Fatum enim erat, ut is, qui primus e Graecorum exercitu Troiae solum tetigisset, occideretur. Laudatur a vett. scriptoribus *Protesilaus* Euripidis, unde explicandus II. v. 403. Vid. Hom. Il. II, 695. sqq., Trist. V, 5, 57., Pont. III, 1, 107. — *Comes* — *viro.* Conf. I, 9, 11.

21. *Maeonium vatem,* Homerum. Vid. not. ad I, 1, 47. — Leid. *si tu.*

22. *Penelope* fuit filia Icarii et uxor Ulixis, cuius probitas et in amore constantia Homeri Odyssea celebrata immortalitatique tradita est. Conf. V, 5, 44., V, 14, 36. et Her. I.

23. *Nullo — magistro.* Rel. a 1. m., Bern. (qui addit in fine *es*), Reg. a 1. m., Serv.!, Leid., X alii Heins. et ed. Bonon. *nulla magistra.* Idem a 2. m. Franc. Cum Iahno revocavimus *nullo — magistro.* Eodem modo Her. VI, 81. Hypsipyle de Medea loquens:

Argolicas timui; nocuit mihi barbara pellex:
Non exspectato vulnus ab hoste tuli.

et Her. XII, 182. Medea de Creüsa:

Hostis Medeae nullus inultus erit.

Vid. interpp. ad Sophocl. Antig. 451, et Hermann. ad. Viger. Not. 50. — Iun. *sive tibi debes,* Guelf., Put. et VI alii Heinsii: *haec debes.*

24. *Cumque nova — luce,* cum ipsa vitae luce. Vid. V, 5, 43—45. III, 7, 13.

Nam tibi cum fatis mores natura pudicos,
Et raras dotes ingeniumque dedit.

Fr. Rev., Leid., Reg., Put., Gall., Serv., VII alii Heins. et Bern. *sint.*

25. *Femina — Princeps.* Quemadmodum Augustus eximie *Princeps* (vid. I, 1, 33., II, 133., Pont. III, 1, 125.) vocabatur, sic poeta h. l. cum acumine nec sine adulatione Liviam, Principis uxorem, *feminam Principem* appellat. Eandem Liviam laudat II, 162. ubi vid. not. Est autem Livia Drusilla,

Assimilemque sui longa assuetudine fecit,
Grandia si parvis assimilare licet.
Hei mihi, non magnas quod habent mea carmina vires,
Nostraque sunt meritis ora minora tuis; 30
Si quid et in nobis vivi fuit ante vigoris,
Exstinctum longis excidit omne malis:
Prima locum sanctas heroidas inter haberes,
Prima bonis animi conspicerere tui!

quam Augustus facto cum altera uxore sua, Scribonia, divortio a. 716. *matrimonio Tiberii Neronis* (unde duo Augusti privigni, Tiberius et Drusus Germanicus, erant. Vid. IV, 2, 11.) *et quidem praegnantem abduxit.* Verba sunt. Suet. Oct. c. 62. Vid. Suet. Tib. c. 4., Tac. Annal. I, Vellei. Pat. I. c. 79., Dio XLVIII. c. 44. — Crev. et exc. Voss. *cunctos.* — Guelf. *omnis.* Leid. *Marcia ceu,* e Pont. I, 2, 139.

26. *Te docet—bonae.* Conf. IV, 3, 72.

27. *Longa assuetudine.* Nasonis uxor nobilissimis feminis amicitiae necessitudine iuncta fuit. Pont. I, 2, 139. de eadem uxore:

Hanc probat et primo dilectam semper ab aevo
Est inter comites Marcia censa suas.

Haec Marcia erat Q. F. Maximi uxor, L. Marcii Philippi, qui vitricus erat Augusti, filia. Ibidem v. 141.

Inque suis habuit matertera Caesaris ante;
Quarum iudicio si qua probata, proba est.

Vid. interpp. ad Tac. Annal. I. c. 5. — Rel. a 1. m., Pal. 1., Guelf. a 2. m., Mor., Busl., Leid., Franc., V alii Heins. et Bern. *sibi.*

28. *Grandia si parvis.* I, 3, 25. — Dresd. pro v. scr. *decet.* — V. 30. Pal. 1. *tui.* Busl. *ora—nostra.* — V. 31. Ed. pr. Heins. *si quod.* Reg. et Pirckh. *sicut et,* Fr. Rev. *usus fuit.* Franc. *foret.* Ad sententiam conf. V, 12, 32., V, 14, 3., I, 1, 48., Pont. I, 5, 7.

32. *Excidit.* Reg., Put., Busl., Vat. 1., Pol. 1. et 2., et V alii Heins., Franc., Rel., Guelf. sub litura: *occidit.* Reliqui codd. et vett. edd. *excidit,* quod mutandi idoneam causam non video. Vid. I, 1, 47., I, 5, 14. Ceterum puncto, quod vulgo post hunc v. ponunt, sententiae nexus plane disrumpitur; nam vv. 33. 34. efficiunt apodosin. Sensus enim hic est: *Hei mihi, quod habent . . .,* *et* (quod) . . *sunt et, si quid . . .,* *id omne . . . excidit: alioquin tu prima inter heroidas locum haberes,* (et) *prima . . . tui.* Conf. V, 9, 15.

32. Seg. *ante malis.*

33. *Sanctas,* venerandas. Eodem sensu *sanctos patres* dixit Virg. Georg. II, 473. Ad sententiam conf. V, 5, 43.

Quantumcumque tamen praeconia nostra valebunt, 35
Carminibus vives tempus in omne meis.

ELEGIA VII.

Amico, qui imaginem suam gemmae insculptam in anulo ferebat, scribit, gratam sibi esse istam pietatem, quod ita memoriam sui conservet, sed maius esse monumentnm sui verioremque imaginem opus Metamorphoseon, pro quo tamen, cum propter exsilium ultima manus non accesserit, excusatio sibi veniaque legentis implorandа sit. Pro conclusione sex addit versiculos illi carmini praefigendos, quibus lector, esse imperfectum opus, admoneatur.

Si quis habes nostri similes in imagine vultus;
Deme meis hederas, Bacchica serta, comis.

34. *Conspicerere,* conspicua fores. V, 14, 24. Gall. *mei.*

35. Conf. V, 14, 1. seqq. — Leid. et Franc. *praecordia.* — V. 36. Gall. et Rel. a 1. m. *meum.*

ELEGIA VII.

1. *Si quis habes.* Sic saepe Latini pronomina indefinita, substantiva et numeralia cum prima et secunda persona indicativi, coniunctivi et imperativi ponunt. Proprie ac vere autem illa pronomina indefinita, substantiva et numeralia nil aliud sunt, quam appositiones omissornm pronominum personalium, quae nisi forte aut numeri caussa addantur, aut singularis vis insit, plerumque omittunt. Pauca apponam exempla; nihil enim apud Nasonem frequentius. Her. I, 84.

Penelope coniux semper Ulixis ero —

Trist. V, 4, 1.

Litore ab Euxino Nasonis epistola veni —

Met. VII, 765. *Vicina iuventus venimus.* — Pont. I, 1, 77.

Hoc mihi si superi, quorum sumus omnia, credunt —

Hor. Epist. I, 16, 18.

Iactamus iam pridem omnis te Roma beatum —

Ovid. Her. XII, 10. *turba bibistis.* Cic. pro Sext. c. 3. *plerique meministis.* *Si quis habes* igitur fere est pro *si (tu), aliquis ille, habes.* Conf. III, 11, 1., III, 1, 1. — Crev. *habet.*

Nostris. *Nostri* e Vat. 1., Pal. 2., Busl., Franc. et III aliis primus induxit Heinsius. Quibus accedunt Guelf., Bern. et Crev. Reliqui codd. et vett. edd. omnes *nostris.* Conf. I, 1, 2.

In imagine, sc. in anulo. Vid. v. 6. Nam in anulis signatoriis Romani saepe imagines aut deorum aut virorum illustrium aut amicorum insculptas habebant. Cic. Cat. III. c. 5. Conf. Val. Max. III. c. 5. De usu anulorum vid. etiam

Ista decent laetos felicia signa poëtas;
  Temporibus non est apta corona meis.
Haec tibi dissimula, senti tamen, optime, dici, 5
  In digito qui me fersque refersque tuo,
Effigiemque meam fulvo complexus in auro,
  Cara relegati, quae potes, ora vides.

Plin. XXX. c. 4., Martial. V, 11., Senec. Q. N. VII. c. 31., Lucian. Gall. c. 12., A. Gell. N. A. X. c. 10., Macrob. Saturn. VII. c. 13.; Meurs. Exercitt. Critt. II. 2. c. 9.

2. *Bacchica.* Put., Pol. 1. et III alii Heins., Bern., Berol. *Bacchia,* quod primus recepit Burmannus. Verum neque e nostro pronuntiandi modo haec, si minus grate sonant, iudicanda, neque Nasonem talia ubique curiose vitasse pluribus docuimus ad Her. I, 28. Itaque restituimus *Bacchica.* — Reg., Gall., Franc. a 1. m. *Bacchea.*

Hederas. *Hederae* Baccho sacrae (Fast. III, 767. seqq.) et sunt, auctore Hor. Od. I, 1, 29. *doctarum praemia frontium.* — *Hedera autem coronantur poetae, quasi Libero consecrati, qui etiam, ut Bacchus, insaniunt* (Serv. ad Virg. Ecl. VII, 25.), h. e., ut Ciceronis verbis utar, *afflatu quasi furoris corripiuntur.* Conf. Prop. IV, 1, 61., Hor. Od. III, 25., Epist. I, 19, 4. ibique Schmid., Platonis Io et Heyn. ad Virg. Ecl. VIII, 13.

3. *Ista decent laetos.* Conf. I, 1, 9.

4. *Haec tibi dissimula, senti tamen.* N. Heinsius primus induxit *haec tibi dissimulas, sentis tamen,* sine auctoritate librorum, nisi quod unus Vat. habet *dissimulas,* sc. mutuata litera *s* a *senti,* et Pal. 1. et 2., Pirckh. et ed. Bonon. *sentis.* Reliqui codd.: tres Vat., Goth., Bern., Bersm., Reg., Put., Gall., Mor., Serv., Busl., Franc., Leid., fr. Rev., XXII alii Heins. et eius ed. pr. et reliquae edd. saec. XV. *dissimula — senti,* quod revocavimus; nam *dissimulas* amicum vituperaret et timiditatis accusaret, *dissimula* poetae curam de amici securitate declarat.

Pro *haec* Dresd., Berol., Pal. 2., Leid., Mor., Serv., IV alii Heins. et Guelf. *hoc.* Pro *optime* Crev., unus Vat., Mor. pro v. scr. *omnia.* Virg. A. XII, 49.

> Quam pro me curam geris, hanc precor, optime, pro me
> Deponas —

6. *Fersque refersque* de iterata aut continuata actione capiendum. Her. XV, 117.

> Gaudet et e nostro crescit moerore Charaxus
> Frater et ante oculos itque reditque meos.

Lucan. II, 17.

> — — — — — — fors incerta vagatur,
> Fertque refertque vices —

Conf. Met. II, 409., Trist. II, 155., III, 8, 12., Pont. IV, 1, 16., Virg. A. IV, 438.

8. *Quae potes.* Mor., unus Vat., Bern., Rel. a 1. m. et ed. pr. Heinsii *qua,* quod Heinsius primus dedit, et valet *quatenus.* Idem Heinsius in 1. ed. sua dedit, ut Rel.

Quae quoties spectas, subeat tibi dicere forsan:
„Quam procul a nobis Naso sodalis abest!“ 10
Grata tua est pietas; sed carmina maior imago
Sunt mea, quae mando qualiacumque legas:
Carmina mutatas hominum dicentia formas,
Infelix domini quod fuga rupit opus.

a 2. m. habet, *quam;* ut potissimum respiciat illa *fulvo complexus in auro.* Conf. I, 9, 65., III, 14, 8., III, 7, 54. Verum quaeritur, an vulgata teneri possit, quae certe potest, dummodo *cara relegati ora* pro repetitione et expositione verborum *effigiemque meam* accipias et ipsi poetae personae opponi intelligas, hoc sensu: *et qui, cum effigiem meam auro inclusam habeas,* cara (mei) *relegati ora vides, quae una videre potes, cum ipsum videre non liceat.* Quid, quod eam scripturam atque interpretationem unice veram esse ostendunt, quae subsequuntur v. 9. et 10. Nam illa *quae quoties spectas* intelligenda sunt *ora ficta illa gemmaeque insculpta, quae potest.* Ovidianam autem esse eam orationem, ne dubites. I, 1, 16.

Contingam certe, quo licet, illa pede,

III, 4, 45.

Nasonisque tui, quod adhuc non exsulat unum,
Nomen ama —

IV, 3, 18.

Quodque potest, secum nomen habere tuum —

Her. X, 53.

Et tua, quae possum, pro te vestigia tango —

Vid. not. ad III, 3, 57. — Gall., Serv., fr. Rev., Seg., Berol. et ed. pr. Heinsii *clara.*

9. *Subeat.* I, 3, 1. — Bern., Put. et VII alii Heins. *dicere saltem.* Pal. 1. et ed. pr. Heins. *quam quoties.*

10. *Abest.* Franc. *abes,* eleganter, ut verba haec sint ad ipsam imaginem, quam contemplans amicus ita alloquitur. *Burm.* Sed reliqui libri eam elegantiam non confirmant; et Franc. a 2. m. *abest.* Leid. et Put. *adest.*

11. *Gratu tua est pietas.* Conf. Pont. III, 2, 6. — Pal. 1. *est* omittit. Totus autem locus refertur ad maximum Nasonis opus Metamorphoseon, et vocabulum *carmina* rhetorico modo repetitur; quo ducit etiam illud *qualiacunque.* Geminus locus est II, 558. 559. Conf. I, 8, 37. 38. Male alii interpretes locum ita accipiunt, ut poëta primum carmina sua omnino omnia ac deinde Metamorphoseon opus commendet. Ceterum hoc carmen pluribus locis imperfectum opus appellat. Vid. I, 1, 117., II, 63. 555., III, 14, 19. sqq.

13. *Dicentia.* Pal. 1. et ed. pr. *narrantia.* *Heins.* Alludit ad Met. I, 1.

In nova fert animus mutatas dicere formas
Corpora — —

14. *Domino.* Vid. I, 1, 2., I, 7, 14. 35., III, 1, 5. 14., III, 14, 14. Alibi se librorum patrem, ge-

Haec ego discedens, sicut bene multa meorum, 15
Ipse mea posui maestus in igne manu.
Utque cremasse suum fertur sub stipite natum
Thestias et melior matre fuisse soror:
Sic ego non meritos mecum peritura libellos
Imposui rapidis viscera nostra rogis; 20
Vel quod eram Musas, ut crimina nostra, perosus,
Vel quod adhuc crescens et rude carmen erat.
Quae quoniam non sunt penitus sublata, sed exstant,
Pluribus exemplis scripta fuisse reor.

nitorem, parentem, et libros fratres appellat. I, 1, 109.

15. *Bene multa.* Vulg. *bona.* Scribendum *bene,* quod Vat. 1., Hamb. et II alii confirmant. *Bene* pro *valde,* ut *bona pars* pro *magna.* Trebon. Instit. IV. Tit. VI. §. 12. *actiones bene multas.* Cic. Arat. *bene tempestate serena.* Vid. Salmas. ad Solin. p. 36. Heins. Vid. etiam Gronov. ad Plaut. Mostell. IV, 2, 51. — Berol. et Guelf. etiam *bene.* Pal. 2. *sicut tum* (q. e. *tam*) *multa,* ex glossa.

16. *Ipse mea.* Vid. not. ad II, 2.

18. *Thestias,* Althaea, filia Thestii, mater Meleagri. Haec a Parcis stipitem fatalem habebat, quo combusto filius moreretur. Cum autem Meleager in venatione apri Caledonii ipsius fratres occidisset, illa irata, ut fratrum caedem ulciscereturr, lignum illud fatale in ignem iniecit: quo facto velut ipse in igne tostus Meleager (*sub stipite*) extabuit. Melior igitur soror quam mater fuit *Thestias.* Hyg. F. 174. 191., Apollod. I. c. 8., Pausan. Phocid. p. 874. Ovid. Metam. VIII, 475. de eadem:

Incipit esse tamen melior germana parente —

ubi vid. interpp.

19. *Peritura.* Vid. IV, 10, 61. — Vat. 1. *sic non mentitos.*

20. *Viscera nostra.* Cum carmina et libros suos poëtae natos suos, prolem et foetum ingenii appellent, etiam reliqua de iisdem, quae de liberis, recte dicuntur. Met. VIII, 478. *rogus iste cremet mea viscera.*

21. *Crimina nostra.* Vid. ad I, 1, 23.; ac de *Musis* vid. ad II, 13. Exc. Voss. et multi alii apud Burm. *carmina nostra.* Seg. *vel quod erat.*

22. *Crescens et rude.* Ergo duobus praestantissimis Latinis carminibus *ultima* defuit *lima,* Metamorphosibus Ovidii et Aeneïdi Virgilii, (Vid. Serv. Vit. Virgilii) et casu fortuito elegantissimum hoc Peligni vatis carmen esse servatum audimus. III, 14, 19., I, 1, 118.

23. *Quae* sc. viscera, nisi malis accipere pro neutro sine certo nomine, ad quod referatur. Conf. II, 240. 241.

Nunc precor, ut vivant et non ignava legentem 25
Otia delectent admoneantque mei.
Non tamen illa legi poterunt patienter ab ullo,
Nesciet his summam si quis abesse manum.
Ablatum mediis opus est incudibus illud,
Defuit et scriptis ultima lima meis; 30
Et veniam pro laude peto: laudatus abunde,
Non fastiditus si tibi, lector, ero.
Hos quoque sex versus in prima fronte libelli,
Si praeponendos esse putabis, habe:

25. *Legentem.* Vulg. *legentem.* Scaliger emendabat *legentum,* quod et mihi probatur. Virg. G. III, 3.

Cetera, quae vacuas tenuissent carmina mentes,
Omnia iam vulgata —

Put. et Vat. *legentes.* Heins. Reliqui omnes *legentem,* quod probum est. *Non ignava* enim illa *otia* sunt poetae *otia,* ac de carminibus in otio compositis, h. l. de Metamorphoseon opere accipienda, velut II, 224.; ac sensus est: *et ut* (haec mea) *non ignava otia* (*carmina*) *legentem* (Conf. II, 367.) *delectent et mei admoneant.* Pal. 1. *ut iuvant et non inana — amoneantque.*

27. Non *tamen.* Dresd., Goth., Bern., Pal. 1. et 2., Guelf., Reg., Put., Gall., Serv., Busl., Iun., fr. Rev., et XVI alii Heins. et eius ed. pr., Crev., Seg. et Rel. *nec tamen.* Reliqui et vett. edd. *non tamen.* Utrumque hic locum habere potest, ac difficile est, utrum rectum sit, iudicare. Conf. II, 183.

28. *Nesciet.* Sic Pal. 1., Reg., Put., Gall., Serv., Iun., fr. Rev., Leid., Franc., XVI alii Heins., Goth., Guelf., Bern., Dresd., Berol., Seg., Rel. a 2. m. Reliqui et vett. edd. *nesciat.* — *Si quis* pro *qui,* quod refertur ad illud *ullo,* Ciceroni imprimis solemnis consuetudo dicendi. Conf. I, 9, 26. — Ad rem conf. III, 14, 19. seqq. Rel. a 1. m. *sentiet.* Iun., Pirckh. et Seg. *adesse.*

29. *Incudibus.* Hor. A. P. v. 441.

— — decies incudi reddere versus —

Apud eundem Hor. etiam alterum translatum, a fabris ferrariis sumtum, de *lima* illud legitur, ibid. v. 291. Conf. Pont. I, 5, 19.

30. *Scriptis.* Gott. *certis.* Goth. *deficit.*

31. Pal. 2. *precor.* — V. 32. Barb. *si modo.* Leid. *lectus.*

33. *Prima fronte.* Scribe *primi — libelli,* q. e. primi libri de XV illis. Inepte enim h. l. Metamorphoses *libellus* vocentur, quas ipse II, 64. *maius opus* appellat. Sic II, 549.

Sex ego Fastorum scripsi totidemque libellos —

Epigr. Amorum:

Orba parente suo quicumque volumina tangis, 35
His saltem vestra detur in Urbe locus.
Quoque magis faveas, non haec sunt edita ab illo,
Sed quasi de domini funere rapta sui.
Quicquid in his igitur vitii rude carmen habebit,
Emendaturus, si licuisset, erat. 40

Qui modo Nasonis fueramus quinque libelli
Tres sumus —
Heins.

Ego *prima* non moverim contra Mss. Nam cum singuli libri volumen facerent, *libellum* vocat primum volumen. Ita *ter quinque volumina formae* Metamorphoseon III, 14, 19. postea v. 25. vocat *libellos*. *Burm.* Mihi modeste et opus suum ipse extenuans carmen illud *libellum* dixisse videtur, quemadmodum II, 545. tres de Arte Amatoria libros quoque *libellum* appellat. *Frons* h. l. non propria libri *frons*, de qua ad I, 1, 5. dictum est, intelligenda, sed prima libri charta sive membrana. — *Praeponendos*, praefigendos, praescribendos.

35. *Quicunque tangis.* Vid. not. ad v. 1. Berol. *tanges.* Pal. 1. et 2., Gall., Pirckh., Iun., Rel., Bersm. et IX alii Heins., Bern., Dresd. a 2. m., Goth., Seg., ed. Bonon. et ed. pr. Heinsii *cernis.*

„*His saltem in urbe vestra,* ubi poetae negatur, *locus detur.*" Male alii: *quando ceteris libris locus ibi negatur.*

Serv., Gott., Pirckh., Rel., Crev. *nostra.* Pal. 2. *in dextra.* Leid. *in dicta.*

37. *Non haec sunt.* Dresd., Goth., Mor., Pirckh., VI alii Heins. et ed. Parm. et Bonon. *non sunt haec.* Reliqui vett. libri omnes *non haec sunt.* Caussam cum Merkelio mutandi non video.

Put., fr. Rev., Gall., Busl., Pirckh., XI alii Heins. et eius ed. pr., Guelf., Goth., Seg., Rel. a 2. m. et cod. Metam. Berol. *ab ipso.* Reliqui codd. et vett. edd. *ab illo,* sc. quem nosti. Animadverte, *non edita* et *rapta* — *de domini funere* sibi opponi.

38. *De domini funere.* Exsilium suum mortem, funus, exsequias passim appellat. *Funus* autem h. l. est pro rogi flamma. Conf. III, 14, 20., I, 1, 117., I, 2, 63., I, 7, 14.

40. *Erat.* Pal. 1. et 2., Reg., Put., Mor., Serv., Busl., Leid., Iun., fr. Rev., exc. Voss. et XIX alii Heins., Bern. et nostri omnes et vett. edd. saec. XV. *eram.* Reliqui codices *erat,* quod rectum esse intelliges, dummodo illud teneas, libellum (q. e. Metamorphoseon opus), qui hos sex versiculos in fronte gerat, haec ad eos, qui lecturi sunt, de *absente* domino (v. 37.) loqui, et sic etiam in cod. Metamorphoseon Berolinensi, qui hos versus praefixos habet. Conf. not. ad III, 1, 18.

ELEGIA VIII.

A vetere quodam amico, a quo opem aut saltem solatium in calamitosis exsilii temporibns exspectarat, sese destitutum atque neglectum esse queritur, et duritiem eius accusat, precaturque ut ad antiquam fidem redeat.

In caput alta suum labentur ab aequore retro
Flumina, conversis Solque recurret equis;
Terra feret stellas, coelum findetur aratro,
Unda dabit flammas et dabit ignis aquas;
Omnia naturae praepostera legibus ibunt, 5
Parsque suum mundi nulla tenebit iter;
Omnia iam fient, fieri quae posse negabam,
Et nihil est, de quo non sit habenda fides.
Haec ego vaticinor, quia sum deceptus ab illo,
Laturum misero quem mihi rebar opem. 10
Tantane te, fallax, cepere oblivia nostri,
Afflictumque fuit tantus adire pudor,

ELEGIA VIII.

1. *In caput.* Inductio a rebus, quae fieri nequeunt. Vid. Pont. IV, 6, 46. *In caput suum,* ad fontem suum. Eodem modo *caput* de fluminis origine, fonte, est apud Hor. Od. I, 1, 22. *ad aquae lene caput sacrae.* Vid. Tib. I, 7, 23., Mela II. c. 2., Virg. G. IV, 368., interpp. ad Virg. G. IV, 319., Gronov. ad Senec. Med. v. 631., qui etiam de exitu in mare *caput* dici docet. Conf. Caes. B. G. IV. c. 10. *Alta* quia minus credibile est ea retro esse lapsura. Hor. Od. I, 29, 10.

— — Quis neget arduis
Pronos relabi posse rivos
Montibus —

Vid. de hac dictione Ov. Her. V, 30., Pont. II, 4, 25., IV, 5, 41., Met. XIII, 324., XIV, 38., Hor. Epod. 16, 24., Prop. I, 15, 29., II, 12, 33., III, 17, 5., Erasm. Adag. p. 719., Eurip. Med. v. 410. et Phoeniss. v. 85. — Franc. *volventur.*

2. *Recurret,* orientem versus. De Solis curru et equis omnia pervulgata. Nobilissimus est locus in Met. II. init. Conf. I, 3, 28.

3. *Feret,* ut coelum eas in se affixas atque suspensas ferre videtur. Pro *findetur* Leid., Bern., Dresd. pro v. scr., Serv., Pirckh., Busl., Berol., ed. Crev. et Bonon. *scindetur.* Vid. not. ad I, 4, 3. —

4. *Et dabit.* De repetitione verbi vid. not. ad III, 1, 53. — V. 6. Berol. *nulla negabit.*

11. *Cepere.* Rel. a 1. m. et Pol. 2. *tenuere.* Lucret. II.

Ut neque respiceres, nec solarere iacentem,
Dure, nec exsequias prosequerere meas?
Illud amicitiae sanctum et venerabile nomen 15
Re tibi pro vili sub pedibusque iacet?
Quid fuit, ingenti prostratum mole sodalem
Visere et alloquii parte levare tui,

Atque etiam quosdem cepere oblivia rerum —

Vid. Cic. Off. I. c. 8.

12. *Afflictumque.* Heinsius e coniectura dedit *afflictumne.* — *Afflictum* autem h. l. proprie accipiendum pro *prostratum, ad terram adactum,* ut ex loci ratione apparet. *Respiceres,* aspectu dignarere: est enim *respicere* saepe superioris adversus inferiorem, potentis adversus inopem. Vid. Schmid. ad Hor. Epist. I, 1, 105. — Burmannus novavit *pudor,* quod nonnisi codices Seg., Busl. pro v. scr. et Franc. a 2. m. confirmant. Reliqui omnes *timor,* nisi quod fr. Rev. *metus.*

14. *Exsequias prosequerere meas.* Vid. I, 3, 89., I, 1, 118., I, 6, 38. — Dresd. pro v. scr. *neque exseq.* Bern., fr. Rev. et Dresd. pro v. scr. *perseq.*

15. *Sanctum et venerabile.* IV Heins., Bern., Berol., Crev. et ed. Bonon. *ac,* quod non video cur cum recentioribus editoribus reliquorum vett. librorum omnium auctoritati praeferendum putem. — Rel. *quondam et venerabile.* Mor., Leid., Reg. pro v. scr. et IV alii Heins. *quondam venerabile,* quod fluxit, ut recte monet Heinsius, ex Pont. II, 3, 19.

Illud amicitiae quondam venerabile nomen

Prostat et in quaestu pro meretrice sedet —

Mor. *numen.* Senec. Ep. 14. *sacrum et venerabile nomen philosophiae.* — Seg. *solum* vel *sacrum.*

16. *Re tibi pro vili sub pedibusque iacet.* Utraque fere pro adverbio sunt, itaque recte per copulam coniuncta. Conf. v. 24. Tacitus magis diversa persaepe coniungit: Annal. IV. c. 12. *agmine et ad vigilias adesse,* et sic alia permulta. Pont. I, 2, 25.

Hostibus in mediis interque pericula versor —

Sub ped. iacet. Pedibus terere, pedibus subiicere dicimus de rebus, quas contemnimus. Virg. Georg. II, 491.

Felix, qui potuit rerum cognoscere causas,
Atque metus omnes et inexorabile fatum
Subiecit pedibus strepitumque Acherontis avari.

Met. XIV, 490. *sub pedibus timor est.* Conf. ad IV, 2, 44.

Leid. et vett. edd., praeter Bonon., *nunc.* Fr. Rev. *quae tibi.*

17. *Quid fuit.* Unus Vat., fr. Rev. et Berol. *quid fugis.* Sed *quid fuit* dictum est, ut *quantum erat* Met. IV, 174. et alibi. Conf. Tr. III, 4, 21. *Burm.* Vid. ad I, 2, 53. et conf. III, 3, 32.

Inque meos si non lacrimam dimittere casus,
  Pauca tamen ficto verba dolore loqui; 20
Idque, quod ignoti faciunt, valedicere saltem,
  Et vocem populi publicaque ora sequi;
Denique lugubres vultus nunquamque videndos
  Cernere supremo, dum licuitque, die,
Dicendumque semel toto non amplius aevo 25
  Accipere, et parili reddere voce vale?
At fecere alii nullo mihi foedere iuncti,
  Et lacrimas animi signa dedere sui,

18. *Alloquii — tui.* Leid. *alloquio—tuo.* Franc. *iuvare.*

19. *Lacrimam.* Vulgo *lacrimas.* Sed *lacrimam* Dresd., Goth., Guelf., Crev., Put., Gall., Serv., Busl., Iun., Pal. 2., fr. Rev. et VII alii Heins.; ac h. l. singularis elegantior est in ore poetae parva tantum amicitiae signa ab amico poscentis. Pal. 1. *lacrimis.* Serv. *demittere,* ut Virg. A. VI. 355. *demisit lacrimas.* Sed *dimittere lacrimam* h. l. fere dicitur, ut apud Plin. XIII. c. 10. *arbor folia dimittens.* Conf. Met. I, 261., II, 510.

20. *Ficto dolore.* Iun. *sicco,* quod elegantius. *Siccus dolor* est sine lacrimis, et hoc auctor Electorum Eton. dedit e suo cod., quem Iuniano similem puto, si non idem est. Nam sequenti v. pro *ignoti* etiam *ingrati* habet, quod e Iun. Heinsius annotaverat, et passim video inter se congruere. *Burm.* Varietas illa *sicco* orto est e similitudine literarum *t* et *c* in vetusta scriptura; elegantiam autem illam equidem non pervideo; et recte ad h. l. Bekker. in Elegeia Rom. p. 40. *ut Latinum,* inquit, *sit siccus dolor, num hic teneor?* addo, an scriptura librorum non optimum habet sensum? *Queri,* quod nunc pro vulgata est, ex uno Gott. novavit Heinsius. Vett. edd. et Mss. *loqui,* nisi quod Busl. pro v. scr. *sequi.*

21. *Valedicere.* De correpta litera *e* in *valedicere* conf. not. ad I, 1, 25. *Publicaque ora.* Conf. I, 1, 24. Distichon hoc si non est supositiitium, ut alii censuerunt, tamen elegantius abesset, propter intolerabilem prope repetitionem et *vale — dicere* et v. 26. *accipere — vale,* et magis etiam propter inelegantem repetitionem v. 21. *quod ignoti faciunt* et *at fecere alii — iuncti* v. 27. Gronovius male vss. 25. 26. suspectos habebat.

23. *Nunquamque* (amplius) *videndos.* — Ed. Bonon. *non deinde vidend.* Berol. *denique quid lugubres.* — V. 24. Gall. et Leid. *suprema.*

26. „*Et vale, quod semel et in toto aevo* (sive temporum spatio) *non amplius dicendum erat, a me accipere et pari voce reddere.*“ De illo *vale* vid. III, 3, 88. — Dresd. pro v. scr. et ed. Bonon. *dicere voce.*

27. *At.* Reg. et Busl. *hoc.*

Quid, nisi convictu causisque valentibus essem
Temporis et longi iunctus amore tibi? 30
Quid, nisi tot lusus et tot mea seria nosses,
Tot nossem lusus seriaque ipse tua?
Quid, si duntaxat Romae mihi cognitus esses,
Adscitus toties in genus omne loci?
Cunctane in aequoreos abierunt irrita ventos? 35
Cunctane Lethaeis mersa feruntur aquis?

28. *Animi — sui,* suae erga me voluntatis.

29. *Quid, nisi.* Eadem formula est Remed. A. v. 591., Art. A. II, 96. et 120., Amor. II, 7.

Convictu lege e codd. et ratione Cior. Nam vett. edd. *coniunctus.* Exc. Voss. *esses.* De *convictu* vid. IV, 10, 48. Pont. II, 109.

Quam (*curam*) tu vel longi debes convictibus aevi,
Vel mea quod coniux non aliena tibi.

De sententia conf. omnino Pont. IV, 3, 11. seqq.

30. *Iunctus.* Pal. 2. et unus Med. *vinctus amore fui.* *Vinctus* rectum; nam *foedere iuncti* praecesserat. Heins. Idem habet ed. Bonon. et Rel., atque ita nunc vulgo editur. Verum quum Nasonem huiusmodi repetitiones non fastidire nec sedulo vitare constet, ac duo illi Heinsiani codd. etiam in fine versus corrupti sint, *iunctus* cum omnibus reliquis vett. libb. restitui. Berol. *mihi.* Heins. ed. pr. et Seg. *tui.*

31. *Quid nisi tot lusus.* Pont. II, 4, 9.

Seria multa mihi tecum collata recordor,
Nec data iucundis tempora pauca iocis.

Conf. Trist. III, 6, 9. — Bern. *tot plausus.* X Heinsiani utroque loco *ludos.* — V. 32. Pal. 1. *tuos.*

33. *Quid, si.* Guelf. *quid nisi.* Reg. a 2. m. et II alii Heinsiani *ascitus toties studiis rebusque severis.* Guelf. a corr. et Dresd. pro v. scr. *Accitus totiens* (Dresd. *toties*) *studio rebusque secundis.* *Accitus* etiam Bern., Franc. et II alii Heins. — Deinde Mor., Pal. 1., Gall., ed. pr. Heins. et Seg. tibi *cognitus essem,* quod sine idonea caussa nuper dedit Merkelius.

Pro vulg. *ioci* lege *loci* cum multis vett. Postulat id v. 33., ac de *iocis* ac *seriis* ante egit. Heins. *Ioci* etiam Goth., Bern. et vett. edd. — *Loci* Pal. 1. et 2., Put., exc. Voss., Busl., Serv., Pirckh., Berol., Leid. pro v. scr., Franc. et IV alii Heinsiani.

35. *In aequoreos—ventos.* Rott. pro v. scr. *in Aeolios.* Heins. Illustrat hunc locum Hor. Od. I, 26, 1.

Musis amicus tristitiam et metus
Tradam protervis in mare Creticum
Portare ventis —

Vid. not. ad I, 2, 15. Rel. et Berol. *cunctaque.*

36. *Feruntur* si *temere iactantur, volvuntur* intelligimus, non

Non ego te genitum placida reor urbe Quirini,
Urbe, meo quae iam non adeunda pede est,
Sed scopulis, Ponti quos haec habet ora sinistri,
Inque feris Scythiae Sarmaticisque iugis; 40
Et tua sunt silicis circum praecordia venae,
Et rigidum ferri semina pectus habet;

opus est coniectura Francii *teguntur*. De Lethe fluvio inferorum vid. ad IV, 1, 47. — Bern. *missa*. Rel. et Ium. *que*.

37. *Placida*, ubi humanus cultus, mitiores mores. Put. *placita*. Heinsius e solis Pal. 1. et ed. pr. sua primus dedit *placida gen*. Reliqui codd. et vett. edd. omnes *gen. plac.* — Pal. 1., Seg., Leid., Berol., Mor. pro v. scr. *reor esse Quirini*. Rel. *urbe* vel *esse*. —

Urbe Quirini pro Roma. Vid. ad I, 3, 33. et conf. I, 5, 69.

38. *Esse meo* Goth., Gall., Busl., III alii Heins. et Bern. — *Iam*, h. e. non amplius. Conf. v. 23. et I, 3, 32. *Est* in fine omittunt Pirckh., Leid., III alii Heins. et Bern.

39. *Sed scopulis*. E scopulis, rupibus, mari, belluis, ferro nati et a feris nutriti duri atque crudeles homines a poetis in affectibus persaepe dicuntur, nec rarus est ille dicendi modus, ut pectus duri hominis dicatur lapide, robore aut aere circumdatum, sic ut nihil ad illud movendum aut tangendum penetrare possit. Hom. Il. XVI, 33.

Νήλεες οὐκ ἄρα σοί γε πατὴρ ἦν ἱππότα Πηλεὺς,
Οὐδὲ Θέτις μήτηρ, γλαυκὴ δέ σε τίκτε θάλασσα,
Πέτραι τ' ἠλίβατοι ὅτι τοι νόος ἐστὶν ἀπηνής.

Vid. Aesch. Prometh. v. 250., Eurip. Med. v. 1279., Hesiod. Th. v. 764., Theocr. Id. III, 15., Virg. A. IV, 365., Hor. Od. I, 3, 9. ibiq. Mitscherl. Tib. I, 1, 63. ibique Heyn. Omnium autem frequentissime ea oratione usus est Naso. Trist. III, 11, 3., Met. VII, 33., IX, 613., Amor. III, 6, 59., Her. VII, 37., X, 132. Laudat eam imaginem Plutarch. de Sollert. 5. *Sinistri*. Vid. not. ad I, 2, 83.

40. *Scythiae Sarmaticisque iugis*. Douza malebat *Sarmatiaeque*, et ita Francius in ora codicis sui. *Burm*. Ego mutare non audeo: nam *Scythiae* tenet locum adiectivi. Seg. *ve*. Rel. *inque locis Scythiae*.

41. *Silicis venae*. Eadem periphrasis est apud Virg. A. VI, 6.

— — — quaerit pars semina flammae
Abstrusa in venis silicis — — —

Sed in illo Maronis loco ea periphrasis elegantior est. De re conf. Met. IX, 613., VII, 33. — Gall., Pirckh., unus Vat., Heins. ed pr., et ed. Bonon. *silicum*. Guelf., Pol. 1., Pal. 2. et Vat. 1. *silices c. p. nati*.

42. *Habet*. *Habent* cod. Mor., Rel. et ed. Bonon. Recte. Sic *pectoru somnus, terror, moeror habet*, et similia apud Nasonem Vid. not. ad Epist. XII, 170. *Heins*. Conf. Tr. III, 8, 24., III, 11, 3. Sed id nunc non quaeritur, an h.

Quaeque tibi quondam tenero ducenda palato
Plena dedit nutrix ubera, tigris erat;
Aut mala nostra minus, quam nunc, aliena putares, 45
Duritiaeque mihi non agerere reus.

1. *habent* poni possit. Scriptura omnium vett. II. *habet* proba est: *et rigidum pectus tuum continet, habet semina ferri;* ac sic poëta etiam alibi. Her. X, 107—109.

Non poterant figi praecordia ferrea cornu;
Ut te non tegeres, pectore tutus eras:
Illic, tu silices, illic adamanta tulisti —

Rigidi ferri Guelf., Reg. et Franc.

43. *Ducenda.* Bern. *sugenda.* Male. Vid. Heins. ad Fast. II, 419. — *Plena ubera* etiam Fast. IV, 769. — V. 44. Crev. *dabat.*

45. *Aut etc.* Vulg. *aut mala nostra minus quam non aliena putasses.* Pal. 1. *hanc mala.* Reg., Dresd. a 2. m., Bern., Put., Gall., Seg., Serv., Busl., Leid. et VII alii Heins. et eius ed. pr. *haud mala.* Guelf. a 2. m., Franc., Iun., Rel., Berol. *haut.* — Pirckh., Pal. 2., multi, ut videtur, Heins. et vett. edd. *aut mala.* — Mor. et VI alii Heins., Reg. pro v. scr., Put. pro v. s. et Seg. in marg. *at.* — Pal. 2. *aut si nostra.* Unus Vat. *minus quam nunc.* Reliqui omnes *quam non.* Porro Put., Serv., Pal. 2., Iun., Rel. et vett. edd. *putasses.* Heinsius dedit, quod nunc prope pro vulg. est: *at mala nostra minus, quam nunc, aliena putasses,* et interpretatur: *at saltem mala nostra minus a te aliena putasses, quam nunc putas.* Ac *putasses* sane locum habere potest, ut praeteritum amici de se iudicium in animo habeat. Verum cum potior pars librorum eam script. non confirmet, alteram *putares*, quae ad sensum aeque recta est, quippe quae statum illum etiam nunc durantem significet, retinendam esse existimo. *Quam nunc* tenendum: scriptura enim *quam non* abhorret a loci sententia. Sed illud *at* probari non potest; nam sic omnis inter hunc locum et praecedentem tollitur nexus; neque satis congruit ei sententiae versus qui subsequitur, qui minus etiam quadrat, si verba: *at putasses* sive *putares* cum Iahno esse optantis intelligas. Neque praeterea eam scripturam video librorum auctoritate firmari. *Aut* vero si legimus et accipimus, ut saepe, pro *alioquin*, omnia plana sunt apteque cohaerent. Sic enim versus 45. et 46. efficiunt apodosin versuum 37—44. *Non es Romae natus* ⏑ | — — *et tigris te nutrivit: alioquin* (si aliter se haberet) mala *nostra minus aliena, quam nunc, putares nec a me duritiae accusareris.* Prorsus similis sententiae forma est apud Plin. N. H. II. c. 70. *Neque enim, ut dixere aliqui, mundus hoc polo excelsiore se attollit; aut undique cernerentur haec sidera,* ubi vid. Harduin. Senec. de Benef. II. c. 31. *Non enim sibi invicem aliquid reddi voluit; aut non fuit beneficium, sed negotiatio.* Cic. ad Att. II. 1. *aut ne poposcisses.* Conf. Met. X, 51. 52. et Drakenb. ad Liv. IV. c. 25. Graeci item: Plat. Phaed. p. 249.

Sed quoniam accedit fatalibus hoc quoque damnis,
Ut careant numeris tempora prima suis,
Effice, peccati ne sim memor huius, et illo
Officium laudem, quo queror, ore tuum. 50

πᾶσα μὲν ἀνθρώπου ψυχὴ φύσει τεθέαται τὰ ὄντα, ἢ οὐκ ἂν ἦλθεν εἰς τόδε τὸ ζῶον. Soph. Philoct. v. 1325. ed. Herm. Vid. etiam Trist. II, 357. Particula *aut* vero pro *alioquin* ita ponitur, ut in omnibus illis locis vim suam primitivam ac propriam retineat. —

46. *Agerere reus.* Vid. not. ad I, 1, 24. Excerpta Kloekhovii apud Burm. *duritiae mihi nunc non a. r.*

47. *Sed.* „*Sed quoniam huic calamitati etiam illud accedit, ut tempora prima* (quibus amicitia coniunctissimi fuimus) *numeris suis careant,* h. e. *quoniam tute ab amicitia descivisti, effice, ne huius tui peccat imemor sim.*“ — *Accedunt haec* Rel. pro v. scr., Reg., Bern. et VI alii Heins. et vett. edd. *Cecidit* Put.

Numeris suis carere est *partibus suis carere, manca esse.* Leid. *muris.* Serv. *meritis.* V. 49. Mor. *ut illo.*

50. *Laudem.* Pr. ed. et Bersm. *ut laudem.* Sed nihil opus est. Timebant enim, ne, quia praecesserat *ne sim,* hic si *ut* abesset, versus planus non esset. Phaedr. IV, 4, 12. *Burm.* Saepe sic e negativis *nemo, nolo, nequeo, nullus, ne,* ad proximas orationis partes assumenda sunt affirmativa, quam figuram Synezeugmenon appellant, de qua disputarunt Manut. ad Cic. pro Quinct. c. 26., Gronov. Obss. IV. c. 2., Heusing. ad Corn. Nep. Eum. c. 6. et Dat. c. 6., Cort. ad Sallust. Iug. c. 14 in Exc. II. et ad Lucan. V, 467., Ruhnk. ad Rut. Lup. I. c. 13., Rupert. ad Iuvenal. VI, 17. Ceterum parum eleganter amicum, postquam e scopulis eum esse natum et a tigride altum atque eductum exprobravit, ut officium praestet efficiatque, ut laude dignus sit, hortatur. — Vett. edd. *querar.*

ELEGIA IX.

Amico queritur, in adversis se ab amicis relictum esse, quamvis Augustus, et merito, pro sua clementia minime irascatur iis, qui in amicitia fideles maneant. Iucundum tamen in miseria sua nuntium sibi esse, quod ingenii et eloquentiae laude floreat, qua, cum ipse ingenio suo male usus sit, scelus tamen absit, apud Principem caussam suam defendere velit. Conf. Argument. Eleg. I.

Detur inoffensae vitae tibi tangere metam,
  Qui legis hoc nobis non inimicus opus.
Atque utinam pro te possent mea vota valere,
  Quae pro me duros non tetigere deos!
Donec eris felix, multos numerabis amicos; 5
  Tempora si fuerint nubila, solus eris.
Adspicis, ut veniant ad candida tecta columbae,
  Accipiat nullas sordida turris aves.

ELEGIA IX.

1. *Inoffensae,* illaesae, iucundae, Zinzerl. Promuls. Crit. c. 41. in codd. (?) se reperisse dicit *inoffensam,* quod etiam Crev. tenet. Recte habet *inoffensae;* optat enim, ut sine offensa totum vitae curriculum decurrens ad metam perveniat. *Inoffensum cursum honorum* dixit Tac. Hist. I. c. 48. Conf. Trist. IV, 8, 35. — Unus Vat., Leid., Pal. 1. et Heins. ed. pr. *metam tibi tangere vitae,* quod ut concinnius primus recepit Heinsius, sed ego invitis omnibus reliquis codd. et vett. edd. retinere non sum ausus; cum praesertim nihil periculosius sit, quam propter concinnitatem, quae nobis videtur, in veteribus scriptoribus mutare: neque concinnitatem illam satis ego perspicio.

2. *Hoc—opus,* hanc elegiam.

3. *Possent.* Heinsius e Franc. et III aliis dedit *possint,* quod etiam Dresd. habet. Sine idonea caussa. Met. XV, 495., II, 93., V, 344., VII, 519. et sic passim. Vid. etiam Catul. II, 9. et Zumpt. Gramm. Lat. §. 571. Vett. edd. praeter Bonon. *possent pro te.*

Valere respondet illi *tetigere,* v. 4.

5. *Donec eris felix etc.* Ista sententia in his carminibus aliis orationis ornata coloribus persaepe redit. I, 5, 27. — Busl. pro v. scr. *dum fueris felix.*

7. *Adspicis, ut.* Bern. *veniunt.* Vid. not. ad III, 4, 11.

8. *Turris. Turres* a columbis habitari multis locis legitur apud scriptores Latinos. Metam. IV, 48.,

Horrea formicae tendunt ad inania nunquam;
Nullus ad amissas ibit amicus opes. 10
Utque comes radios per solis euntibus umbra est,
Cum latet hic pressus nubibus, illa fugit:
Mobile sic sequitur fortunae lumina vulgus,
Quae, simul inducta nube teguntur, abit.
Haec, precor, ut semper possint tibi falsa videri; 15
Sunt tamen eventu vera fatenda meo.

Art. A. II, 150., Pont. I, 6, 57. Ac de columbariis, quae turriculae formam habebant, vid. Pallad. de R. R. I. c. 24. Sed h. l. *turres* mihi intelligendae videntur domus alte exstructae, etiam propter illa veniant ad candida tecta, quod fere valet habitaculum quaerant in candidis tectis. De illo sensu vocabuli *turris* vid. Met. IV, 48., Broukh. ad Tib. I, 8, 16., Iani ad Hor. Od. I, 4, 1. — Res ipsa e columbarum natura satis plana est. Conf. Varr. de R. R. III. c. 7. — Mart. Epigr. XII, 31.

Quaeque gerit similes candida turris aves —

ubi *aves* columbas intelligendas apparet ex orationis contextu, uti etiam hoc loco. Iun. et Berol. *aspiciat.* Gall. *aspiciet.*

10. *Ad amissas opes,* ad amicos, postquam opes suas amiserunt. — Bersm. *currit.* Gall. *tendit.*

11. *Umbra est.* Vulgata, Rel., II Heinsii et ed. Vic. *umbra,* quae scriptura per se quidem satis apta est, et multis confirmari potest exemplis. Cic. de Legg. III. c. 2. *Plato Titanum e genere statuit eos, qui, ut illi coelestibus, sic hi adversentur magistratibus.* Sed reliquorum librorum omnium scriptura *umbra est* concinnior est, in qua *umbra comes est* respondet illi *sequitur* v. 13., versus 11. respondet versui 13., et protasis, ut apodosis, in duas partes etiam, quod ad structuram attinet, dividitur.

Radios per solis, ut Fast. III, 723. *nomine ab auctoris,* Trist. I, 10, 15. *mare in Helles,* quae positio praepositionis ex ea consuetudine explicanda videtur, qua etiam inter substantivum et adiectivum, pro quo genitivus saepe ponitur, praepositio collocatur. Eodem modo etiam Tacitus, qui omnino in hoc genere liberior est, *ripam ad Araxis* Annal. XII. c. 51. — V. 13. Leid. et Rel. pro v. scr. *numina.*

Mobile, studiis inconstans. Hor. Od. I, 1, 7. *mobilium turba Quiritium,* ubi vid. interpp.

14. *Nube.* Pal. 2., uterque Pol., Reg., Gall., Serv., IX Heins., item Dresd., Guelf. et Berol. *nocte.* Sed scripturam *nube* poscit et librorum vett. maior auctoritas, et quod *fortunae lumen* h. l. cum solis lumine comparatur, quod non *nocte* sed *nube* tegi et omnino dicitur, et dictum est v. 12.

Simul, simulatque, ut v. 19., I, 5, 29., I, 10, 15. et passim.

15. *Semper possint.* Reg., Put.,

Dum stetimus, turbae quantum satis esset, habebat
Nota quidem, sed non ambitiosa domus.
At simul impulsa est, omnes timuere ruinam,
Cautaque communi terga dedere fugae. 20
Saeva nec admiror metuunt si fulmina, quorum
Ignibus afflari proxima quaeque solent.

Serv. et XIII alii Heins. et eius ed. pr., Guelf. et Crev. *possint semper*. Leid. *possint tibi semper*.

16. *Meo*. Malim *mihi*. Heins. Recte *meo*; sive e v. praecedenti *tibi* subaudiendum, sive generatim dictum esse intelligas. — Vat. *sed tamen*. Goth. *videnda*.

17. *Stetimus*. *Stare* in rebus laetis dicitur, ut *iacere* in adversis dici vidimus I, 8, 13. Conf. V, 14, 21. — „*Domus . . . habebat tantum turbae* amicorum, *quantum satis esset*." — Gall., Serv., Busl., Pal. 2., Leid., Iun. et IX alii Heins. cum ed. pr., Seg. a 1. m., Guelf., Crev. *habebam*.

18. *Non ambitiosa domus*. *Ambitiosus* notante A. Gell. IX. c. 12. non solum est, qui ambit, sed etiam qui ambitur, ut hoc loco. Huc pertinet Schol. Cruq. ad Hor. Sat. II, 7, 11. *ut ex superba et ambitiosa domo migraret in humilem et talem, unde vix egredi dignaretur libertinus paullo liberalior*. Vid. interpp. ad Tac. Agric. c. 40. et conf. Amm. Marc. XIV. c. 7. et XXII. c. 16.

19. *At simul*. Heinsii ed. pr. *sed simul*. Gall. *quae simul*. Reg., Pal. 2., Iun. et II alii Heins., Rel. *ut simul*. Busl., Leid., et VI alii Heins., Dresd., Bern., Seg., Berol., Crev. *ut semel*.

Impulsa, concussa est, ictum vehementem accepit. Lucan. III, 440.

Procumbunt orni, nodosa impellitur ilex —

Conf. Trist. I, 6, 5., III, 5, 5., Pont. III, 2, 11. et vid. interpp. ad Liv. XXVI. c. 6.

20. *Cautaque*. Gall., Busl., Leid. pro v. scr. et III alii Heins., Bern. et Rel. *cunctaque*. Berol. *captaque*. — Pont. III, 2, 7.

Ignoscimus illis, qui cum fortuna terga dedere fugae —

21. *Nec admiror*. Sic Goth., Bern., Crev., Seg., Rel., X (?) Heins. et vett. edd. Reliqui *neque*; nisi quod Berol. *saevaque non miror*. — Cic. de Prov. Consul. c. 11. *Quid est, quod in hac caussa maxime homines admirentur et reprehendant meum consilium?* Vid. I, 1, 72.

22. *Solent*. Burmannus male ex uno eoque valde mediocri cod. Leid. dedit *vident*. — *Afflari fulmine* dicitur, ut tangi, corripi, infici, al. Pont. III, 6, 17. *fulminis afflatos telis*. — *Fulminis afflavit ventis* Virg. A. II, 644., ubi vid. interpp. Vid. etiam Herm. ad Sophocl. Antig. v. 137. Eodem modo *afflari incendio* Liv. XXX. c. 6. — Serv. ad Virg. A. II, 649. *tria sunt fulminum genera, est quod afflat, quod incendit, quod scindit* (!). —

Sed tamen in duris remanentem rebus amicum
Quamlibet inviso Caesar in hoste probat,
Nec solet irasci (neque enim moderatior alter), 25
Cum quis in adversis, si quid amavit, amat.
De comite Argolici postquam cognovit Orestae,
Narratur Pyladen ipse probasse Thoas.
Quae fuit Actoridae cum magno semper Achille,
Laudari solita est Hectoris ore fides. 30

V. 23. Put. *semper amicum*, ex glossa.

24. *Quamlibet.* Sic Franc. pro v. scr., Reg. pro v. scr., Hercul. et V alii Heins. pro vulg. *quolibet.* Probe. *Quamlibet* est *quamtumvis.* HEINS. Guelf. *qualibet* sub rasura. Iun. *quemlibet.* Bern. *quo licet.* — De re vid. I, 5, 39.

25. Busl., Rel. *non solet.* Reg., Put., Gall., Serv., Rusl., Franc., et VI alii Heins., Dresd., Guelf. a 1. m., Bern., Rel., Crev., Bersm. *neque enim.* Reliqui et vett. edd. *nec enim.* Busl., Put. et Franc. *enim est.*

26. *Cum quis.* Iun., Leid., Bern., Busl., Rel. *si quis.* Bersm., Pal. 2., Mor. pro v. scr. et VII alii Heins. *cum quid.* Pal. 1. si *quid adamavit.* — Vett. edd. et III codd. Heins. *amet.*

In adversis i. q. *duris rebus* v. 23.

27. *De comite etc.* Iam exempla affert, veteres heroas et reges et deos similiter fidem in hostibus probasse.

Ante Heinsium edebatur *Argolico — Orestem.* Atque *Orestem* habent Gall., Seg. pro v. scr., Rel. et vett. edd. — Berol. *Oresten.* Seg. et V Heins. *Orestes.* Reliqui omnes *Argolico — Oreste* q. e. *Orestae.* Heinsius scite correxit *Argolici Orestae.* Nam Pylades fuit Phoceus, non Argolicus. Vid. I, 5, 21. Amor. II, 6, 15.

Quod fuit Argolico iuvenis Phoceus Orestae —

De genitivi forma *Orestae* pro *Orestis* vid. not. ad Her. VIII, 9. Fabulam explicavimus ad I, 5, 21. — Ceterum quod Thoantem fidem illam probasse dicit, nusquam est proditum, neque quod de Hectore narrat v. 30., nec de Plutone ac de Turno illa v. 32. 33.; sed poeta haec eleganter in rem suam invenit; ac de Turno ipse dicit, *credibile est.* Vid. V, 5, 25. seqq. — De libertate Nasonis in tractanda fabula pluribus disseruimus ad Her. I, 63. Conf. Trist. II, 371. seqq.

29. *Actorides* est Patroclus, Menoetii filius, Actoris nepos. Huius amicitia cum Achille celebrata est ab Homero Il. IX. et XVI. et aliis locis. *Magnus* Achilles cur dicatur, tota docet Ilias. Virg. Ecl. IV, 36.

Atque iterum ad Troiam magnus mittetur Achilles.

Conf. V, 4, 25. De Hectore vid. III, 11, 27. *Pius,* ut *pietas* v. 35., de fide in amicitia; ac de re vid. ad I, 5, 19.

Quod pius ad manes Theseus comes isset amico,
Tartareum dicunt indoluisse deum.
Euryali Nisique fide tibi, Turne, relata
Credibile est lacrimis immaduisse genas.
Est etiam miseris pietas, et in hoste probatur. 35
Hei mihi, quam paucos haec mea dicta movent!

31. *Comes isset* Pal. 1., Leid. VII alii Heinsii et eius ed. pr., etiam Rel. Reliqui codd. et vett. edd. *iret:* nisi quod unus Med., Barb. et Berol. pro v. scr. *comitavit amicum* et Franc. *comitavit amico.* Unde Heinsio scribendum videbatur *comitaret,* forma verbi apud Nasonem non rara, ut Pont. II, 3, 43., Met. XIII, 55. *Isset* rectius ad sensum, quam *iret:* nam coniecturam Heinsii non respicimus.

Indoluisse, quod sc. una cum Pirithoo daturus poenas esset. *Tartareus* autem *deus* Pluto est, Saturni filius. Hom. Il. XV, 187.

Τρεῖς γάρ τ' ἐκ Κρόνου εἰμὲν ἀδελφεοὶ, οὓς τέκε Ῥεία,
Ζεὺς καὶ ἐγὼ (Ποσείδων), τρίτατος δ' Ἀΐδης ἐνέροισιν ἀνάσσων.

Vid. ad I, 2, 9. — Pol. 1. et 2., III alii Heins. et Rel. *non doluisse.* Conf. II, 570., V, 4, 38.

33. *Euryali Nisique fide.* Vid. ad I, 5, 23.

35. *Est etiam miseris pietas.* Uterque Pol., II Heins., Franc. et Seg. *pietas miseris.* Pal. 2. et VIII edd. saec. XV. *etiam in miseris.* Richel., Pirckh. et ed. Bonon. *etiam miserisque fides.* Reliqui codices omnes: *est etiam miseris pietas,* quam scripturam alii depravatam habuerunt, ego genuinam et rectam existimo. *Miseris* est dativus possidendi, ac sensus est: *etiam miseri pietatem h. e. piam fidem apud homines vel ab hominibus habent, etiam miseris pia fides ab hominibus praestatur;* quo sensu Plut. in Themist. ἔλεον ἔχειν dicit. Vid. Viger. de Idiot. p. 120. 62. Hor. Od. III, 2, 25.

Est et fideli tuta silentio
Merces —

Ac nexus orationis perspicuus est. Scilicet postquam illa attulit exempla, idem repetit, quod v. 24. dixit, nisi quod h. l. generatim dicit.

37. Novum ab h. v. incipiunt carmen Leid. et Pirckh. Contra Dresd., Goth., Rel., Crev., Pal. 1. et 2., exc. Voss., Franc., Reg., Mor. et multi alii Heins. et eius ed. pr., item Bern., Berol. et Bersm. novum carmen ordiuntur a v. 39. Sed equidem in neutra elegiae parte plenum apteque conclusum carmen reperire possum. At si cum nonnullis codd. et vett. edd. pro uno carmine accipimus, argumentumque statuimus, quale supra indicavimus, ut „amico feliciorem vitae cursum precatus ab amicis se relictum et summis afflictum malis queratur, oretque, ut maxima qua floreat eloquentia sese luvet, quum nihil aliud peccarit, nisi quod ingenio suo ad Artem amatoriam scribendam male usus sit" apte omnia cohaerere atque concludi mihi quidem videntur.

Hic status, haec rerum nunc est fortuna mearum,
Debeat ut lacrimis nullus adesse modus.
At mea sunt, proprio quamvis maestissima casu,
Pectora processu facta serena tuo. 40
Hoc tibi venturum iam tum, carissime, vidi,
Ferret adhuc istam cum minor aura ratem.
Sive aliquod morum, seu vitae labe carentis
Est pretium: nemo pluris habendus erit;

37. *Hic status.* Pal. 1., Reg., Put., Gall., Serv., Busl., Pirckh., Iun., Franc., XV alii Heins. cum eius ed. pr., Dresd., Guelf., Goth., Berol., Rel. et ed. Bonon. *is status.* Met. XIII, 525. *non haec est fortuna domus.* — Unus Pat. *ullus.* Goth. *is st. est rerum nunc et f.* — V. 38. Bersm. *inesse.* Pal. 1. et Heins. ed. pr. *abesse.*

39. *At mea.* Heins. ed. pr. *et mea.* Bonon. *at mihi.* Put. *mens mea sit.* Pirckh. *mens mea sunt. Sunt* etiam Reg., Gall., Busl., Vat. 1., Pol. 2., Guelf., Berol., Seg., Crev. et ed. Bonon. Reliqui codd. et vett. edd. *sint,* quae varietas inde nata est, quod hoc verbum cum *quamvis* coniungerent.

40. *Processu,* h. e. successu, incremento. Conf. IV, 5, 25. Haec est elegans coniectura Burmanni: nam vett. libri prope omnes *pro sensu;* nisi quod Comb. *proventu* et Rel. pro v. scr. *pro casu.* Naugerii coniectura est *profectu,* ut est Pont. II, 9, 4.

Verbaque profectu dissimulata carent.

Suet. Ner. c. 20. *blandiente profectu.*

41. *Hoc tibi venturum.* Heinsius e Pol. 1., Vat. 1., uno Med., Pal. 2. et Rott., quibus Guelf. correct. accedit, induxit *hoc eventurum,* allato Pont. III, 4, 113.

Di, quorum monitu sumus eventura locuti —

Sed reliqui codd. et vett. edd. consentiunt in optima scriptura *hoc — venturum;* nisi quod Put., Iun., IX alii Heins. et eius ed. pr., Dresd., Berol. et vett. edd. perperam *hoc mihi vent.* exhibent, et alii, Reg., Gall., Pol. 2., exc. Voss. et X alii Heins., Bern. et Rel. a 2. m. *hoc ego vent.,* et Pal. 1. *hoc tunc vent.* Pirckh. *haec tibi.* — Busl., Pal. 2., Rel. *iam nunc.* Guelf., Berol., Goth., Rel. pro v. scr. et nonnulli, ut videtur, Heinsii, *iam tunc.* Put. et nonnulli alii Heins. *tunc iam.* Iun. *tunc cum.*

42. *Ratis ista,* res tuae. Conf. I, 5, 17., Pont. II, 3, 26. *Ista* est quasi digito monstrantis. Conf. Met. II, 54., XIII, 874.

Minor primus dedit Heinsius, atque ita Pal. 1., exc. Voss., Leid., Serv., Busl., V alii Heins. et eius ed. pr., Franc., Guelf. a 2. m., Goth., Bern., Reg., Mor. pro v. scr., Crev., Rel. Reliqui omnes et vett. edd. *minus.*

44. *Habendus erit.* *Habendus* Vat. 1., Pal. 2., Guelf. a 1. m., Rel.

Sive per ingenuas aliquis caput extulit artes: 45
Quaelibet eloquio fit bona causa tuo.
His ego commotus dixi tibi protinus ipsi:
„Scena manet dotes grandis, amice, tuas."
Hoc mihi non ovium fibrae tonitrusve sinistri,
Linguave servatae pennave dixit avis; 50

pro v. scr., Pol. 2., Rott. et II alii Heins., Berol. et Dresd. Reliqui codd. et edd. *emendus.* Mihi verum et elegantius videtur *habendus;* certe locus, quem attulit Merkel ex Amor. I, 8, 34., huic parum similis est, qui est de meretrice *emenda* et adultero *emendo pecuniaque corrumpendo.*

Porro scripturam *erit* exhibent Goth., Reg., V alii Heinsiani, Pol. 2. et Rott. Reliqui libri vett. omnes habent imperfectum *erat.* Sed futurum *erit* et sensu rectius, et aptius quoque est illi praesenti *fit* versu 46.

Pluris habere. Cic. Philipp. VI. *pluris hic habetur* (h. e. aestimatur), *quam alibi.*

45. *Ingenuae artes* sunt, quae ab ingenuis Romanis colebantur, ut eloquentia, poetica, philosophia. Cic. Tuscul. V. c. 3. §. 9. — Busl. *ing. aures.*

46. *Eloquio.* IV, 10, 17. Leid. *alloq.* Crev. *ingenio.*

48. *Scena.* Pont. III, 1, 59.

Quidquid ages igitur, magna spectabere scena.

I, 5, 69.

Hoc mea contenta est infelix Musa theatro —

Cic. Orat. II. 83. *Quia maxima quasi oratori scena videatur concio.* Conf. IV, 3, 84. Pirckh. *convictus.* Rel. *summotus.*

49. *Hoc.* Pal. 1., Put., Serv. et IX alii Heinsiani *haec.* Busl. et reliqui cum vett. edd. *hoc.* IV Heins. *non mihi.* Pal. 2. *hei mihi.*

Pol. 1., Pal. 2., Guelf. *sonitusve.* Rel. *tonitrusque sin.* et pro v. scr. *tonitrusve secundi.*

Sensus est: *hoc ego non divinatione* (quod tribus declarat, *ovium fibris, auspiciis* et *omine ex tonitru*), *sed ratione praesensi. Fibrae* tenuissimae extorum partes, quas inspiciunt haruspices, ut *deum mentes scrutentur in ipsis,* ut est in Met. XV, 137. Vid. I. H. Voss. ad Virg. Georg. I, 484.

Sinistri, fausti. Varro apud Festum: *A deorum sede quum in meridiem spectes, ad sinistram sunt partes mundi exorientis, ad dextram occidentis. Hinc factum arbitror, ut sinistra meliora auspicia, quam dextra esse existimarentur.* Vid. Serv. ad Virg. A. II, 693. et IX, 631. Cic. Divin. II. c. 18. *fulmen omnibus rebus optimum auspicium habemus, si sinistrum fuerit.* Conf. II. c. 75. 36. 39. et Plut. Quaest. Rom., et Fast. IV, 285. *Tonitrus* etiam Met. I, 55., III, 301. et alibi.

50. *Linguave — pennave:* nam aut *cantu* aut *volatu* aves auguria faciebant, hinc *oscines* aut *praepetes* dicebantur, ut auctor est Serv. ad Virg. A. III, 361. Vid. Gell.

Augurium ratio est et coniectura futuri;
  Hac divinavi notitiamque tuli.
Quae quoniam vera est, tota mihi mente tibique
  Gratulor, ingenium non latuisse tuum.
At nostrum tenebris utinam latuisset in imis: 55
  Expediit studiis lumen abesse meis.
Utque tibi prosunt artes, facunde, severae;
  Dissimiles illis sic nocuere mihi.

N. A. VI. c. 6. *Servare* in augurio fere proprium pro *observare*.

Berol. et Iun. *que — que*. Gall. et Rel. *que — ve*. Vett. ed. *ve — que*.

51. *Et coniectura fut.* Vat. 1. *ac coniect.* Vett. edd. *ratio et coniect.* Bern. *futura.* Frustra. Ordo est: *ratio et coniectura est mihi augurium futuri.* Burm. Immo ordo hic est: *ratio* (mihi) *pro augurio et coniectura futuri est: hac* (sc. ratione) *divinavi et notitiam tuli.* Nam corrupta est scriptura *haec*, quamvis eam Reg. et X alii Heins., vett. edd., Dresd., Bern. et Rel. a 1. m. tueantur. Male etiam Crev. *sic ego divinavi hanc;* Franc., Mor., Iun., Berol. *nec;* Pirckh., Gall., Leid. et Guelf. *non;* Put. *hoc.* Goth. *haecque diu novi not. dedi.*

53. *Quae quoniam vera est.* Pol. 1., Guelf., Rott. *rata est.* Vat. 1. et Pal. 2. *quoniam rata tota,* sed in Vat. a rec. m. additum *sunt.* Pal. 1. *quoniam rata sint.* Apparet, quam auctoritatem vetustatis habeat ab Heinsio primum inducta scriptura *quoniam rata sunt.* Reliqui codd. et vett. edd. *quoniam vera est,* nisi quod Berol. et Crev. *est* omittunt. Vett. edd. *et quoniam.* — Franc., Reg., Leid., Pal. 2., Bern., Berol., Goth., Crev. et vett. edd. *tibi — mihique.*

56. *Expediit.* Vulgo nunc cum Burmanno legitur *expedit in studio.* Sed *expediit,* scriptura omnium librorum, probum est, q. e. *expediisset, praestitisset.* Vid. IV, 10. 80. et ad Her. X, 112. Neque illud *in* convenit sententiae. Berol. *expediet* et Rel. *expediat.* — Singularem *studio meo* tuentur Put., Mor., Serv., Busl., Pal. 2., Leid., Iun., Franc., et XX alii Heins., Bern., Goth., Seg., Dresd., Guelf., Berol., Crev., Rel. — Reliqui et vett. edd. *studiis — meis.*

Lumen, quae est scriptura omnium vett. libb., dictum est cum respectu ad *tenebris* v. 55., unde mirari licet, coniecturam Burmanni *numen* a quibusdam editoribus esse probatam.

57. *Severae.* Severae dicendi arti suam artem, poeticam, ita opponit, ut simul argute Artem amatoriam significet. Atque inde potissimum dissimiles suas artes dicit, quia amatoria sunt ludicra atque iocosa. De *Arte* vid. ad I, 1, 23. — V. 58. Gall., Bern. et Pal. 2. *meae.* Berol. *prosint.*

Vita tamen tibi nota mea est: scis, artibus illis
Auctoris mores abstinuisse sui; 60
Scis, vetus hoc iuveni lusum mihi carmen, et istos,
Ut non laudandos, sic tamen esse iocos.
Ergo ut defendi nullo mea posse colore,
Sic excusari crimina posse puto.
Qua potes, excusa, nec amici desere causam: 65
Quo bene coepisti, sic pede semper eas.

59. *Artibus illis.* Mores suos a praeceptis illis in Arte amatoria traditis abhorruisse passim dicit. Vid. II, 349. seqq., IV, 10, 65. seqq., III, 2, 5. Conf. Pont. II, 7, 49. Martial. I, 5, 8.

Lasciva est nobis pagina, vita proba est.

Catull. XVI, 5.

Nam castum esse decet pium poetam
Ipsum; versiculos nihil necesse est.

Guelf. *est* omittit. Rel. pro v. scr. *istis.*

61. *Lusum. Ludere* de carmine componendo imprimis levioris ac ludicri argumenti cum aliis, tum Nasoni solemne. Vid. III, 1, 7., V, 1, 7., III, 2, 5. Eodem modo *lusor* pro poëta III, 3, 73., IV, 10, 1., V, 1, 22., et *lusus* pro carmine II, 223. 238. *Iuveni.* Artem scripsit ab anno aetatis 33—42. Vid. not. ad II, 542.; Tristium autem librum primum a. 51.; atque inde intelligitur, quanto iure *vetus* h. l. dicatur. Conf. III, 1, 6., II, 339. seqq. Goth. et Rel. *mihi lusum.* Leid. *lus. iuv.* Rel. pro v. scr. et Mor. *et illos.* V. 62. Quatuor apud Burm. *scis,* etiam Dresd. pro v. scr.

63. *Mea.* Serv. *mihi.* Burm. *Color,* quo res obductae aliam speciem accipiunt, igitur pro excusatione, speciosis ac splendidis verbis, quae culpae quasi praetenduntur. Quint. III. c. 8. *colorem dare rebus deformibus.* Declam. 16. c. 1. *Ego excogitare videor hunc colorem.* Vid. Hor. Epist. I, 17, 23. ibique Schmid. — V. 64. Iun. *crimina nostra.* Rel. pro v. scr. *carmina.*

65. *Desere causam.* Franc. a 1. m. *amicam.* Busl., Berol. et Leid. *causas.* Mor. et III alii *desere nomen.* Leid. *carmen.* Burm. Gall., Iun., Franc., V alii Heins. et ed. pr. *quam potes,* de quo Remed. Amor. v. 325. dixi. Heins. Idem Berol. Ad sensum rectum est *quam,* q. e. quantum. Sic certe in similibus locis. Remed. v. 325. et Tr. III, 3, 57. Sed non minus recte h. l. dicitur *qua,* igitur cum maiore vetustatis auctoritate retinendum.

66. *Sic.* Sic in precibus et obsecrationibus solemne, ubi alteri, quo paratius praestet id, quod ab eo petimus, quae ipsi grata et exoptata sunt, vicissim optamus. IV, 5, 25., ubi idem aliis verbis dicit:

Sic tua processus habeat fortuna perennes —

Vid. II, 159., III, 4, 77., V, 3, 57.,

ELEGIA X.

Cum Naso per mare Adriaticum et Ionium Lechaeas, nobilem in sinu Corinthiaco portum venisset, Isthmum Corinthium pedibus transiit Cenchreas, alterum Corinthi portum (vid. I, 11, 5.), ubi nova sumta navi post plures ambages Samothraciam pervenit, atque inde in Thraciae oram transvectus est, reliquam itineris partem per Thraciam terra facturus. Laudat hoc carmine navim illam, quam Cenchreis conscenderat, felicemque ei cursum ita precatur, ut simul totum iter, quod a Cenchreis usque in Samothraciam iam confecerat et inde in Scythiam adhuc erat confectura, docte describat. Scripsit poëta illud carmen eo ipso tempore, quo Samothracia in Thraciam traiecit, unde in fine carminis etiam alteram navim, in qua ab insula in Thraciam vectus est, tangit eique bene precatur.

Est mihi, sitque precor, flavae tutela Minervae
Navis, et a picta casside nomen habet.

Hor. Od. I, 3, 1., I, 26, 25. Ac sensus est: *Qua potes excusa etc.: sic* (tunc, hoc si feceris) *opto, eo pede semper eas, quo bene coepisti.* Atque ita elegantissime cum voto de successu et incremento amici, et quidem eodem modo, quo coepit (vid. v. 1.), carmen explicit: nec opus sunt Burmanni coniecturae *sic bene coepisti quo pede* vel *sic, pede coepisti quo bene, etc.* Alii illud *sic* pro *eo,* et totum versiculum de defensione amici et excusatione intellexerunt, ut eo sententia v. 65. exponatur. Ineleganter sane, immo inepte, ne de asyndeto illo dicam.

Ceterum optimam scripturam *quo bene — sic pede* Heinsius primus edidit, eamque Pal. 1., Franc. et VI alii Heins. et eius ed. pr., Bern., Guelf., Berol. et Crev. tuentur. Plurimi codd. et Rel. pro v. scr. et vett. edd. *quo pede — sic bene;* nisi quod Put., Gall., Mor., Serv., Leid. et exc. Voss. *quod bene — sic bene,* et Iun. cum III aliis Heins. *ut bene — sic bene.* Remed. A. v. 390.

— — iam magnum nomen habemus.
Maius erit: tantum quo pede coepit, eat.

ELEGIA X.

1. *Flavae tutela Minervae.* Locus singularis, qui manifesto distinguit παράσημον, insigne, quod erat in prora, navique nomen dabat, a tutela, quae erat in puppi. Παράσημον erat nunc deus, nunc heros, nunc animal, nunc aliud quid, ut h. l. *cassis,* apud Maronem A. V, 116. *pristis,* X, 166. *tigris,* X, 209. *Triton,* 206. *Mincius,* al. Tutelam semper deus aut Dea tenebant. Sil. XIV, 410. 440. Sed quandoque tutela et insigne eiusdem signi, navisque non minus a tutela, quam ab insigni nomen mutuabatur. Vid. Meurs. ad Lycophr. Cass. v. 110. 1299., interpp. ad Val. Flacc. I, 301., Senec. Agam. v. 423., Salmas.

Sive opus est velis, minimam bene currit ad auram;
Sive opus est remo, remige carpit iter.
Nec comites volucri contenta est vincere cursu; 5
Occupat egressas quamlibet ante rates:
Et patitur fluctus fertque assilientia longe
Aequora, nec saevis victa fatiscit aquis.

Exercitt. Plin. p. 570. *Heins.* Epitheton *flavus,* quod h. l. et Fast. VI, 652. Naso Minervae dedit, Homerus plerumque inter deas Cereri attribuit. *Tutela* proprie in hac re dicitur. Senec. Epist. 76. *navis bona dicitur non, quae pretiosis coloribus picta est . . . ., nec cuius tutela ebore caelata.* Conf. Sil. XIV, 543. Cum autem tutela etiam praesidium sit, poëta duplicem illam vocabuli vim argute confundit. De pictura autem navium Plin. XXXV. c. 11. *Tertium accessit resolutis igni ceris penicillo utendi, quae pictura in navibus nec sole, nec sale ventisve corrumpitur.* Vid. Fast. IV, 276., Senec. Epist. l. l. *Est sitque* formula loquendi Nasoni solemnis (vid. not. ad Her. I, 111.), in qua *sit* fere valet *permaneat, esse pergat.* V. 2. Rel. *et e picta.*

3. *Velis.* *Velo* Pol. et II alii. *Burm.* Etiam Guelf. Catull. in lepido carmine de phaselo:

Phaselus ille, quem videtis hospites,
Ait fuisse navium celerrimus:
Neque ullius natantis impetum trabis
Nequisse praeterire, sive palmulis
Opus foret volare, sive linteo.

De forma sententiae conf. Trist. I, 9, 43—46.

4. *Remo.* Leid. *remis,* quae scriptura erit fortasse, cui non displiceat, cum *velis* in plurali praecesserit. At hoc ipsum poëtis saepe caussa est singularem ponendi. Vid. not. ad Her. I, 24. Idem Leid. *carpat iter.*

5. *Volucri.* Tres Heins. *celeri.* Crev. *volucres.* Leid. *volucri com.*

6. *Quamlibet ante.* Sic pauci Heins., etiam Franc. pro v. scr., quam scripturam poscit ratio sententiae: *nec contenta est v. c. vincere eas naves, quae simul cum ea egressae . . ., sed antevertit, quamvis ante egressas.* — Dresd., Franc., Goth., Guelf., Rel., Crev., Pal. 1. et 2., Put., Gall., Serv., Busl. et XVII alii Heins. et vett. edd. *qualibet arte,* ex similitudine scriptnrae, ut videtur orta varietas. Bern. *quamlibet arte.* Leid., Franc. pro v. scr., Seg., Berol. et Heinsii ed. pr. *quaslibet ante.*

7. *Et patitur.* Guelf., Dresd., Crev., Pal. 1., Leid., Iun., Gall., Mor., Busl., Serv. et XXI alii Heins. et eius ed. pr. *pariter.* Reliqui Heins., etiam Bern., Seg., Rel., Goth., Berol. *patitur;* sed Rel. et Goth. *patitur fert atque,* Berol. *patitur fretaque,* Seg. *pat. sunt atque.* Mor. pro v. scr. *fluctus atque ass.* Iun., Leid., Bersm. et Guelf. *fert ass.* Pal. 2. *ferit ass.* Berol. et Put. *assidentia.* Pirckh. *auxiliantia.*

Longe, quia sic vis atque impetus maior.

Illa, Corinthiacis primum mihi cognita Cenchreis,
Fida manet trepidae duxque comesque fugae; 10
Perque tot eventus et iniquis concita ventis
Aequora Palladio numine tuta fuit.
Nunc quoque tuta, precor, vasti secet ostia Ponti,
Quasque petit, Getici litoris intret aquas.

8. *Victa fatiscit.* Put., Gall. et VIII alii Heins., Pirckh. a 2. m., Goth., Bern., Leid. *icta,* quod sine idonea caussa recepit Heinsius: fluctus enim, qui penetrare navim saeviunt, recte eam *vincere* dicuntur, Virg. A. I, 129.

Iam validam Ilionei navem, iam fortis Achatae
Vicit hiems —

Vid. Georg. I, 180., Aen. IX, 91. — Porro Leid. pro v. scr. et alius Heins. et Goth. *fatiscit,* quod, quamvis horum codd. parva auctoritas sit, retinuimus, cum scriptura omnium librorum *madescit* valde langueat, Virg. Aen. I, 122.

— — — laxis laterum compagibus omnes
Accipiunt inimicum imbrem, rimisque fatiscunt. —

9. *Cenchreis.* Duo Vat., alius Heins., eiusdem ed. pr. et vett. edd. *terris.* Libri variant. Franc. et Dresd. *cencris.* Pal. 1., Iun., Leid. et III alii Heins. *centris.* Busl. *centis.* Berol. *contris.* Goth., Guelf. a 2. m., Gall. et VIII alii Heins. *teucris.* Alii aliter. „Legendum *Cenchreis* per synizesin. *Cenchreas* etiam appellant cum alii, tum Apulei. Metam. X, sub finem, qui optimum Corinthi portum esse docet.“ *Heins.* Situs autem ille portus erat in oriente Isthmi ad sinum Saronicum, LXX stad. ab urbe. Plin. IV. c. 4. Mel. II. c. 3. Huiusmodi synizeses sunt *Tereo* Met. VI, 635., *igneus* Met. VI, 113., *anteit* Met. XI, 65., *Oïlei* Virg. A. I, 41., *ferreique* A. VI, 280., aerei A. XII, 541., *alveo* Georg. II, 453., *cerea* Hor. Sat. I, 8, 43. Quint. I. O. I. c. 5., Terent. Maur. p. 427. ibique Lennep. Conf. Tr. I, 3, 92. — V. 10. Iun. *viae.* Crev. *rapidae.*

12. *Tuta fuit.* Put., Gall., Mor., Serv., Busl., Iun., Franc. et VIII alii Heins. et eius ed. pr., item Bersm., Berol. et Crev. *fugit,* quod probabat Heinsius. Mihi recepta scriptura melior videtur, ne notio fugiendi inelegantur repetatur; et sic etiam plurimi libri vett. — Gall. et III alii Heins. *nomine.* Pal. 1., Vat. 1., IV alii Heins. et eius ed. pr. *munere.* I, 2, 8.

Ille tamen Veneris numine tutus erat.

De *Palladio numine* vid. v. 1. et 2.

13. *Vasti ..., ostia Ponti.* Bosporum Thracium dicit, in quo periculosa navigatio maxime in exitu in Pontum Euxinum, ubi Sympleiades insulae sunt. Strab. II. p. 85., Plin. H. N. V. fin. et IV. c. 13.

14. *Getici litoris.* Getae fera gens Thraciae, utramque Istri ripam ad Pontum Euxinum incolens. Strabo VII. p. 210. 231., II. p. 88., Mela II. c. 2. Et erant Getae circa urbem et in ipsa urbe Tomorum,

Quae simul Aeoliae mare me deduxit in Helles, 15
Et longum tenui limite fecit iter;
Fleximus in laevum cursus, et ab Hectoris urbe
Venimus ad portus, Imbria terra, tuos.

ubi Naso exsulabat. Tr. III, 9., III, 14, 48. Hinc *Geticum litus* pro Tomitana regione; et saepius in his carminibus ea, quae ad Tomos pertinent, Getica appellantur. De Getarum gente vid. etiam Dio LI. c. 22., Appian. Praef. §. 4. et Plin. IV. c. 12., qui a Romanis eam gentem Dacos dici tradit.

15. Sequitur descriptio itineris navis. A Cenchreis recta ad Hellespontum et litus Asiaticum videtur traiecisse, a Troade autem non ipsum Hellespontum intrasse, quae brevissima via erat, sed primum ad litus Thraciae et tum demum, poeta in Samothracia relicto, per Hellespontum cursum suum in Scythiam direxisse. Illa *mare in Helles* ita capienda sunt, ut Nasonem aut minus definite loqui putemus, cum prope tantum Hellespontum fuerit, et dicere debuisset *ad*, aut Hellesponti fines eum citra ipsas maris angustias extendisse, aut vere eum Hellespontum intrasse atque in loco quodam, quem nominare noluerit, appulisse, et tum demum *in laevum* versus Thraciam *cursum flexisse*. *Mare Helles* e Graeco Ἑλλήσποντος, ut Hor. XIX, 120. et Met. XI, 195. Helle, filia Athamanthis, filii Aeoli — hinc *Aeoliae* — et Nepheles, quae cum Phryxo fratre Inus novercae insidias fugiens in ariete aureo vellere fretum hoc transmittere conata decidit, inventaque morte mari illi nomen dedit. Apollod. I. c. 9., Hyg. F. 1—3., Ov. Fast. III, 851., Met. XI, 195. Rel., Mor. et Leid. *Aeolidae*. De collocatione praepositionis inter nomen, quod regit, et genitivum, qui ab eo pendet, dictum est ad I, 9, 11. Neque interiectio alius verbi sine exemplis est: IV, 8, 11. *inque securus patria*. Seg., Rel., Goth. et II Heins. *ad Helles*.

16. *Tenui limite* perperam de angusta maris via intelligunt. *Ut liquidus aer, liquida aqua* et inde *liquidum iter* appellatur per mare et aëra (Vid. Prop. III, 20, 14., Virg. A. V, 217.): sic etiam cum *tenuis aqua* (Vid. Fast. II, 250.) dicatur, *tenuis limes, tenuis via* de natura maris recte dicitur. — Crev. *tramite*.

17. *Ab Hectoris urbe*. Put. a 1. m., Pol. 1., duo Heins. et eius ed. pr. et VI vett. edd. saec. XV. *Actoris*. Pal. 1., Pirckh., Put. a 2. m., Franc. et reliqui Heins., Bern., Dresd., Goth., Guelf., Rel., Berol., Crev., edd. Parm. et Bonon. *Hectoris*. Leid. *Ictoris*.

„Ego legendum arbitror *ab Herculis urbe*, ut Heracleam intelligat, quae urbs, ut auctor est Ptolomaeus, fuit in ora sinistri litoris Propontidis. Verum si intelligimus, poetam nondum venisse in Hellespontum, sed adhuc fuisse in Aegaeo illi propinquo, quod ipse videtur Hellespontum nominare, leges emendate *ab Hectoris* urbe, i. e. Ilio, quae ex Aegaeo Hellespontum ingredientis erat a dextra. *Merula*.

Inde, levi vento Zerynthia litora nacta,
Threïciam tetigit fessa carina Samon. 20

Actoris an *Hectoris* rectius legatur, non facile affirmarim. Nam de Actore, qui in Asiatico litore habitarit aut urbem condiderit, alibi nihil traditur. Et quam *Hectoris* urbem poëta vocet, Troiamne, quae nulla tum erat, an Ilium a posteris instauratum, dici certo non potest, cum praesertim ipse poëta de litore Asiatico mentionem non faciat, neque eo se appulisse omnino dicat. Quare ut expositionem Merulae non reiicio, ita rursus dubito, num idem locus de Lemno potius accipiendus sit, cuius rex Actor fuit, auctore Hyg. F. 102., qui Philoctetam a pastore regis Actoris nutritum tradit; ut sensus sit: *Postquam ad Hellespontum venimus, in laevum fleximus cursum et ab Actoris urbe, in insula Lemno, in Imbrum* (hanc enim *Imbriam terram* intelligo) *proxime navigavimus, inde in Samothraciam.* Ceterum multi passim Actores recensentur, quorum tamen, quia vel in litore Thessalico vel Locrensi vel etiam Peloponneso habitarunt, nemo h. l. intelligi potest. *Micyll.* Res obscura. *Hectoris* retinuimus, ut intelligatur Ilion aliquot a litore stadiis restaurata. *Hectoris urbs* pro Ilio, ut apud Virg. A. V, 634. *Hectorei amnes* Xanthus et Simois et I, 277. *gens Hectorea.* Quanquam, si fuisset in Lemno insula *Actoris* urbs, scripturam *Actoris* praeferrem. Merkel Ophrynium oppidum intelligit, quod in litore Asiae situm, et ubi lucus fuit Hectoris ἐν περιφανεῖ τόπῳ, teste Strab. XIII. p. 409. Sed dubito, num ideo oppidum illud *Hectoris urbs* appellari potuerit.

18. *Imbria terra. Imbros* parva insula ad sinistram ex Agaeo mari in Hellespontum navigantibus, prope chersonesum Thraciam inter Lemnon et Samothraciam, portu clara. Mela II. c. 8., Ptolem. p. 85. —

Guelf. *fleximus.* Tres codd. Heins. et vett. edd., etiam ed pr. Heins. *in portus.* Gall., Pirckh., Iun. et X alii Heins., Dresd., Goth., Seg., Rel. et ed. Bonon. *umbria.* Busl. *ombria.* Leid., Bern. et Crev. *umbrica.* Alter Pol. *cimbrica.*

19. *Nacta*, ut Met. XIV, 440. *nactus hoc litus.* Construe: *Inde levi*, q. e. facili, celeri, *vento carina fessa Zerynthum nacta* (est sive appropinquavit, et tandem) *tetigit Samothraciam.* Litus igitur legit Thracicum navis Nasonis, ab Imbro ad Samon Thracicam tendens. Nam *Zerynthus* in Thracia. Steph. Bizant. s. v. Ζήρυνθος. Liv. XXXVIII. c. 41. Atque Zerynthia potissimum litora memorasse videtur, ut dignitatem rei conciliaret; nam erant Apollinis cultu clara. Cum Samothracen venisset poëta, navim illam solam remisit versus Hellespontum, ad cursum suum in Scythiam et Tomos peragendum. Ipse vero reliquum iter per Thraciam terra facturus mansit in Samothrace et hoc ibi carmen votivum se scribere fingit, ut navis illa, quae Hellespontum relegeret, salva Tomos perveniret, altera insuper vota in fine carminis addens pro altera navi, quae ipsum a Sa-

Saltus ab hac terra brevis est Tempyra petenti:
Hac dominum tenus est illa secuta suum.
Nam mihi Bistonios placuit pede carpere campos:
Hellespontiacas illa relegit aquas;
Dardaniamque petit, auctoris nomen habentem, 25
Et te, ruricola, Lampsace, tuta deo,

mothrace Tempyra in Thracia traduceret. Sic omnia, ut mihi quidem videtur, satis plana sunt. Iam singula illustranda restant.

Busl. *Cerinthia.* Mor. *Ferichia.* Pal. 1., II Heins. et Seg. *Tirynthia.* Dresd. *Ferratia,* v. l. *Bizantia.* Alii alia. Pal. 2. et Crev. *nata.* Seg. a 1. m. *lit. vidi.* Vat. 1. et Guelf. *nacti.* Iun. *nactis.*

20. *Threïciam—Samon.* „Θρακία Σάμος καὶ Σαμοθράκη συνθέτως.“ Ita Eustath. ad Il. XIII, 12. Insula est maris Aegaei ad litus Thraciae, Cereris mysteriis aliisque sacris inclyta. Strab. X. p. 315., Suid. in v., Varr. L. L. IV. c. 10., Diod. V. c. 47. — Crev. *carina sua.*

21. *Brevis* valet *angustus,* ut *brevis unda, brevis aqua* de Hellesponto. Her. XVIII, 174., XIX, 142.

Put., Mor., Dresd., Serv., Busl., Guelf. a. 1. m., Bern., Seg., Berol., Rel. *saltus ab hac contra.* Non male. Gall. *ab hac brevis est contra.* Goth. *ab hac br. est alicui Temp. p.*

Tempyra oppidum Thraciae sub Rhodope in ipsa maris ora vel haud procul a mari. Liv. XXXVIII. c. 41. Libri mire variant. Vett. edd. *stantyra,* v. *tentyra.* Bersm. *epyrrhea.* Goth., Bern., Guelf. et Dresd. *tentira.* Serv. *efira.* Plerique *epira,* v. *empyra.* Busl. *obscura.* II Heins. et Dresd. pro v. scr. *Tempyra,* quod verum est.

22. *Hactenus,* h. e. in Samothraciam. Conf. v. 48. — Vat. 1. *hac tantum tenus,* ex glossa. Gall. *est usque.* Goth. *hactenus est dominum.*

23. *Bistonios — campos,* h. e. Thraciae; nam Bistones gens Thraciae prope Hebrum fluvium. Plin. H. N. IV. c. 11. Sic de eadem Thracia Pont. II, 9, 54. *Bistonia terra,* et sic passim. De re vid. IV, 1, 52. et conf. Pont. IV, 5, 5. — Rel. pro v. scr. *tunc mihi.* Busl. *pede—mihi.*

24. *Relegit.* Vett. edd. *reliquit,* et sic etiam (Busl. et) plerique codd.; reliqui *relinquit.* Sed quomodo *reliquit* Hellespontum, quae Dardaniam et Lampsacum et Abydum in ipsis Hellesponti faucibus sitas aditura sit. Medon. *relegit,* recte; nam antea ab Hellesponto flexerat in laevum versus Samothraciam atque inde, relicto ibi poëta, *relegit* iter versus Hellespontum. *Bunm. Relegit;* nam tunc iam erat in cursu, unde etiam *petit.* Versibus 24 — 42 describitur iter, quod navis sola et sine domino suo facere debebat.

25. *Petit. It* syllabam brevem in arsi saepe produci notum est, et

Quaque per angustas vectae male virginis undas
Seston Abydena separat urbe fretum,
Hincque Propontiacis haerentem Cyzicon oris,
Cyzicon, Haemoniae nobile gentis opus, 30

exempla ex Ovidio contulimus ad Her. VI, 31. Vid. indic. Trist. in v. *syllaba.* — *Dardania* oppidum est ad Hellespontum in regione huius nominis, supra Troadem. Plin. H. N. V. c. 30. *Dardanum* appellatum. Mela I. c. 18., Strab. XIII. p. 409. — Quod ad illa *auct. nomen habentem,* confundit scienter veterem illam *Dardaniam* a Dardano conditam (Strab. XIII. p. 407., Hom. Il. XX, 215. coll. not. ad Tr. III, 5, 38.) et recentiorem urbem (Vid. Strab. p. 409.), unde hodie *die Dardanellen* dictae.

26. *Lampsacus* urbs Mysiae ad Hellespontum (Mela II. c. 19., Strab. XIII. p. 405.), ubi Priapus, filius Veneris, deus hortorum et ruris, natus erat et imprimis colebatur. Fast. I, 391. seqq. ibique Gier., Voss. ad Virg. G. IV, 111., Heindorf. ad Hor. Sat. I, 8, 2. — Mor., et IV alii Heins. et Seg. *culta deo.*

27. *Quaque.* „*Atque eam partem* (petit), *qua fretum* (Helles, pro qua per periphrasin) *male,* h. e. infeliciter, *vectae virginis per undas angustas Seston urbem separat ab Abydo.*“ Conf. v. 31. et II, 373. — *Per angustas.* Plin. H. N. IV. c. 9. *Hellespontus VII stadiis Europam ab Asia dividens IV illic inter se contrarias urbes habet: in Europa Callipolin et Seston, in Asia Lampsacum et Abydon. Sestus et Abydon* infelici Herus et Leandri amore clarae urbes. Vid. ad III, 10, 41. — Franc. *quamque.* Serv., Hamb. et Berol. a 1. m. *quodque.* — Pal. 1., Pirckh., Goth., Leid., Iun., Put., Gall., Mor., Serv., Busl. et XI alii Heins., Bern., Scg. et vett. edd. *vectae male.* Reliqui *male vectae.* Rel. pro v. scr. *ignotas.*

29. *Hincque.* Dresd. et II Heins. *inde.* Pol. 1., Vat. 1., II Heins. *inque.* Gall. *hic prop.* Serv. *hinc prop.*

Cyzicus clarissima urbs Mysiae in ipsis Propontidis oris, quae ab Aeneo Thessalo (hinc *Haemoniae gentis.* Vid. ad III, 11, 28.) vel filio eius *Cyzico,* ductis e Thessalia colonis, condita esse dicitur. Plin. H. N. V. c. 32. Conf. Strab. XII p. 396., Mela I. c. 19.

Haerentem sunt, qui ad declivitatem urbis referant; nam potiorem urbis partem *in cervice paene insulae sedere* tradit Mela I. c. 19. Val. Flacc. II, 636.

> Nec procul ad tenuis surgit confinia ponti
> Urbs placidis demissa iugis, rex divitis agri,
> Cyzicus — —

Sed ego non tam de situ eius in supino iugo prope mare, verum de situ eius in ipso mari intelligendum putem: quum praesertim non *paene insula* sit, ut tradit Mela, sed insula (Strab. l. l.) duobus pontibus terrae continenti iuncta: ut mari praetervehentibus terrae oris *haerere* videretur. Atque eam sententiam confirmat Tr. II, 200. De Propontide vid. ad III, 12, 41.

Quaeque tenent Ponti Byzantia litora fauces:
Hic locus est gemini ianua vasta maris.
Haec, precor, evincat, propulsaque flantibus Austris
Transeat instabiles strenua Cyaneas,

30. *Cyzicon.* Anadiplosis, frequens apud Nasonem. Met. XIV, 223.

Aeolon ille refert Tusco regnare profundo,
Aeolon Hippotaden — —

Vid. Met. III, 207., VIII, 628., IX, 452., 487. Conf. Tr. II, 423., III, 10, 55., Virg. A. X, 180., Prop. II, 25, 85.

31. *Byzantia,* a Byzantio, urbe Thraciae ad Bosporum, *notissima Atticorum colonia* (Amm. Marcell. XXII.), post Constantinopolis dicta. *Fauces autem* illae sunt ipse Thracicus Bosporus Strab. II. p. 86. *τὸ γὰρ Βυξαντικὸν στόμα οὕτω καλοῦσι Θρᾴκιον βόσπορον.*

Pro vulgata scriptura *quaque,* quae etiam v. 27. est, Dresd., Pal. 2., Mor., Serv., Iun., Leid., Guelf., Rel., Crev. et XIII Heinsii cum eius ed. pr. *quaeque,* quae scriptura mihi vera videtur, non solum, quia *quaeque* in eadem constructione praecessit, sed etiam, quia simplicior: *hincque Cyzicon . . . et Byzantia litora, quae. .* Amor. II, 16, 39.

Sed Scythiam (*rideor celebrare*) Cilicasque feros viridesque Britannos,
Quaeque Prometheo saxa cruore rubent.

Trist. III, 2, 1.

Ergo erat in fatis Scythiam quoque visere nostris,
Quaeque Lycaonio terra sub axe iacet —

Conf. II, 437., IV, 8, 10., III, 5, 29. Berol. *quique.*

32. *Gemini,* Propontidis et Ponti Euxini.

33. *Fortibus Austris.* Unus Vat., Goth., Pal. 1., Put., IX alii Heins., Mor. pro v. scr., Guelf. a 2. m. *flatibus Austri.* Gall. *fluctibus.* Medon. *flatibus Austris.* Recte *fortibus;* vento enim fortiori opus erat, ut periculosas Cyaneas cito, *strenua,* transiret. Amor. II, 11, 38.

Impleat illa tuos fortior aura sinus —

Cyaneae, Κυάνεαι sc. *πέτραι,* duae insulae vel potius cautes in extremo Bosporo in primo Ponti euxini aditu, quae olim mobiles fuisse et transeuntibus navibus concurrisse traduntur, unde v. 47. *Symplegades* (*Συμπληγάδες*) dictae; sed Argonautis feliciter transgressis immobiles stare primum coepisse. Vid. Apollon. II. 309. seqq. 551—610., Mela II. c. 7., Heyn. ad Apollod. I. c. 9., et conf. Strab. VII. p. 221., Plin. H. N. IV. c. 13. Sed Naso etiam suo tempore adhuc instabiles dicit, sc. ut poëta.

Haec, sc. litora. Franc. *hac.* Pal. 1., Mor., Busl. et VI alii Heins. et eius ed. pr. *hanc.*

Evincere locum, q. e. eluctari, de navibus saepe reperitur. Met. XIV, 76., XV, 706. — Pal. 2., exc. Voss. et VI alii Heins., Dresd., Rel. et Crev. *ut vincat.* — Pal. 1., Put., Gall. et VI alii Heins., item Guelf. a 2. m. *pulsataque.* De choriambo in fine pentametri vid. ad I, 3, 6.

Thynniacosque sinus, et ab his per Apollinis urbem 35
Alta sub Anchiali moenia findat iter.
Inde Mesembriacos portus et Odesson et arces
Praetereat dictas nomine, Bacche, tuo,

35. *Thynniacosque sinus.* Codices, ut in minus notis nominibus prope constanter, valde variant. Pal. 1. *Ismarios.* Mor. *Hismarios.* Seg. *Tiniacos.* Crev. *Tinacrios.* Goth. *Tanacrios.* Gall. *Tynacios.* Rel. *Thimachios.* Guelf. *Trinachios.* Pirckh., Leid. et Bersm. *Trinacrios.* Busl. *Tinniacos.* Dresd. *Tymatios.* Ed. pr. Heins. *Thimaos.* Put. *Thunateos.* Berol. *Traycios.* Iun. *Taenarios.* Ed. Bon. *Enochios.* Reliquae vett. edd. *Eniochos,* de qua scriptura Merula; „*Heniochi* fuere in ora Ponti Euxini, in Colchica regione montosa et importuosa. Strab. XI. p. 339., Senec. Thyest. v. 1048. Mirandum autem, Nasonem h. l. statim post Thracicum Bosporum ponere *sinus Heniochos,* quum Heniochi fuerint a dextra Euxini, quasi in extremo ipsius Ponti; navis vero Ovidii sinistrum tenuerit Getici litoris, ubi sunt civitates omnes, quas nominat, praeter Heniochos. Quare legendum videtur *Thynniacosque.* Thynnias enim oppidum fuit in ora Ponti sinistra inter Cyaneas et Apolloniam, cuius meminerunt Plin., Ptol., Mela. Strabo VII. p. 221. scribit. *Ab Apollonia ad Cyaneas stadia sunt M D; in medio autem spatio est Thynnias, Apolloniatarum ager.*" *Apollinis urbs* est Apollonia supra Thynnia in eadem Ponti Euxini ora Thracica sita, Milesiorum colonia. Strab. l. l.

Per Apollonis urbem, siquidem urbs maiore parte condita erat in parva insula, ut auctor est Strab. VII. p. 220. Conf. Plin. H. N. IV. c. 11.

36. *Alta.* Dresd., Goth. a 1. m., Busl., Franc. pro v. scr. et IV alii Heins. et Crev. *acta,* quod post Burmannum pro vulgata est. Leid., Iun., V alii Heins. et eius ed. pr. *apta.* Serv. et alius Heinsii *antra.* Unus *arcta.* Pol. 1., Vat. 1., Pal. 2. et II alii Heins. et vett. edd. *vecta.* Reliqui, etiam Guelf., Bern., Seg., Berol., Rel. *alta,* quam scripturam sequimur, ut quae potiorem habet auctoritatem vett. codicum, quanquam per se difficile est, utra genuina sit, *alta* an *vecta,* affirmare. *Acta* mihi falsum videtur.

Anchialus urbs supra Apolloniam in eodem Ponti litore. Strab. l. l., Mela II. c. 2., Plin. H. N. IV. c. 11. — Pal. 1. *Ancheladi.* Pirckh. *Athiali.* Seg. *Amerali.* Bern. *Alciali.* Alii alia.

Pro *findat* Heinsius dedit *tendat* ex Pol. 1., Vat. 1., Pal. 2. et III aliis, quod etiam Guelf. a 1. m., Bern. et Rel. a 1. m. habent. Reliqui vett. libri omnes *findat,* nisi quod Pirckh. *findit,* et Dresd. pro v. scr. *scindat.* *Findat iter* est *findendo aquas conficiat.* Vid. not. ad Her. IV, 16.

37. *Mesembriacos.* Put., Mor., Busl., Seg., Guelf. a 2. m., Heinsii ed. pr. et Bonon. *Mesamb.* Pal. 1. et Berol. *Mesambrialos.* Pirckh., Leid., Crev., Rel. *Mesanbriacos.* Pal. 2. *inde in Sambraticos.* — Dresd.,

Et quos Alcathoi memorant a moenibus ortos
Sedibus his profugos constituisse Lares. 40
A quibus adveniat Miletida sospes ad urbem,
Offensi quo me compulit ira dei.
Haec si contigerint, meritae cadet agna Minervae:
Non facit ad nostras hostia maior opes.

Pal. 1., exc. Voss., Franc. et multi alii Heins. et eius ed. pr. et vett. edd. *Opeson.* Crev. *Opason.* Gall. *Opesan.* Put., Mor., Serv., Busl., Iun., Leid., Pirckh., Bern., Rel., Goth. *Epheson.* Guelf. *portus epeson arces.* Seg. *Opesonis arces.* Bersm. *Ephesonis arces.* Berol. *Epesoda et arces.* Pal. 2. *Oponis arces.*

Mesembria et Odessos, quarum prior colonia Megarensium, altera Milesiorum, urbes et portus supra Anchialum, item *Dyonisiopolis,* quam Latine circumloquitur, *arces Bacchi nomine dictas* scribens. Strab. VII. p. 221. Mel. II. c. 2.

39. *Alcathoi.* Berol. *Alcihei.* Dresd. *Alcitoes.* VII Heinsii et Rel. pro v. scr. *Alchatoes.* Put., Gall., Serv., Franc., Crev., Rel. et Heinsii ed. pr. *Alchatois.* Iun., Leid., Seg. et vett. edd. *Alcathoae.*

Alcathoi a moenibus orti sunt Megarenses: Alcathoi enim urbs Megara, qui eam nova arce munivit et amplificavit. Paus. Att. c. 40. Plin. H. N. IV. c. 12. Horum vero colonia fuit Mesembria, et hinc deducta *Bizone,* inter Dionysiopolin et *Tomos,* exsilium Nasonis, sita, quam h. l. intelligit. Strab. VII. p. 220. Non enim tota terrae motu interciderat, ut auctor est Mela l. l. II. c. 2., sed magna parte, πολὺ μέρος. Strab. l. l.

40. *Profugos—Lares.* Sic Goth., Busl., Pal. 1., exc. Voss., Pirckh., Gall., Mor., Leid. a 2. m., XIV alii Heins. et eius ed. pr., Bern., Seg., Crev. et vett. edd. + Franc., Guelf., Rel. et Berol. *profugos—Larem.* Reliqui *profugum—Larem.*

Profugos Lares dixit etiam Rutil. I, 290. Met. III, 539.

Hac Tyron, hac profugos posuistis sede Penates,

Conf. Trist. I, 3, 30.

41. *Miletida — urbem,* Tomos, quod oppidum fuit colonia Milesiorum. Vid. ad III, 9. et ad I, 2, 83., *Miletis* adiect. fem. a *Miletum,* quod genus adiectivorum Naso frequentat. Vid. II, 225., Her. II, 6., XVI, 344.

42. *Compulit.* Sic unus Vat., Maff., exc. Voss. et III alii Heinsii et eius ed. pr., Mor. pro v. scr. et Berol. Reliqui libri omnes *contulit.* De re vid. ad I, 1, 20.

43. *Haec si contigerint.* Goth. *hoc* et Busl. *haec si contigerit. Contigerit* etiam Gall., Pirckh., Leid., Bern., Guelf. a 2. m., Crev., Mor. pro v. scr. et VI alii Heins. Rel. *hanc si contigerit,* quod sine iusta caussa edidit Heinsius. Reliqui codd. et vett. edd. *haec si contigerint;* optime.

Agna; nam non facit etc. Si quis autem ditior:

Vos quoque Tyndaridae, quos haec colit insula, fratres, 45
Mite, precor, duplici numen adeste viae!
Altera namque parat Symplegadas ire per arctas,
Scindere Bistonias altera puppis aquas.
Vos facite, ut ventos, loca cum diversa petamus,
Illa suos habeat, nec minus ista suos. 50

Pallada vittatae placabat sanguine vaccae —

ut est Met. XII, 151. Conf. Hor. Od. II, 4, 53., Tibull. I, 1, 21., Tr. II, 76. Cur Minervae, liquet e v. 1. — Goth. *contingerit merito. Merito* etiam Crev. et Dresd. pro v. scr. — Pol. 1. et alter Pal. *mitis cadet.* Berol. *cadat.*

44. *Non facit,* non convenit, de quo dicetur infra. Gall. *victima.*

45. *Tyndaridae,* Castor et Pollux, Iovis e Leda, Tyndarei uxore, filii, cum ab Iove inter astra collocati essent (Vid. ad IV, 5, 30.), ut praesentissima numina navigantium invocari sunt coepti. Senec. Quaest. N. I. c. 1. *In magna tempestate apparent quasi stellae velo insidentes: adiuvari se tum periclitantes existimant Castoris et Pollucis numine.* Vid. Plin. H. N. II. c. 37., Hor. Od. I, 12, 17., Mitscherl. ad Hor. Od. IV, 8, 31., Hemsterh. ad Lucian. D. D. XXVI. Mor. *Tyndarei quos haec habet ins.*

46. *Viae,* itineri. Glossa Rel. *viae, duabus carinis meis.* Bern., Leid., vett. edd., etiam ed. pr. Heinsii *rati.* Put. pro v. scr., Rel. pro v. scr. *fugae.* Reliqui *viae.*

Duplicem viam dicit; nam, ut supra dictum est, scripsit carmen hoc vel scriptum fingit in Samothrace, postquam prior navis, qua advenerat, iam in Scythiam iter suum erat ingressa. Dum igitur prior haec navis cursum suum persequitur, ipse in altera navi per Bistonias aquas a Samothrace in Thraciam conficere iter volebat. Itaque pro duabus navibus vota facit. Crev. *numina.*

47. *Per arctas.* Pal. 1. *per arctes.* Busl. *artos.* Pal. 2. *arces.* Put. *artes.* Berol. *auras.* Crev. *peratas.* Hamb., Dresd., Pol. 1. et 2., Vat. 1., Serv., Iun., Leid., Franc. et IX alii Heins., Guelf., Rel. *per arctas.* Plurimi Heins., Goth., Guelf. pro v. scr., Bern., Seg. et vett. edd. *per altas.* Priscian. Perieg. *hic sunt Symplegades arctae,* et postea:

E regione iacet locus hic Symplegados arctae.

Et angustiae erant, quae eas periculosas reddebant. Conf. Stat. Theb. V, 356. *Ora Cyaneis arctata vadis.*

48. *Scindere.* Bern. *findere.* Conf. v. 36. et I, 4, 3. Vat. 1. *Bistonidas,* probante Heinsio. Sed ne de codicum auctoritate, et quod vocalis sequatur, loquar, Naso utrisque saepe formis utitur: sic *Argolidas* et *Argolicas, Corycidas* et *Corycias,* al. Vid. not. ad Her. VI. 81.

50. *Nec minus ista.* Serv.,

ELEGIA XI.

Carmen hoc quasi epilogus est Tristium libri primi, in quo poëta lectorem rogat, ut, si quid in hoc libro minus eleganter scriptum sit, eo quod inter medios itineris labores atque pericula sit compositus, excuset.

Litera quaecumque est toto tibi lecta libello,
Est mihi sollicitae tempore facta viae.
Aut hanc me, gelido tremerem cum mense Decembri,
Scribentem mediis Hadria vidit aquis;

Leid., Busl. et Guelf. a 1. m. *illa.* Reliqui libri omnes *ista.* Atque *ille* de duobus a Nasone saepe geminatur. Her. II, 148.

Ille necis causam praebuit, illa manum.

Her. III, 28.

Ille gradu propior sanguinis, ille comes.

Conf. Her. XV, 26., Amor. I, 8, 84., I, 9, 9., Fast. V, 188. Sed undenam ille optimorum librorum omnium in scriptura *ista* consensus? Et *ista* rectum habet sensum, si δεικτικῶς accipias. — *Suos.* Vid. V, 5, 60. — Leid. *non minus.*

ELEGIA XI.

1. *Litera,* literarum nota sive signum, quod vocabulum hoc sensu Nasoni solemne. *Facta,* ducta, scripta. Her. II, 1.

— — — — — — perlege, non est
Ista Mycenaea litera facta manu.

Busl. et Seg. *scripta.*

Mihi facta, tibi lecta more poëtarum. I, 1, 127., II, 370.

Berol., Dresd., Goth., Crev., Guelf., Put., Gall., Pirckh., Iun., Leid. et XV alii Heins. *sollicito,* iam propter solam ambiguitatem suspecta scriptura. IV, 1, 50.

3. *Aut hanc.* Sic Goth., Bern., Put., Busl., Iun., Leid., Gott., Pirckh., X alii Heinsiani et ed. pr., nostri praeter Dresd. a 1. m. et Rel. a 1. m., et edd. saec. XV. praeter Bonon. Reliqui *haec,* non male. Barb. *aut ego.*

Vat. 1., Barb., Rottend. et Rel. a 1. m. *decembris,* unde Heinsius fluxit et edidit *gelidi decembris,* quod nunc prope pro vulg. est. Revocavi omnium prope vett. librorum scripturam *gelido mense decembri.* II, 491. *fumoso mense decembri. Mense decembri* quasi in unam notionem coaluit, ut *aes alienum,* unde Cic. *falso aere alieno;* neque omnino exempla substantivi cum duobus epithetis rara sunt. Catull. I, 1.

Cui dono lepidum novum libellum?

Tib. I, 7, 17.

Quid referam, ut volitet erebras intacta per urbes
Alba Palaestino sancta columba Syro —

Vid. Oudend. ad Suet. Ner. c. 37. Huc pertinent etiam exempla, quale est Art. A. II, 355.

Aut, postquam bimarem cursu superavimus Isthmon, 5
Alteraque est nostrae sumta carina fugae.
Quod facerem versus inter fera murmura ponti,
Cycladas Aegaeas obstupuisse puto.
Ipse ego nunc miror, tantis animique marisque
Fluctibus ingenium non cecidisse meum. 10
Seu stupor huic studio, sive est insania nomen:
Omnis ab hac cura mens relevata mea est.

Penelopen absens solers torquebat Ulixes —

Gott., Barb., Mun. *cum* — — *me.* Leid. *cum in gel. tr. me.* Medon. etiam *in gelido.* Pirckh. *cum gel. tr. cum.* —

4. *Hadria,* ut Hor. Od. III, 3, 5., de quo usu vid. Cort. ad Lucan. et not. ad Trist. V, 13, 1. De forma *Hadria* et *Adria* vid. Drakenb. ad Liv. V. c. 8. et Conr. Schneider Gr. L. Vol. I. p. 186. Ceterum *Hadriam* h. l. pro Ionio mari esse recte monet Scaliger de Emend. temp. VI. p. 536. Nam Brundusio Lechaeum vectus est Naso. Vid. I, 10. Leid. *in mediis.*

5. *Cursu.* Leid. *casu.* Perperam. Prima navi ex Italia pervenit Lechaeum, inde pede per Isthmum Cenchreas petiit, ubi alteram illam (I, 10, 48.) sumsit navim, quae Samothracen eum portavit. *Cursu* de celeri itinere terrestri. Iustin. XI. c. 8. *Quincenta stadia cursu fecit.* Conf. Lucan. I, 183. *Burm.* Isthmum, sc. Corinthium, inter sinum Corinthium et Saronicum, sive mare Ionium et Aegaeum. Plin. H. N. IV. c. 4. Cic. Or. in Rull. *Cum Corinthus sit posita in angustiis et faucibus Graeciae, sic ut terra claustra locorum teneat, et duo maria maxime navigationi diversa paene coniungat, pertenui discrimine separentur.* — Vid. Strab. VIII. p. 260.

Isthmus bimaris, ut Met. VI, 419. et passim.

7. Crev. *fera litora.* Seg. *proelia ponti.*

8. *Aegaeas,* quae sunt in mari Aegaeo, *quod est amplissimus sinus maris mediterranei a parte Orientali Isthmi Corinthi usque ad Hellespontum extensus,* Plin. IV. c. 11. *Cyclades* a Graeco κύκλος, quia, ut tradit Plin. l. l., *circa Delum in orbem quodammodo dispositae sunt.* — Leid. *Cyclades.* Gall. *Cycladis.* Berol. *obstupuere.*

9. *Ipse ego.* Pal. 1., II alii Heins. et eius ed. pr. *ipse etiam miror.* Bern. *ipse ergo haec miror.* Crev., Busl. *ipseque nunc.* Gall., Seg. *ipse etenim.* Pal. a 2. m. *saepe ego nunc.*

Fluctibus animique marisque. In deliciis habet Naso huiusmodi acumina. Her. XVIII, 129.

Cur ego confundor, quoties confunditur aequor?

11. *Seu stupor etc.* Mor. *sive huic insan.*

Insania. Conf. IV, 1, 37., V,

Saepe ego nimbosis dubius iactabar ab Haedis;
Saepe minax Steropes sidere pontus erat,
Fuscabatque diem custos Erymanthidos Ursae, 15
Aut Hyadas saevis auxerat Auster aquis;
Saepe maris pars intus erat; tamen ipse trementi
Carmina ducebam qualiacumque manu.

7, 39. II, 15. — V. 12. Franc. *relevata fuit.* Berol. *resoluta mea,* omisso *est.*

13. *Nimbosis.* Pal. 1. et III alii Heins. cum eius ed. pr. *mendosis.* Serv. et V alii Heins. et Crev. *ab undis.* Berol. *ab euris.* Iun. *ab oris.* — Haedi II stellae in manu aurigae, quarum ortu et occasu gravissimae tempestates erant. Oriuntur mense octobri, occidunt decembri, quod tempus poëtam significare diximus in Prooemio. Columell. XI. c. 1., Serv. ad Virg. IX, 668. et Heyn., qui laudat Arati Phaen. v. 678., Theocr. Idyll. VII, 407., Stat. Theb. VIII, 407. et 670.

14. *Steropes,* Put., Gall., Serv., Iun., Leid., Heinsii ed. pr., Busl., Goth., Seg., Guelf., Rel. et vett. edd. *Steropis.* Bersm. *Meropes.* II Heins. *Meropis.* Berol. *Cecropis.*

Sterope una e Pleïadibus, quas filias fuisse Atlantis et inter sidera translatas esse serior docet fabula. Post Pleïadum occasum tempestuosum mare. Latini *Vèrgilias* appellant. Voss. ad Virg. Georg. I, 138., Fast. IV, 172. seqq., Colum. IX. c. 1. et 2., Veget. IV. c. 39.

15. *Erymanthidos Ursae.* Vid. ad I, 4, 1. et ad III, 4, 47. — Put., Iun. et II alii Heins. *Atlantidos.*

16. *Hyades* Graeco nomine, Suculae Latine dictae, stellae sunt in fronte Tauri, *quae cum oriuntur et occidunt largos imbres cient.* Sic Gell. N. A. XIII. c. 9. Vid. Plin. H. N. II. c. 39. 41., XVIII. c. 26. De fabula vid. Hyg. F. 182.

Dresd., Rel. pro v. scr., Busl., Polit. 1. et 2., Leid. et XIII alii Heins., Crev. et vett. edd. *seris* Pal. *senis,* q. e. *seuis.* Ac *saevae aquae* sunt etiam I, 10, 8. Sed cum illud sidus magis imbres ac pluvias, quam tempestates, cieret, scriptura reliquorum librorum *seris* mihi praeferenda videtur. Columell. XI, *XIV Cal. Dec. Suculae mane oriuntur: pridie Cal. Dec. totae Suculae occidunt.*

Auxerat. Sic Gall., Leid., Pirckh., Franc. a 1. m., et alius Heins. et ed. Bonon., Dresd., Seg., ac sic e cod. citatum a Behotio Apophor. I. c. 1. Put. *haureat.* Reliqui codd. et vett. edd. *haduserat,* in qua scriptura ego sanum reperire sensum nequeo: nam exempla, quae e Statio attulit Heinsius, huic loco parum sunt similia. Contra *auxerat* sensum habet aptum; *auxerat* enim auster vim aquarum Hyadum, ut quae per se, ut nomen praefert, pluviam ferrent; et potest auster *augere,* qui est *humidus aut aestuosus,* teste Plin. H. N. XVIII. c. 33. et II. c. 48. Vid. Met. I, 66., Hor. Sat. I, 1, 6. V. 17. Leid. *timenti.*

18. *Ducebam.* Put. *dictabam.*

Nunc quoque contenti strident Aquilone rudentes,
Inque modum tumuli concava surgit aqua. 20
Ipse gubernator tollens ad sidera palmas
Exposcit votis, immemor artis, opem.
Quocumque adspicio, nihil est nisi mortis imago,
Quam dubia timeo mente, timensque precor.
Attigero portum; portu terrebor ab ipso: 25
Plus habet infesta terra timoris aqua.

Recte habet *ducebam*, quod ipsum actum literas pingendi declarat, uti etiam ex illis *trementi manu* apparet. Vid. Met. I, 649. et X, 216.

Qualiacunque, modeste, ut I, 7, 12.

19. *Strident*. Dresd., Pal. 1. et 2., Vat. 1., Pol. 1., Serv., Franc., X alii Heins., eiusdem ed. pr. et Crev. *stridunt*. Reliqui vett. libri omnes *strident*, nisi quod Iun. *suadent*. Heinsius dedit *stridunt*, laudans Fast. VI, 140.

Causa quod horrenda stridere voce solent —

Sed caussam mutandi non video, nec si alibi *stridere* paenultima correpta Naso posuit, inde sequitur, etiam, ubi non poscebat ratio metrorum, indicativum tertiae coniugationis eum posuisse. Serv. ad Virg. A. II, 418.: *Stridunt quidam*, inquit, *antique dictum tradunt, nos autem dicimus strideo strides*. Notum etiam est, Ovidium antiquam orationem minime sectari. De sensu conf. I, 4, 9. Barb. *distenti*. Busl. *constricti*.

20. *Inque modum tumuli*. Conf. I, 2, 31. Virg. Georg. IV, 361.

Curvata in montis faciem circumstetit unda,
Accepitque sinu vasto, misitque sub amnem.

Tres Heins. *cumuli*, e simitudine antiquae literae orta varietas.

21. *Tollens*. Franc. et II alii Heins. et Dresd. pro v. scr. *tendens*. Utrumque dicitur. Met. VI, 368. *tollensque ad sidera palmas*. Conf. Fast. IV, 3, 15. 22. — Fast. III, 593.

Vincitur ars vento, nec iam moderator habenis
Utitur, at votis: hic quoque poscit opem.

Met. II, 185.

— — — — cui (*navi*) victa remisit
Frena suus rector, quam dis votisque reliquit.

Conf. Virg. A. V, 233., II, 185. et Trist. I, 4, 12.

23. *Adspicio*. E V nostris tres: Berol., Crev. et Rel. *adspicio*, atque inde coniici potest de Heinsianis, quod etiam loci rationi accommodatius, et inter praesentia est. Vid. ad I, 2, 23. Reliqui codd. et vett. edd. *adspexi*. Ed. Bonon. *adspexit*.

24. „*Quam dubia mente timeo, et, licet timeam, precor sive opto.*“ Vid. I, 4, 23.

25. *Attigero*. Pirckh. pro v. scr. et Berol. *attingam*. Leid. *attigerim*. Guelf. a 2. m. et Rel. *attigeram*. Crev. *attingo*. Vett. edd. praeter

Nam simul insidiis hominum pelagique laboro,
Et faciunt geminos ensis et unda metus.
Ille meo vereor ne speret sanguine praedam,
Haec titulum nostrae mortis habere velit. 30
Barbara pars laeva est, avidae succincta rapinae,
Quam cruor et caedes bellaque semper habent.
Cumque sit hibernis agitatum fluctibus aequor,
Pectora sunt ipso turbidiora mari.
Quo magis his debes ignoscere, candide lector, 35
Si spe sint, ut sunt, inferiora tua.

Bonon. *contingam.* Dresd., Goth., Seg., Bern., Busl., Pal. 1., Pol. 1. et 2., Franc. et multi alii Heins., Pirckh., Guelf. a 1. m. et ed. Bonon. *attigero,* q. e. *si attigero.*

Portum Thraciae significari patet ex iis, quae dicta sunt ad I, 10.

VII Heins., Bersm., Berol. et Rel. *terrebar.*

26. Conf. IV, 4, 60. — V. 29. Put. *ipse.* Busl. *timeo.* Mor. *timeo, speret ne.*

30. *Titulum,* honorem, laudem, *nostrae mortis.* Conf. I, 1, 53. Dresd. *et titulum,* pro v. scr. *hic.*

31. *Laeva,* sc. Septentrionem et Tomos petenti. Conf. I, 2, 83.

Succincta, h. e. parata, promta, ac sic est in exc. Voss. — Dresd. a 1. m., Pal. 1. et 2., Mor., Serv., Franc. a 1. m., et multi alii teste Heinsio, eiusdem ed. pr., et Goth. pro v. scr. *substrata.* Guelf. a 1. m. *substrasta.* Busl. *substracta.* Duo alii Heins. *subtrata.* Pirck. et vett. edd. *substructa.* — Bern., Dresd. pro v. scr., Seg., Rel., Barb., Bersm. *submissa,* quod dedit Bersm. et explicat, *dedita* et quasi mancipata. Leid., Franc. a 2. m. et VI alii Heins., Guelf., Crev. *subiecta.* Berol. pro glossa, Franc. et II alii Heins. *intenta.* Herc. *instructa.* Goth. a 1. m. *avidae que adducta.* — Retinui Burmannianam scripturam *succincta,* non quod eam genuinam putem, sed quia in tanta varietate verum dispicere non possum, et incertam pro incerta dare nolo. Heinsius coniecit *obiecta,* Merkel *obstricta.*

De re conf. II, 191.

32. *Semper habent.* Pal. 1. et Heinsii ed. pr. *semper agunt,* q. e. impellunt ut feros et furiosos, etiam non male. Sed vulgata bene. Burm. Crev. *et cruor.* —

33. 34. Vid. ad v. 9.

35. *Quo magis etc.* Eodem modo tenuitatem carminum horum excusat I, 1., IV, 1. et ubi non? — Put., Franc., Iun., Mor., Pirckh., Berol., Rel., Bersm. et ed. Bonon. *quoque magis debes.*

36. *Si spe sint.* Heinsius primus recepit *si spe sunt,* et sic Gall., Mor., Serv., Busl., Leid., Pol. 1., Pal. 2., Franc. et VIII alii

Non haec in nostris, ut quondam, scribimus hortis,
Nec, consuete, meum, lectule, corpus habes.
Iactor in indomito brumali luce profundo,
Ipsaque caeruleis charta feritur aquis. 40
Improba pugnat hiems, indignaturque, quod ausim
Scribere se rigidas incutiente minas.
Vincat hiems hominem; sed eodem tempore, quaeso,
Ipse modum statuam carminis, illa sui.

et eius ed. pr., Dresd., Crev., Seg. Ac tale fere est illud Ciceronianum Tusc. IV. c. 34. *Sin autem est aliquis amor, ut est certe, qui nihil absit aut non multum ab insania, qualis* etc. Sed meliores Heins., etiam Goth., Berol., Rel. et vett. edd. praeter Bonon sic, ut dedimus. Conf. IV, 1, 1.

37. *Horti*, sive villae, Romanis praecipue sunt loci quietis atque ingenui otii. Cic. de Orat. II. et Tuscul. *Hortos* enim fere pro *villa* poni, firmatur cum aliis locis permultis tum lepida illa Ciceronis narratione Off. III. c. 4., ubi de eodem fundo nunc *horti* nunc *villa* dicitur; ac villam esse vetussimum hortorum nomen tradit Plin. H. N. XIX. c. 4. Positi autem erant illi Nasonis horti ultra pontem Milvium ad III. ab Urbe lapidem, ubi Clodia (sive Claudia) via Flaminiae iungebatur. Cluv. Ital. Antiq. II. c. 3. Pont. I, 8, 41.

— — piniferos positos in collibus hortos,
Spectat Flaminiae Clodia iuncta viae:
Quos ego nescio cui colui; quibus ipse solebam
Ad sata fontanas, nec pudet, addere aquas.

Conf. Trist. IV, 8, 27. — Pal. 1. *nec haec.* Pal. 1. 2., Pol. 1., Vat. 1., Leid., Gall., Busl., et XII alii Heins., Guelf., Goth., Dresd., Crev., Seg., Rel. *Scripsimus;* minus recte: nam nunc etiam id agit, ut scribat. Conf. v. 40., et sequitur: (sed) *iactor.*

38. *Lectule. Lectulum* lucubratorium dicit. Vid. Suet. Oct. c. 78. ibi Causaub. Conf. A. A. III, 542. et Tr. IV, 8, 27. Senec. Ep. 72. *Quaedam sunt, quae possis et in cisio scribere; quaedam lectum et otium et secretum desiderant.*

39. *Luce.* Busl. *nocte.* Pirckh. et II alii Heins., Goth. et ed. Bonon. *in immenso.* Berol. et Dresd. pro v. scr. *iactor et ind.*

42. *Incutiente minas.* Caussa nulla erat, cur Heinsius mallet: *rigidas iniiciente manus. Rigidas minas intonare* ipse Ov. Amor. I, 7, 46., *saevas minas increpare* Prop. I, 18, 6., *incutere vim* Virg. A. I, 73.

43. *Vincat hiems hominem.* Stat. Silv. III, 2, 76. *inque hominem surrexit hiems.*

44. *Sui,* sui impetus, sui furoris. Seg. *ipsa.*

P. OVIDII NASONIS

TRISTIUM

LIBER II.

Hic liber scriptus est ad Caesarem Augustum, in quo poeta crimina sua apud Principem excusat, eumque permovere studet, ut propiorem sibi ac mitiorem exsilii locum concedat. Atque ordo carminis talis est. Carminum studio sese periisse, incipit, itaque fortasse praestare, illud plane abiicere: fieri tamen quoque posse, ut carmine Augustus placetur (v. 1—40.); cum praesertim summa sit eius clementia, et ipse semper eius rebus ex animo deditus fuerit, laudesque eius in carminibus suis, atque in ipsa quoque Arte illa pro viribus celebrarit (41—76.), ac praeterea innocens semper atque honeste vixerit, et ipsi quoque Principi vitam suam priorem probarit (—98.). Quod autem nuper peccarit, magis errore se animique levitate, quam pravo consilio malaque voluntate lapsum esse; tantam autem expertum esse Principis clementiam. ut spem alat, placari eum posse (98—205.). De criminibus suis, alterum silendum esse neque oratione memoriam eius renovandam; quod ad alterum compositae a se Artis amatoriae attineat, sperare se, ipsum Principem, caussa melius cognita, nullam a se legem violatam esse, iudicaturum: quae primum, ut primi versus praeferant, non matronis et ingenuis feminis scripta sit (207—252.). Quod autem, licet solis meretricibus liber compositus sit, tamen honestae quoque mulieres legere eum possint; si ad nequitiam pronae sint, non Artem solam vitiorum alimenta praebere, sed vel ex optimis libris peccandi materiam eas posse repetere, vel ex Lucretio et Annalibus Ennii; nihil denique non in malum posse converti, velut ignem, herbas salubres, enses, eloquentiam (253—267.). Ut tamen Ars vere corrumpendi vim habeat, ne sic quidem eam esse damnandam; nam etiam theatra, circum, ipsa quoque templa atque delubra deorum pravitati atque nequitiae alimenta praebere, quae loca feminas adire lege prohibitum non sit, quum ipse ab Arte sua

legenda abstinere iusserit; neque solam lectionem mollium carminum corrumpere, ut neque adspectus prostantium meretricum honestas feminas corrumpat (275—312.). Quod autem non gravioris argumenti res cecinerit, ingenium suum maioribus carminibus parum aptum esse, mores autem suos et vitam longe semper a praeceptis illis, quae in Arte sua proposuerit, abhorruisse (313—360.). Nec se solum ludicra et amatoria composuisse. Apud Graecos amores impune cecinisse Anacreontem, Sappho, Callimachum, Menandrum, et ipsum quoque Homerum (361—380.). Fabulam porro sive tragoediam nullam non amores tangere (381—412.). Ne eos quidem, qui res obscoenissimas in carminibus proposuissent, poenam subiisse (413—420.). Neque enim deesse apud Romanos, qui amores sine damno cecinerint, Catullum, Tibullum, Propertium, alios (421—470.). Sic etiam alias nugas carminibus impune esse tractatas (471—496.). Quin ipsos Mimos, qui nil nisi turpia contineant, impune et scribi et agi et spectari, ac turpissimas quoque tabulas et imagines sine culpa in domibus atque cubiculis haberi (497—528.). Nec castissimum quidem Augustoque carissimum atque amicissimum poëtam, Maronem, in iuventute ab amoribus canendis abstinuisse. Atque si ipse Artem iuvenis luserit, multa tamen etiam severioris ac gravioris argumenti carmina composuisse. Itaque illud quidem nondum rogare, ut in patriam redire sibi liceat, sed ut tutior tantum pauloque quietior sibi exsilii locus concedatur. — Novi libri initium non agnoscunt Iun. et Pirckh., qui inscribit: Epistola longa XII., et Rel., qui XIII numerat.

Quid mihi vobiscum est, infelix cura, libelli,
Ingenio perii qui miser ipse meo?

1. *Quid mihi vobiscum est.* Mor, et III alii *est* omittunt. *Burm.* Ob oculos habuisse hunc locum Martialis videtur II, 22, 1.

Quid mihi vobiscum est, o Phoebe novemque sorores?
Ecce nocet vati Musa iocosa suo.

Ov. Her. XV, 52.

Quid mihi cum Lesbo? Sicelis esse volo.

Conf. Amor. III, 8, 50. *Libelli* sunt pro carminibus, quae libellis et voluminibus continentur.

Cura. Conf. I, 11, 12., IV, 1, 93.

2. *Ipse meo.* Singularis, certe imprimis frequens, est apud Nasonem hic modus loquendi, praecipue in fine versus. Pauca e multis exempla apponam. Her. IX, 95.

Quaeque redundabat fecundo vulnere serpens,
Fertilis et damnis dives ab ipsa suis.

Trist. IV, 4, 69.

Quo postquam, dubium pius an sceleratus, Orestes
Exactus furiis venerat ipse suis.

Her. XII, 116.

Ut caderet cultu cultor ab ipse suo.

Her. V, 134.

Et poteras falli legibus ipse tuis.

Her. XIII, 116.

Cur modo damnatas repeto, mea crimina, Musas?
An semel est poenam commeruisse parum?
Carmina fecerunt, ut me cognoscere vellent 5
Omine non fausto femina virque meo;

Languida laetitia solvar ab ipsa mea.

Art. A. III, 668.

— — indicio prodor ab ipse meo.

Pont. III, 3, 46.

Discipulo perii solus ab ipse meo.

Amor. I, 7, 26.

Et valui poenam fortis in ipse meam.

Amor. II, 9, 4.

— — — in castris vulneror ipse meis.

Amor. II, 11, 54.

Cur ego non votis blandiar ipse meis.

Amor. I, 4, 46.

Exemplique metu torqueor ipse mei.

Vid. Trist. I, 7, 16., II, 86. 368., IV, 3, 66., V, 4, 45., V, 1, 10., V, 12, 48., Amor. II, 6, 36., Fast. IV, 24., Art. A. II, 114., Fast. III, 488. 502., Met. II, 382., III, 229. 387. 440., VI, 493., IX, 156. 473., X, 111. 170. 215. 277., XII, 301., XIII, 809. 815. Ac vim huius orationis explicare post tot allata exempla, supervacaneum est.

3. *Damnatas.* Mor. *damnosas.* Novem *mea carmina.* Rich. et alius *quid modo.* Iun., Guelf. a 2. m. *cur ego.* Burm. *Damnatas,* sc. ab Augusto. Scriptura *damnosas* nec apta ad illa *mea carmina,* et postulat vulgatam antithesis, quae est in illis *poenam commeruisse.* De scriptura *carmina* non opus est dicere, quae intolerabilem efficit tautologiam. Infra v. 9.

Deme mihi studium (*poëticum, Musas*) vitae quoque crimina demes.

I, 7, 21.

Vel quod eram Musas ut crimina nostra perosus —

Conf. II, 61 et I, 1, 23. Goth. *mea* — *modo.*

5. *Vellent.* Sensus horum versuum est: *carmina me reddidere clarum, sed eadem mihi caussa exsilii fuerunt.* Poëticum ornatum et elegantiam ipse vides. Vss. 5. et 6. in Seg. desiderantur.

Vellent Gall., Busl., Leid., Franc. a 1. m. et VI alii Heins., Guelf., Berol., Crev., ed. pr. Heinsii et reliquae saec. XV. — Quinque Heins., Bern., Rel. a 1. m. et Franc. a 2. m. *possent.* — Iun. et exc. Voss. *posset.* Dresd., Rel. a 2. m. et reliqui *vellet,* quam scripturam, si maiorem haberet codd. auctoritatem, retinuissem, propter illud *notaret* v. 7., cuius modi concinnitates Ovidius saepe affectat, neque singularis abhorret ab eius consuetudine dicendi.

Ib. v. 118.

Gaudeat adversis femina virque tuis.

Tr. IV, 3, 23.

— — — — — dum te lectusque locusque
Tangit —

II, 501.

Nubilis hos virgo, matronaque virque puerque
Spectat.

6. *Meo.* Heinsius e Put. dedit *mea,* atque ita Latine dici potuisse

Carmina fecerunt, ut me moresque notaret
Iam pridem visa Caesar ab Arte meos.
Deme mihi studium; vitae quoque crimina demes:
Acceptum refero versibus esse nocens. 10

docet v. 8. et Pont. II, 5, 5. 6. Sed *meo* recte habet; dictum enim, *omine infausto meo*, quo modo *malo meo* V, 1, 44. — Patav. *meae*.

7. *Me moresque*. Conf. I, 9, 59. seqq. — *Notaret*. Conf. v. 541.

8. *Iam pridem visa*. Vat. 1., Pol. 2., Pal. 2. et quartus Heinsii, et Guelf. *iam demum visa*. Put., Gall., Mor. a 1. m., Serv., Iun., Franc., X alii Heinsii, Bern., Rel., Berol., Crev., Dresd., Goth. *iam pridem visa*. Reliqui et vett. edd. *iam pridem invisa*. Scriptura *iam demum visa* nihil probabilitatis habet. Quid enim? num credibile est, Augustum, qui tantus admirator poëtarum erat, tantus amator nequitiarum, elegantissimam Nasonis Artem amatoriam post X demum annos (vid. ad v. 545.) inspexisse? Restant *iam pridem invisa* et *iam pridem visa*, e quibus prior Augustum vetusto potissimum odio ad exsilium ipsum damnasse dicit, altera accusat quod, licet diu Artem noverit, et vetus crimen sit, ex ea caussam exsilio se multandi repetierit; quae quidem scriptura, cum plurimorum codicum auctoritatem habere videatur, hoc magis eam praeferendam esse putavimus, quod infra v. 540. eadem sententia repetitur. — Unus Vat. *summa C. ab arte*. Bern., Bul. et Crev. *mea*. — V. 9. Leid. *vitae mihi*.

10. *Acceptum* vel *in acceptum referre* proprie est scribere in tabulis (acceptorum et expensorum), te accepisse (cuius contrarium est *expensum referre*); et universe *debere*. Talia etiam in malis rebus usurpari, exemplis docui ad Her. XI, 128. Conf. Trist. II, 90. Leid. et VIII alii Heins. *acceptis*.

Esse nocens, quasi per attractionem quam vocant, nominativns cum inf. pro accus. cum inf. Quam verborum compositionem tritam et vulgarem in verbis *volo*, *cupio* et paucis aliis, poëtae aureae aetatis, morem Graecum imitantes, extenderunt, unde postea in solutam quoque orationem transiit. Sic *ait* cum nom. et inf. posuerunt Hor. Epist. I, 7, 22. et Catullus IV, 2., Virg. A. II, 377. *sensit*. Art. A. I, 345.

Quae dant quaeque negant, gaudent esse rogatae.
Amor. II, 4, 14.

Spemque dat, in molli mobilis esse toro.
Met. XIII, 141.

— — — — — — quia retulit Aiax,
Esse Iovis pronepos.
Pont. I, 5, 65.

Hoc, ubi vivendum, satis est si consequor arvo.
Inter inhumanos esse poëta Getas.
Trist. IV, 8, 30.

Optabam, placide vivere posse senex.
Propertius utramque constructionem coniunxit III, 4, 40.

Me quoque consimili impositum torquier igni
Iurabo, et bis sex integer esse dies.

Hoc pretium curae vigilatorumque laborum
Cepimus; ingenio poena reperta meo.
Si saperem, doctas odissem iure sorores,
Numina cultori perniciosa suo;
At nunc, tanta meo comes est insania morbo, 15
Saxa malum refero rursus ad icta pedem.

Vid. ad Tr. IV, 3, 51., III, 11, 21. et III, 14, 2., Vechner. Hellenol. I. c. 2.

Nocens est contrarium vocis *innocens*.

11. *Curae.* Sic Pirckh., unus Bonon., Bersm. et III alii Heins. pro v. scr., etiam Dresd. pro v. scr., quod primus edidit Heinsius: confirmat eam scripturam illud *ingenio* versus subsequentis, quod idem declarat, quod *cura* et *vigilati labores* huius versus. Reliqui libri consensu *pretium vitae.*

Vigilatorum. Vid. I, 1, 108. Rel. pro v. scr. *evig.*

Ingenio. Vid. III, 3, 74. Quatuor Heins., Goth. et Crev. *meo est.* Berol., Franc. et multi, ut videtur, Heinsii et vett. edd. *ingenio est.* XII Heinsii item Dresd., Busl., Goth., Guelf., Rel. et Bern. *est* omittunt.

13. *Doctas — sorores. Doctae sorores* h. l. et Met. V, 255. per periphrasin Musae intelligendae, quae illo *doctus* satis significantur. Sic eaedem V, 12, 64. *novem sorores,* et IV, 10, 39. *Aoniae sorores.* Conf. V, 12, 64., Tib. III, 4, 45. Eodem modo circumscribuntur *Parcae* Her. XII, 3. et *Furiae.* Sed eaedem omnes etiam simpliciter *sorores* appellantur, nimirum si, quae sorores significentur, ex contextu sermonis intelligitur. Sic Musae *sorores* simpliciter IV, 1, 29., Parcae Her. XV, 8., Furiae Met. IV, 471. Sunt autem Musae novem (V, 12, 45.) deae cantus et carminum et artium, quas Iovi Mnemosyna in Pieria in Macedonia peperit. Hesiod. Theog. init., Cic. de Nat. Deor. III. c. 21., Serv. ad Virg. A. I, 8. *Doctus* commune nomen cuiusvis artificii. Vid. not. ad III, 7, 12. Busl. et Goth. *puellas.*

14. *Cultori* h. e. mihi Nasoni, qui eas colui. Haec sententia persaepe redit in his carminibus. III, 14, 6., IV, 1, 29., V, 1, 67. et al. — Iun. *non vitiosa.*

15. *Insania.* Conf. I, 11, 12. *Comes morbo.* Conf. I, 9, 11. Leid., *at si.*

16. *Saxa malum. Malum* exhibent Put., Mor., Serv., Busl., Vat. 1., Pal. 2., Pol. 1. et 2., Iun. et IX alii Heins., Seg., Rel., Berol. et Dresd. Confirmant Goth., qui habet *laesum saxa fero,* et unus Vat., qui pro v. scr.

Laesum saxa pedem rursus ad icta fero.

Guelf. in rasura, Gall., Leid., VII alii Heins. et eiusdem ed. pr., Bern. et Crev. *meum.* Paucissimi codd. et vett. edd. *saxa memor,* satis bona scriptura, si maiorem auctoritatem vetustatis haberet. *Meum* languet. Itaque *malum* re-

Scilicet ut victus repetit gladiator arenam,
Et redit in tumidas naufraga puppis aquas.
Forsitan, ut quondam Teuthrantia regna tenenti,
Sic mihi res eadem vulnus opemque feret; 20
Musaque, quae movit, motam quoque leniet iram:
Exorant magnos carmina saepe deos,

vocavi, quod est *laesum, saucium,* notio generis pro speciei. De sententia vid. I, 1, 55., IV, 1, 30., Pont. I, 5, 37. seqq. — Put. *ista.* Duo alii Heins. *acta.*

17. *Scilicet ut.* Heinsius non debebat ex uno Bonon. et ed. Bonon. *novare scilicet et,* quamvis recte h. l. dici posset. Vid. IV, 6, 23., unde ista varietas fluxisse videtur.

Arenam. Vid. ad v. 282. Gall. *repet. vict.*

19. *Teuthrantia regna tenenti.* Telephum dicit Herculis ex Auge Nympha filium, qui Teuthrantis Mysiae regis filiam, Argiopen, uxorem duxit, atque ita Mysiae regni heres factus est. Is in bello Troiano ab Achille vulneratus erat, quod vulnus ex oraculi responso nonnisi eadem Achillis hasta sanari poterat. Igitur supplex adiit Achillem, qui hastae rubigine *victum orantemque refecit,* ut est in Met. XIII, 172. Vid. Hyg. F. 101., Apollod. II. c. 7. et III. c. 9. ibique Heyn., Prop. II, 1, 65., Trist. I, 1, 100., V, 2, 15., Pont. II, 2, 26., Amor. I, 9, 7.

20. *Feret.* Iun. et alius Heins. et Berol. *ferat* et *leniat.* Sed *forsitan* et omnino recte cum futuro ponitur, et hoc loco futurum etiam melius est: namque illud opinantis, futurum exspectantis est. Exc. Voss. *dabit.*

21. *Musaque, quae movit.* Pal. 1. et 2., Put., Mor., Serv., Franc., Bern., Guelf. a 1. m., Goth., Seg., Berol., Crev. et XII Heinsii *quam movit,* quod primus edidit Heinsius. Reliqui omnes et vett. edd. *quae movit,* quam scripturam postulat concinnitas. Praecessit: *sic mihi res eadem vulnus opemque feret:* iam illa exponuntur: et *Musa, quae movit iram* (respondet illi *res eadem*), *motam quoque leniet.* Ac nonne *quam movit* et *motam* prorsus idem valent? Trist. V, 2, 17.

— — — — — — — — opto,
Vulnera qui fecit, facta levare velit.

Her. XX, 73. *Idem, qui facimus, factam tenuabimus iram.* Plura exempla huius orationis vid. ad III, 5, 11. *Quoque* e vulgari consuetudine dicendi ponendum erat post *leniet;* verum ea particula, si notio, ad quam ea pertinet, pluribus verbis enuntiatur, post primum statim vel quodvis etiam vocabulum ponitur. Her. IV, 3. 4.

Perlege quodcumque est: quid epistola lecta nocebit?
Te quoque, in hac aliquid, quod iuvet, esse potest.

Met. XIII, 63.

Qui licet eloquio quoque Nestora vincat.

Conf. Trist. V, 13, 25., Tibull. II, 1, 11. Franc. pro div. script. *fi-*

Ipse quoque Ausonias Caesar matresque nurusque
Carmina turrigerae dicere iussit Opi.
Iusserat et Phoebo dici, quo tempore ludos 25
Fecit, quos aetas adspicit una semel.
His, precor, exemplis tua nunc, mitissime Caesar,
Fiat ab ingenio mollior ira meo.

niet. Unus Heins. et Goth. *finiat.* Rel. *motam mihi.* Pirckh. *motamque leniet.*

23. *Ausonias.* Vid. I, 2, 92.

24. *Opi.* Ops, numen Phrygium, etiam Magna mater, Rhea et Cybele appellatum, in cnius honorem praeter Megalensia ex edicto Caesaris Augusti ab a. U. C. DCCXLVI quotannis una cum Saturnalibus a XIV. a. C. Ian. per tres dies Opalia agebantur. Pingebatur et fingebatur ea dea coronam turritam in capite gerens, quia ei *cordi turrigerae urbes,* ut est apud Virg. Aen. X, 253, ubi vid. Serv. De hac dea omnia illustrata sunt ab Ovidio in Fast. IV. a v. 181. Vid. Macrob. Saturn. I, c. 10.

25. *Iusserat et Phoebo dici.* Scilicet in ludis et sacris saecularibus, in quibus Phoebus et Diana imprimis colebantur, quae Augustus a. U. C. DCCXXXVII maximo apparatu celebranda curavit (Sueton. Oct. c. 31., Dio L. LIV.); et in ea solemnia Horatium poëtam carmen saeculare, a choro virginum et puerorum canendum, componere iussit, quod etiam nunc exstat. De choris illis et omnino de illis sacris vid. quae disputavit Mitscherl. ad Hor. Carm. Saec. Circumscriptio illa *quos aetas adspicit una semel* pro *saecularibus* alludére videtur ad consuetudinem, qua praeco ad horum ludorum spectacula invitans sic loqui solebat: *Hos ludos, quos acturi sunt, nemo vestrum spectavit nec spectaturus est.* Huc pertinet Suet. Claud. c. 21. *Fecit et saeculares, quasi anticipatos ab Augusto, nec legitimo tempori reservatos: quamvis ipse in historiis suis prodat, intermissos esse, Augustum multo post diligentissime annorum ratione subducta in ordinem redegisse. Quare vox praeconis irrisa est, invitantis more solemni ad ludos, quos nec spectasset quisquam, nec spectaturus esset, cum superessent adhuc, qui spectaverant, et quidam histrionum producti, tunc quoque producerentur.* Idem in Domit. *Fecit et ludos saeculares, computata ratione temporum ab anno, non quo Claudius proxime, sed olim Augustus ediderat.* Conf. Monum. Ancyr. p. 374. *Iusserat,* sc. novem annis ante Opalia.

27. „His, precor, exemplis, quibus tu ipse carminibus deos placare iussisti, tua quoque nunc ira ab ingenio meo (per carmina mea, quae sunt ingenii foetus, vid. v. 12.) mollior, mitior fiat, mitigetur.“ De structura illa *fiat ab ingenio,* et singulari illo usu ablativi cum praepos. *a,* ubi vulgo aut simplex ablativus aut *per* cum accus. ponitur, conf. infra v. 462., Trist. IV, 4, 76., IV, 5, 3. et vid. not. ad IV,

Illa quidem iusta est, nec me meruisse negabo:
Non adeo nostro fugit ab ore pudor. 30
Sed, nisi peccassem, quid tu concedere posses?
Materiam veniae sors tibi nostra dedit.
Si, quoties peccant homines, sua fulmina mittat
Iupiter; exiguo tempore inermis erit.
Hic, ubi detonuit, strepituque exterruit orbem, 35
Purum discussis aëra reddit aquis.
Iure igitur genitorque deûm rectorque vocatur;
Iure capax mundus nil Iove maius habet.
Tu quoque, cum patriae rector dicare paterque,
Utere more dei nomen habentis idem. 40

10, 16. Conf. Goerenz ad Cic. de Fin. I. c. 5. et Hand ad Tursell. I. p. 27. Pont. I, 1, 41.

Scimus, ab imperio fieri nil tale Dianae.

Gall. *ab ignaro.* A v. 27. multi codd. novum carmen ordiuntur, etiam Dresd., Berol., Crev., Seg. et Guelf. —

30. *Ab ore;* nam *os* sive vultus sedes pudoris. — V. 31. Pirckh. et ed. Bonon. *et nisi.* [Tres Heins. et vett. edd., praeter Bonon., *tu quid.*

33. *Peccant homines.* Gall., Pol. 1., Pirckh. et II alii Heins., item Bern., Guelf. *homines peccant,* quod primus expressit Heinsius. Sed reliquorum vett. librorum omnium scriptura et positione et sono elegantior est. Ven. a. 1486. *peccent.*

35. *Hic ubi.* Sic Put., Gall., Mor., Busl., Pal. 1., Iun., Leid. et XI alii Heins. et eius ed. pr., Bern., Guelf. a 2. m., nostri V et ed. Bonon. Reliqui *nunc ubi.* Gall. *trepidumque,* quod probabat Heinsius, allato Sil. III, 229.

Nec bellum raptis tam dirum mille carinis
Acrius infremuit, trepidumque exterruit orbem —

Neque quicquam insoliti habet hic usus adiectivi, quod vocant, anticipati. Met. VI, 248. *laniataque pectora plangens.* Sed sequendi sunt vett. libri. — *Detonuit.* Amat Naso huiusmodi composita: sic *depudere, debellare, decantare,* al. Infra v. 124. est *ematurescere.* Guelf. a 2. m. et Berol. *strepitu deterruit.* Put., Serv. et IV alii Heins. *conterruit.* Leid. *perterruit.* — V. 36. Seg. *fecit.*

37. Iun., Leid., Mor., Gall. et ed. Bonon. *rectorque d. genitorque.* — Hor. Od. I, 12, 13.

Quid prius dicam solitis Parentis
Laudibus, qui res hominum ac deorum,
Qui mare ac terras variisque mundum
Temperat horis?
Unde nil maius generatur ipsq,
Nec viget quicquam simile aut secundum.

Conf. Met. II. 60., Fast. V, 125.

39. *Patriae rector d. paterque.* Illustratur hic locus Suet. Oct. c.

Idque facis, nec te quisquam moderatius unquam
  Imperii potuit frena tenere sui.
Tu veniam parti superatae saepe dedisti,
  Non concessurus quam tibi victor erat.
Divitiis etiam multos et honoribus auctos 45
  Vidi, qui tulerant in caput arma tuum;
Quaeque dies bellum, belli tibi sustulit iram,
  Parsque simul templis utraque dona tulit.
Utque tuus gaudet miles, quod vicerit hostem;
  Sic, victum cur se gaudeat, hostis habet. 50

58. *Patris patriae cognomen universi repentino maximoque consensu detulerunt ei, prima plebs —; mox in curia senatus* (a. U. C. DCCLII.) *neque decreto, neque acclamatione, sed per Valer. Messalam. Is mandantibus cunctis: „Quod bonum, inquit, faustumque sit tibi, domuique tuae, Caesar Auguste; sic enim nos perpetuam felicitatem rei publicae et laeta huic precari existimamus: senatus te consentiens cum populo Romano consalutat Patriae Patrem“,* ubi vid. interpp. De tempore, quo id factum, vid. etiam Perizon. Animadv. historic. c. 7. Conf. Trist. II, 157., IV, 4, 13., Pont. IV, 9, 134., Met. XV, 860., Fast. II, 127., Hor. Od. I, 2, 50. Gall. *dicare caputque.*

40. *Nomen habentis idem,* h. e. *patris.* Perperam Bern., Goth., et XIV Heins. *numen.* Fast. II, 131. ad Augustum:

Hoc tu per terras, quod in aethere Iupiter alto
Nomen habet: hominum tu pater, ille deorum.

Vid. infra v. 181.

41. *Moderatius.* Goth., Put., Leid., Pirckh., Rel., Crev. et ed. Bonon. *moderantius.* Bern. *moderantior.* Gall. *moderatior.* Pal. 2., Leid. pro v. scr. et ed. Bonon. *unquam* pro *alter.*

42. *Frena.* Busl. et II alii Heins. *regna.* Seg., Rel. et ed. Bonon. *tui. Potuit tenere* notat grammaticus ad h. l. esse pro *tenuit.* Recte, sed ita, ut *tenuit* factum neget, quin tamen fieri illud potuisse infitietur. Vid. ad v. 204.

43. *Parti superatae.* Ridicule vett. edd., etiam ed. pr. Heinsii, Pal. 2. et IV alii Heins. *Partho superato.* Agitur h. l. de Augusti clementia in bellis civilibus. Suet. Oct. c. 51. *Clementiae civilitatisque eius multa et magna documenta sunt. Ne enumerem, quot et quos diversarum partium venia et incolumitate donatos principem etiam in civitate locum tenere passus sit, etc.* Conf. c. 17 — 21. et not. ad Tr. I, 5, 39. et V, 2, 35.

44. *Erat* pro *fuisset.* Conf. v. 97. et I, 7, 40.

48. *Pars utraque,* et victrix et victa in bello civili.

49. *Gaudet miles.* Leid. et Dresd.

Causa mea est melior, qui nec contraria dicor
Arma, nec hostiles esse secutus opes.
Per mare, per terras, per tertia numina iuro,
Per te, praesentem conspicuumque deum,
Hunc animum favisse tibi, vir maxime, meque, 55
Qua sola potui, mente fuisse tuum.
Optavi, peteres coelestia sidera tarde,
Parsque fui turbae parva precantis idem.

pro v. scr. *cum vicerit.* Pal. 2., Guelf., Berol., Crev. et vett. edd. *qui vicerit.* Reliqui omnes *quod,* nisi quod Mor. *quia,* quod sine idonea primus caussa edidit Heinsius. Goth. *vicerat.* Leid. et Crev. *miles gaudet.*

50. *Sic victum cur se.* Hunc verborum ordinem primus reduxit Heinsius, atque ita habent Put., Gall., Mor., Serv., Busl., Leid., Iun., Franc. et XX alii Heins. et eiusdem ed. pr., Goth., Bern. et nostri V. Reliqui et vett. edd. *sic cur se victum.*

51. *Causa mea—qui.* Vid. not. ad I, 5, 41. Conf. III, 5, 45., Pont. I, 1, 26. et II, 2, 9. *Dicor,* fama circumferor, solemnis Nasoni locutio. — Guelf. *mei est.* Goth., Busl., Mor. *qui non.* V Heins., Crev. et vett. edd. *quia non.* Pal. 1. et Seg. *quod non.* Leid. pro v. scr. et II alii Heins. *contr. fovi,* ex I, 5, 41. Duo alii Heins. *contr. movi.*

53. *Tertia numina,* i. e. numina tertii regni q. e. coeli. Amor. III, 8, 49.

Quid tibi cum pelago? terra contenta fuisses.
Cur non et coelum, tertia regna, petis?

Conf. v. 426. Multitudine autem et gravitate deorum, per quos iuramus, iurisiurandi sanctitas et fides augetur. — Put. et Busl. *per terram.* Goth. *per cetera.*

54. „*Per te* (quod gravissimum iuramentum) *praesentem* et *conspicuum,* et non, ut ceteri di sunt, absentem et invisibilem.“ Hor. Od. III, 5, 1.

Coelo tonantem credidimus Iovem
Regnare: praesens divus habebitur
Augustus —

Vid. not. ad IV, 4, 19. — V. 55. Duo Heins. et Goth. *hanc animam.* De re conf. I, 2, 101.

56. „*Qua sola potui mente* et animo fuisse tuum, cum corpore et magnis conspicuisque factis non possem.“ Vid. IV, 10, 37, I, 5, 74. — Iun. *qui.* Seg. *potui sola.*

57. *Optavi, peteres.* Scilicet Met. XV, 868.

Tarda sit illa dies et nostro serior aevo,
Quo caput Augustum, quem temperat, orbe relicto
Accedat coelo — —

Atque fere idem ante optaverat Hor. Od. I, 2, 45.

Serus in coelum redeas, diuque
Laetus intersis populo Quirini —

et Virg. Georg. I, 24. Conf. Tr. V, 2, 51. et V, 11, 26. Ac simili-

Et pia tura dedi pro te, cumque omnibus unus
  Ipse quoque adiuvi publica vota meis. 60
Quid referam, libros illos quoque, crimina nostra,
  Mille locis plenos nominis esse tui?
Inspice maius opus, quod adhuc sine fine reliqui,
  In non credendos corpora versa modos:
Invenies vestri praeconia nominis illic, 65
  Invenies animi pignora multa mei.
Non tua carminibus maior fit gloria, nec quo,
  Ut maior fiat, crescere possit habet.
Fama Iovi superest: tamen hunc, sua facta referri
  Et se materiam carminis esse, iuvat; 70

ter adulantur Lucan. I, 46., Val. Flacc. I, 165., Stat. Theb. I, 24. Sic illa adulatio per omnia illius aetatis carmina manavit. De structura *optavi, peteres* vid. I, 5, 52. Berol., Mor., Rel. *optavi ut.* Berol., Bern. et III Heins. *numina.* Bersm. *numine.*

58. Bern. *pauca.* Put., Leid. a 1. m., Iun. et alius Heins. *petentis.*

59. *Cumque omnibus unus,* modeste dictum, ut illud *pars parva turbae.* Vid. v. 158. et I, 2, 101. Conf. Hor. Od. IV, 2, 45. — *Pia tura.* Conf. I, 2, 104. — V. 60. Mor. *admovi.* Seg. et Guelf. a 1. m. *audivi.*

61. *Libros illos,* scilicet Artem Amatoriam. Vid. not. ad I, 1, 23. et infra v. 207. seqq. et supra v. 3. *Loci* autem, quos significat, sunt qualis A. A. I, 177. seqq. Conf. Pont. I, 1, 17. — Pirckh. et ed. Bonon. *illos, quos crimina dicis.* Goth. *libros qui sunt quoque crimina.* Bern. *cur.*

62. *Nominis.* Duo vett. *numinis.* Atque alii editores scripturam *nominis* h. l. suspectam habuerunt, alii v. 65., sc. propter repetionem; sed illi mentem poëtae parum assecuti sunt. Tu vide, quam eleganter sit vocabulum *nominis* repetitum: *Quid referam illos quoque de Arte libros mille locis nominis tui plenos esse. Inspice maius opus transformationum* (Vid. I, 7, 14.), *invenies illic praeconia vestri nominis, invenies multa pignora animi mei.* De re vid. Met. XV, a v. 745.

64. *Modos,* facies, formas, figuras, ut alibi dixit.

65. Pal. 1. et alius Heins. et eiusdem ed. pr. *inveniesque tui.* Mor. *praecordia.* Gott. *tanti praec. nom. illic.* Leid. *nostrae primordia laudis.*

67. Busl. *fit maior.*

69. *Fama Iovi superest.* Vetusti libri omnes *Iovis,* litera *s* repetita ab initio verbi *superest,* qua expuncta sensus erit planissimus. *Fama Iovi superest* est *Iupiter*

Cumque Gigantei memorantur proelia belli,
  Credibile est, laetum laudibus esse suis.
Te celebrant alii, quanto decet ore, tuasque
  Ingenio laudes uberiore canunt;
Sed tamen, ut fuso taurorum sanguine centum, 75
  Sic capitur minimo turis honore deus.
Ah ferus et nobis nimium crudeliter hostis,
  Delicias legit qui tibi cunque meas,
Carmina ne nostris quoque te venerantia libris
  Iudicio possent candidiore legi! 80

fama abundat, et celebratur ubique ab omnibus. Persaepe *superesse* pro *abundare.* Vid. III, 9, 17., Vellei. P. II. c. 109. *Bubm.* Nexus sententiae est: *Laus tua carminibus sane maior non fit . . . : at Iupiter quoque laude abundat, et tamen iuvat eum, carminibus celebrari.* Conf. IV, 4, 17. Duo Heins. *tamen et.*

71. *Gigantei.* Vid. ad IV, 7, 17. et conf. v. 333.

72. *Credibile est.* Conf. I, 9, 34. Mor., Seg., Rel. *esse Iovem.*

73. *Quanto decet ore.* Sil. It. XIII, 796.

Felix Aeacida, cui tali contigit ore
Gentibus ostendi! crevit tua carmine virtus —

Alii, ut Varius, Virgilius, Horatius. Vid. not. ad v. 529.

75. *Taur. sang. centum.* pro magna ac sumtuosa victima, sed ita, ut innuat Graecum ἑκατόμβη.

76. *Turis honore.* Put. a 1. m., Pirckh. et III alii *odore.* Met. VIII, 740.

— — — — et nullos aris adoleret honores —

Tibull. I, 7, 53.

— — — — — tibi dem turis honores.

De sententia, huc pertinet IV, 8, 39.

Nec, quae de parva dis pauper libat acerra,
Tura minus, grandi quam data lauce, libant.

77. *Nimium crudeliter hostis,* q. e. *hostis* sive hostilis modo nimis crudeli. V. 117. est *nimium iuveniliter.* Scripturam *crudeliter* nonnisi Pal. 2. servavit. Reliqui omnes et vett. edd. male *crudelior.* Exc. Voss. et Bern. *ferus est.* Serv., Mor., Seg. et Crev. *nim. nobis.* Leid., Goth., Bern., Crev., Seg. *ha.*

78. *Delicias — meas,* mollia, levioris argumenti carmina mea. Significat autem Artem. Vid. v. 223. et 61. Amor. III, 14, 4.

Nec me deliciae (*carmina de amore*) dedecuere meae.

79. *Carmina etc.* Sensus est: *ah ferus ille fuit, qui tibi iocos meos sive Artem meam legit* (ea mente), *ne libri illi te venerantes atque laudantes* (maius metamorphoseon opus potissimum in animo habet. V. 63.) *aequiore animo* (a te) *legi possent.* Quod autem nunc *a te legi* dicit, (si modo dicit),

Esse sed irato quis te mihi posset amicus?
Vix tunc ipse mihi non inimicus eram.
Cum coepit quassata domus subsidere; partes
In proclinatas omne recumbit onus,
Cunctaque fortuna rimam faciente dehiscunt, 85
Ipsa suo quondam pondere tracta ruunt.

quum in disticho praecedenti alium ei praelegisse dixerit, apud poëtam nihil habet insoliti; nam cui praelegitur, et ipse legit. *Iudicium candidum* est aequum, sincerum, opinione non praeiudicata, non alienatum sive offensum. Vid. IV, 10, 132., Pont. III, 4, 13.

Sed magna in hoc disticho est varietas codicum.

Possent exhibent tantum Mor., Guelf. a 2. m., Crev., Rel. et pauci, ut videtur, Heinsii. — V Heins. et eiusdem ed. pr., Busl., Bern., Goth., Guelf. a 1. m. *possunt*. Reliqui codd. et vett. edd. *possint*. Dedimus *possent*, vulgarem usum dicendi huic loco vindicantes, sed timide dedimus, quando Nasonem in eo quoque genere saepe liberiorem esse intelligimus. V, 13, 3.

Aeger enim traxi contagia corpore mentis,
Libera tormento pars mihi ne qua vacet.

Her. XVI, 277.

Hoc mihi — nam repeto — fore ut a coeleste sagitta
Figar, erat verax vaticinata soror.

Her. XXI, 227.

Sed tamen adspiceres vellem, prout ipse rogabas,
Et discas sponsae languida membra tuae.

Conf. Her. VIII, 90. et Lucan. VII, 406.

Scripturam *quoque* etiam III tantum Heins. et eiusdem ed. pr. servarunt. Nam Put., Gall., Mor., Busl., Leid., Franc., Bersm., Iun. et XII alii Heins., Seg., Rel. *quo te*. — Pal. 1. et 2., Pol. 1. Vat. 1., Ambros., Serv. et VI alii Heins., Bern., Guelf. *quae te*. Reliqui, etiam Berol., Crev. et Dresd. *sic te*, et ipsum non male. Vett. edd. *et te*.

Porro pro *ne nostris* Goth. et Crev. *iam nostris*. Pal. 1. et Heins. ed. pr. *nunc nostris*. Dresd. *namque meis*. — Denique pro *iudicio* Pal. 1. et 2., Put., Vat. 1., Leid., Iun. et IV alii Heins. et eiusdem ed. pr., Bersm., Guelf., *indicio*. Iac. Gronov. corrigebat: *Carm. non n. quoque te v. l. Iud. p. c. l.?* Merkel coniecit:

Carmina de nostris cum te venerantia libris
Indicio possint candidiore legi.

Parum sane probabiliter.

Meas — nostris, nt passim apud Nasonem. IV, 3, 19., et vid. not. ad Her. V, 45.

81. „*Sed cum tu* (semel) *mihi irascerere, quis etc.*“ Busl. *possit*. V. 82. Bersm. *nunc*.

83. *Quassata domus*. I, 5, 5. et I, 9, 21. — Seg. *considere*.

84. Leid. *in praeclinatas*. Bersm., Dresd. pro v. str., Pal. 2., Bern. *in declin*.

85. „*Et ubi fortuna* (parvam tan-

Ergo hominum quaesitum odium mihi carmine, quaque
Debuit, est vultus turba secuta tuos.
At, memimi, vitamque meam moresque probabas
Illo, quem dederas, praetereuntis equo. 90

tum) *rimam facit, cuncta dehiscunt* (et) *suo quondam* (quandoque) *pondere tracta corruunt.* Veteres editiones *ipsa suo et quondam pondere tracta ruunt.* — Leid. *dehiscant. Quondam* exhibent Mor., Busl., Pol. 1. et 2., Pal. 1., Leid., Iun., Rel., Guelf. a 1. m., IX alii Heins. codd. et ed. pr., Dresd., Berol., Seg., Crev. — Pal. 2. *quodam.* Reliqui libri *quaedam.* Dresd., Gall., Guelf. a 1. m., Goth., Berol. *tecta.* Mor. a 1. m. et ed. Bonon. *fracta.* Iun. *facta.* Seg. *tacta.* Bern. *strata.* Reliqui codd. et vett. *tracta:* Severus in Aetna:

Effumat moles, atque ipso pondere tracta
Volvitur ingenti strepitu —

Ipsa non est *adeo,* ut alii interpretati sunt; nam tum scribere debuisset *ipso,* sed *ipsa suo* positum, ut v. 2., ubi vid. nót.

87. Iun. *odium quaes. hom.* Busl., Rel. et Goth. *quaesitum est.* Mira interpretes h. l. iterum de ingrato sono disputant, quasi *quaesitum odium* non illidantur. Dresd., Crev., Berol. *quoque.* Dresd. a 2. m. *quaque.* V. 88. Put. et Leid. *suos.* Bern. *meos.*

89. *Vitamque meam.* Dresd., Goth., Seg., Pal. 1. et 2., Vat. 1., Put., Gall., Busl., Iun., Leid., Pirckh. et XIX alii Heins., Bern., Guelf., Crev. *mei,* ab ignaris procul dubio librariis, qui putarent genitivo *mei* opus esse propter illud *praetereuntis.* Amor. I, 8, 108.

Ut meae defunctae molliter ossa cubent.

Trist. IV, 3, 19.

Vultibus illa tuis tanquam praesentis inhaeret

Her. V, 45.

Et flesti et nostros vidisti flentis ocellos.

Conf. not. ad I, 5, 41. Equites Romani a censore publico equo donabantur, quo Id. Quinct. (Liv. IX. c. 46) *trabeati insidentes, corona ornati oleaginea, ab Honoris sive Martis templo ante censorem vel praefectum morum in Capitolium transvehebantur. Si sine culpa essent, abibant; sin aliter, sistebant et equum vendere iubebantur.* Verba sunt Aurel. Vict. de Viris illustr. c. 32. Qui mos auctore Livio IX. c. 46. a Fabio institutus a C. I. Caesaris temporibus negligi coeperat; sed Augustus, praefectus morum cum censoria auctoritate, quae dignitas ei decreta est a DCCXXXV. (Vid. Dio LIV. c. 2. 10. 30.) *equitum turmas frequenter recognovit post longam intercapedinem reducto more transvectionis,* ut tradit Suet. Aug. c. 38. Vid. Lips. ad Tac. Annal. II. c. 83. et de Milit. R. Dial. V., Liv. XLIII. c. 16., Plin. XV. c. 4. Dionys. Hal. A. R. VI. — Probarat igitur Augustus Nasonis mores et vitam, equo non ademto. Vid. v. 541. Bersm. *mihi.*

Quod si non prodest et honesti gratia nulla
Redditur, at nullum crimen adeptus eram.
Nec male commissa est nobis fortuna reorum,
Usque decem decies inspicienda viris.
Res quoque privatas statui sine crimine iudex, 95
Deque mea fassa est pars quoque victa fide.

91. *Gratia.* Sic Pol. 1. et 2., Seg., Bern., Dresd., Rel. et Heinsii ed. pr., quod ab Heinsio receptum etiam propter illud *redditur* mihi genuinum videtur. Reliqui vett. libri *gloria.* — Pol. 1. et 2. et Mor. *et honori.* — V. 92. Bern., Guelf., Franc., Berol., Crev., Pal. 2. et XV alii Heins. et eiusdem ed. pr. *et nullum.*

Adipisci proprie in bonis rebus dicitur, quas cupimus vel appetimus. Sed talia nonnunquam etiam in malis rebus dicuntur. Sic *carere, nancisci morbos, febres.* Vid. Cic. Tuscul. I. c. 36., Nep. Att. c. 21., Suet. Tit. c. 20. Tac. Annal. I. c. 74. *potentiam apud unum, odium apud omnes adeptus.* Vid. not. ad Her. VII, 92. Hoc autem loco dictum etiam videtur cum respectu ad illa: si *gratia nulla redditur,* quod fere est: *si gratiam nullam adeptus sum.* — Quaesitum est de nexu huius distichi et praecedentis. Hoc disticho de praecedenti disputatur: *quod si igitur illud mihi non prodest . . .; at illud tamen inde certum est, nullius me tum criminis reum habitum esse.* Iam pergit eodem tenore, quo v. 90.: *ac praeterea non male.* . — Dresd., Franc. et Bersm. *adeptus ero.* — V. 93. Serv. et Bersm. *sororum.*

94. *Usque,* semper. — *Usque* frivolum et otiosum hoc loco. Duo codd. *utque.* Unus *vixque.* Scribe *lisque.* Probat hanc coniecturam Burmannus, et *litem inspicere* confirmat ex Petron. c. 15. Sed si *litem inspicere* recte dicitur, recte etiam *fortunam inspicere* dicitur ibi, ubi *fortuna* pro *lite* ponitur; et *inspicere ius, rem, conditionem, personam* dici docet Brisson. de verbor. signif. Merkel. *usque* dici putat, quod centumviros in annum legi mos fuerit.

Fuit igitur Ovidius etiam *centumvir.* Pont. III, 5, 23.

Utque fui solitus, sedissem forsitan unus
De centum iudex in tua verba viris.

De *Centumviris* Festus in v.: *Centumviralia iudicia,* inquit, *a centumviris dicta sunt. Nam cum essent Romae XXXV tribus, quae et curiae dictae sunt, terni ex singulis tribubus sunt electi ad iudicandum, qui centumviri appellati sunt; et licet V amplius quam C fuerint, tamen quo facilius nominarentur, centumviri sunt dicti.* Vid. Plin. Epist. VI. 33. Cic. de Orat. I. 38. De hoc obscuro iudicio docta est Disputatio C. T. Zumpt. Berol. 1838. Conf. not. ad Trist. IV, 10, 34. et Fast. IV, 384. Busl. *ascipienda.*

95. *Res quoque privatas.* Iudices privati a praetoribus praeter *centumviros* deligebantur, qui ad

Me miserum, potui, si non extrema nocerent,
Iudicio tutus non semel esse tuo.
Ultima me perdunt, imoque sub aequore mergit
Incolumem toties una procella ratem. 100
Nec mihi pars nocuit de gurgite parva, sed omnes
Pressere hoc fluctus Oceanusque caput.
Cur aliquid vidi? cur noxia lumina feci?
Cur imprudenti cognita culpa mihi est?

caussas privatas quasi pro arbitris constituebantur; quorum iudicia a praetore rata habebantur et confirmabantur. Vid. A. Gell. N. A. XIV. c. 2. et conf. Cic. de Orat. I. c. 38.

96. *Victa. Vincitur pars,* quae caussa cadit. Vid. not. ad Her. XVI, 76. — Put., Busl. pro v. scr., VII alii Heins., Bersm. et vett. edd. *iusta.* Vat. 1. *iuncta.* Pirckh. *vincta.* Busl. a 1. m. et Leid. *falsa est.* Iun. *plura.* VI Heins. et Rel. *digna.* Franc. *deque mea adversa pars quoque fassa fide est.* —

97. *Me miserum!* Narrata superiore vita et honoribus, quibus perfunctus sit, exclamat *me miserum!* — *Potui,* ubi etiam *potuissem* poni poterat. Quamquam differt, utrum indicativus ponatur, an coni. Simplex enim modus ille eventum significat vero proximum et iam certissimum, nisi ex conditione esset aptus. Alterum paullo incertius dictum est. Conf. I, 9, 28. et vid. Beier. ad Cic. Off. II. 1. 2.

98. *Non semel,* te censoris munere fungente, sed saepius et semper. Goth. *indicio* Rel. et Bern. *meo.*

99. Pal. 1., Heins. ed. pr. et II eiusdem codd. *in gurgite.* — Porro Busl., Bersm. et ed. Bonon. *mersit.* Serv. et Iun. *mergunt.*

100. *Una.* Vett. edd. praeter Bonon. *ima.* — V. 101. Leid. *nec quoque.*

102. Vat. 1. et Crev. *oceanumque.*

103. *Cur aliquid vidi.* Alterum crimen, praeter Artem, incognitum illud tangit. Vid. ad I, 2, 99. et III, 5, 49.

Berol. *heu mihi cur vidi;* et sic etiam gloss. codicis Zwiccav. et I. Sarisb. Policr. III. c. 12. et Vinc. Bellov. Spec. hist. VII. c. 119. Leid. pro v. scr. *heu mihi quid vidi.* Franc. *nox. carmina.* Mor. *lumina flexi.*

104. *Cognita culpa mihi est.* Vulgo *mihi,* omisso verbo *est.* Sed *mihi est* exhibent Dresd., Bern., Rel., Pal. 1., Busl., XXIV alii Heins. et vett. edd. — Berol. *est cognita c. mihi.* — *Imprudenti,* non data opera, sed casu et *errore,* ut est I, 2, 99. Conf. III, 5, 49. *Culpam cognoscere,* est i. q. *reperire* (vid v. 12.) vel *trahere.* Nam perperam alii interpretantur, culpam eum cognovisse, quod non ipse culpam admisisset, sed aliam admittentem vidisset; neque illud simile v. 105.

Inscius Actaeon vidit sine veste Dianam: 105
Praeda fuit canibus non minus ille suis.
Scilicet in superis etiam fortuna luenda est,
Nec veniam laeso numine casus habet.
Illa namque die, qua me malus abstulit error,
Parva quidem periit, sed sine labe domus: 110

illi interpretationi convenit. Busl. *causa.*

105. Iam lumen et gravitatem sententiae addit a simili: Actaeon (quoque) *imprudens,* inscius, non data opera, Dianam lavantem vidit; nihilo tamen minus (licet imprudens vidisset), postquam a dea in cervum mutatus erat, a canibus suis laceratus est. De fab. vid. Met. III, 143. seqq. ibique interpp., Hyg. F. 180., Apollod. III. c. 4., Callim. Lav. Pall. v. 108.

Heinsius mutare volebat *num minus.* Sed caussam mutandi non video. V, 6, 27.

Nec procul a vero est, quod vel pulsarit amicum:
Mansit in officiis non minus ille suis.

Pal. 2., Leid., Franc., Bern. et vett. edd. *suis — fuit.* Mor., Iun. et alius Heins. *nec minus.* — Gall., Busl., Iun. et IV alii Heins. *ipse.* Vid. II, 2. Bern. *inde.* Iun. *sine teste Dianam.*

107. *Scilicet,* particula est assentiendi et confirmandi, qua sententiae universales et similitudines ad confirmandum illud, de quo agitur, cum vi inferuntur. Vid. I, 2, 33., I, 5, 25., II, 17., IV, 6, 23., V, 2, 11. Pont. IV, 2, 17.

Scilicet ut limus venas excaecat in undis.
Laesaque suppresso fonte resistit aqua;
Pectora sic mea sunt limo vitiata malorum,
Et carmen vena pauperiore fluit.

Pont. I, 5, 35.

Scilicet est cupidus studiorum quisque suorum,
Tempus et assueta ponere in arte iuvat.

Met. III, 135.

Sed, scilicet ultima semper
Exspectanda dies homini est, dicique beatus
Ante obitum nemo supremaque funera debet.

Conf. Hor. Od. II, 14, 9. Saepe cum irrisione et cum notione improbandi. Vid. Met. V, 22., Heindorf. ad Hor. Sat. II, 5, 87. — *In superis,* apud deos, in quibus est etiam Augustus. *Fortuna* res fortuito et sine consilio facta.

109. *Illa namque die.* Sic Pal. 1., Pirckh., Gall., Franc. et VII alii Heins. et eiusdem ed. pr., Dresd. a 1. m., Goth., Crev., Berol. — Reliqui et vett. edd. praeter Bonon. *illa nostra die,* nisi quod Serv. *illa forte die cum.* Busl. *nostra dies — sine labe fuit.* Seg. *illo namque die, quo.* — Gall. et III alii Heins. *meus abst.* Bern. *qua melius abst.*

Abstulit, quasi invitum ad vetita spectanda (V. 103.) abripuit.

110. *Parva,* humilis. Hor. Epist. I, 3, 28.

Hoc opus, hoc studium parvi properemus et ampli.

Sic quoque parva tamen, patrio dicatur ut aevo
Clara, nec ullius nobilitate minor,
Et neque divitiis nec paupertate notanda;
Unde fit in neutrum conspiciendus eques.
Sit quoque nostra domus vel censu parva, vel ortu: 115
Ingenio certe non latet illa meo.
Quo videar quamvis nimium iuveniliter usus:
Grande tamen toto nomen ab orbe fero;

Conf. Hor. Epist. I, 7, 44. — Illa *sine labe* fere pro adiectivo sunt. Met. I, 20.

Mollia (*pugnabant*) cum duris, sine pondere habentia pondus —

Busl. *si quoque parva. tamen toto dic. ut aevo.*

111. *Patrio — aevo,* aevo sive aetate maiorum. IV, 5, 8. Vetustatem generis sui praedicat etiam IV, 10, 7. Serv. et V alii Heins. *sed quoque.* Pirckh., Crev. et ed. Bonon. *sit quoque* ex v. 115. Ed. Bonon. *parvo dic.* Pal. 2. et Franc. *toto dic.* Seg. *ducatur.*

113. *Nec paupertate notanda.* Nam habebat Naso domum in Urbe iuxta Palatium (I, 3, 30.) et hortulos suburbanos, ut quilibet e nobilioribus, I, 1, 41., I, 11, 37., IV, 8, 27.), et praedia in Pelignis (IV, 8, 10.) et cum nobilioribus et consuetudine vitae et affinitate erat coniunctus. Vid. Pont. I, 2., I, 6., IV, 9., I, 7., IV, 4. et 5. — Goth., Dresd., Pal. 1., Berol., Rel., Heins. ed. pr. *sed neque.* Bern. *sed nec.* Seg. *et nec.* Put., Gall., Serv., Busl., Leid., Iun., Franc., VII alii Heins., Guelf. a 1. m., Goth. *et paupertate.* — Denique *notanda* omisso *est* Dresd., Pal. 2., Mor., Serv., Franc., XI alii Heins. et eiusdem ed. pr., Bern., Seg. et Berol. — Reliqui et vett. edd. *notanda est.*

114. *Fit.* Sic Pal. 1., Put., Gall., Mor., Franc., VII alii Heins., Dresd., Goth., Berol. et Rel. Reliqui et vett. edd. *sit.* Busl. *sit ineptus.*

Conspiciendus. Corn. Nep. Att. c. 13. *Supellex modica, non multa, ut in neutram partem conspici posset.* Nam *conspici* res dicuntur, quae consuetudinem superantes novitate sua hominum oculos in se convertunt. Vid. Bremi ad l. l., Gronov. et Drakenb. ad Liv. IV. c. 13. De poëtae nobilitate equestri vid. ad v. 90. et ad IV, 10, 7., et Amor. I, 3, 7. seqq. —

115. *Sit quoque.* Ita legendum veterum librorum auctoritate et ratione, i. e. *quamvis nostra domus parva sit,* vel *esto parvam esse.* Pal. 2., Gall., IV Heins. et vett. edd. praeter Bonon., *sic quoque.* Perperam.

116. *Ingenio.* V. 12.

117. *Iuveniliter,* iuvenis (temerarii) modo. Conf. Met. X, 675., III, 626. — Goth. *videor.*

118. *Toto — ab orbe.* Goth., Pal.

Turbaque doctorum Nasonem novit, et audet
  Non fastiditis annumerare viris. 120
Corruit haec igitur Musis accepta, sub uno,
  Sed non exiguo, crimine lapsa domus;
Atque ea sic lapsa est, ut surgere, si modo laesi
  Ematuruerit Caesaris ira, queat.
Cuius in eventu poenae clementia tanta est, 125
  Ut fuerit nostro lenior illa metu.
Vita data est citraque necem tua constitit ira,
  O Princeps, parce viribus use tuis.
Insuper accedunt te non adimente paternae,
  Tanquam vita parum muneris esset, opes. 130
Nec mea decreto damnasti facta senatus,
  Nec mea selecto iudice iussa fuga est;

1., Gall., VI alii Heins. et eiusdem ed. pr., Bern., Berol., Crev., Seg., Rel. pro v. scr. *in orbe,* quod cum vulgaris oratio sit, mihi ποιητικώτερον illud *ab orbe,* genuinum videtur. Pirckh. *nomen semper in orbe fero.*

119. *Audet,* non spernit, non fastidit inter viros referre ingenii laude praestantes. Conf. Pont. IV, 16. *Turba* V, 3, 47.

122. *Non exiguo,* adulandi caussa addit, uti etiam reliqua, quae sequuntur, ne iniuste a Principe sese condemnatum dicat. Conf. v. 83., I, 6, 5., V, 10, 51. 52. — Goth., Pal. 2., Guelf., Crev. et II alii Heins. *sed tamen.* Franc. pro v. scr. *non tamen.* Exc. Voss. et Pirckh. *laesa.* Iun. *nostra.*

123. *Atque ea.* Rich. *atqui.* Unus Vat. *at quae sic.* Mor. *ac sic lapsa quidem est.* Guelf. *si lapsa.* Gall. *laesa est.*

124. *Ematuruerit,* mora temporis mitior, mollior facta fuerit. Cic. de clar. Orat. c. 83. *Ipse Thucydides si posterius fuisset, multo maturior fuisset et mitior.* Neque hoc verbum compositum ante Nasonis aetatem a quoquam usurpatum reperio. Conf. III, 8, 19. Bersm. *ematurari.* Pal. 1., Rel., Seg. *ematurarit.* Mor. et II alii Heins. *permaturuerit.*

126. *Lenior illa.* Sic Put., Pal. 2., Franc. et VI alii. Reliqui *ira.* Sed *ira* praecessit et proximo versu iteratur. Heins. *Illa* etiam nostri: Dresd., Berol. et Crev. — Leid. etiam *venerit ut nostro.*

Construe: *cuius clementia in eventu poenae tanta est, ut lenior illa fuerit, quam metueram. In eventu poenae* quaesita periphrasis est pro *in poena.*

127. *Vita data est.* Conf. I, 1, 20., V, 2, 36., V, 11., IV, 4, 45., et sic passim.

131. *Nec mea — senatus.* Tri-

Tristibus invectus verbis, ita Principe dignum,
Ultus es offensas, ut decet, ipse tuas.
Adde quod edictum, quamvis immite minaxque, 135
Attamen in poenae nomine lene fuit.
Quippe relegatus, non exsul, dicor in illo,
Parcaque fortunae sunt ibi verba meae.

plex illa aetate in exsilium agendi modus: Primus iussu decretoque senatus, quasi rei publicae interesset, qui gravissimus, quo modo Agrippam Postumum, C. Gallum et paullo post Ovidium Cassium Severum condemnatos esse accepimus. Vid. Tac. Annal. I. c. 6., Heyn. vita Virg. a. 728., Weichert. de Cass. Parm. p. 200. Alter per iudices ex variorum ordinum decuriis electos, qui ex lege iudicabant. Tertius novus ex placitis Principis, quod lenissimum Naso iudicium dicit, ut quod auctoritate magis, quam scripto iure constaret, itaque ex arbitrio Principis facile tolleretur. Vid. Lips. ad Tac. Annal. III. c. 21. et 24. Bersm. *secreto d. fata.* Mor. *iudicio.* Busl. *decr. damnatur vita senatu. Senatu* etiam Leid.

132. *Selecto iudice.* Bersm. et vett. edd. *secreto.* Busl. *electo.*

133. *Tristibus,* asperis, tristitiam praeferentibus. Vid. III, 5, 26., III, 11, 39., Her. III, 90., Heindorf ad Hor. Sat. I, 5, 103., Met. XIV, 712. — Pont. II, 7, 55.

Quem non obrueret taciti quoque Caesaris ira?
Addita sunt poenis aspera verba meis.

Leid. *verbis in principe.* Busl. *a princ. dignus.* — Put., Leid., Gall., Mor., Berol., Rel., Heins. ed. pr. et reliquae vett. praeter Bonon., *dignum est.* Ceterum *Princeps* titulus Augusti, quem assumsit a. U. C. DCCXXVI, sub quo potissimum titulo, cum imperium consulare plerumque, potestatem tribuniciam, censoriam, imperatoriam, pontificatumque et alios honores coniunctos atque cumulatos teneret, rempublicam plus XL annis temperavit. Vid. Tac. Annal. I. c. 1. 2. 9., Dio LIII. c. 11—44. et LIV. c. 10.

134. *Offensas — tuas,* ut *amor tuus* dicitur pro *amor tui.* Gall. *qua decet.* Pirckh. *nec decet.* Rel. pro v. scr. *ut decet esse t.*

135. *Immite.* Heinsius e Pol. 1., Pal. 2. et Franc. primus dedit *immane,* quod parum convenit omnibus illis, quae de illo iudicio dixit, et scriptura omnium prope libr. *immite* apte respondet illi *lene* versus sequentis. Ceterum erant *rescripta* Principis, *decreta* et *edicta. Rescriptum* erat scriptum, quo de iure consulentibus respondebat; *decretum,* si ipse caussa cognita partibusque auditis sententiam diceret; *edictum,* si motu proprio ad utilitatem civium aliquid, ut pro lege esset, constitueret. *Edicta* Augusti plura memorantur a Suet. in Oct. — V. 136. Leid. et Gall. *et tamen.* Busl. et V alii Heins. *id tamen.*

137. *Quippe relegatus.* Multis locis poeta generaliori se nomine

Nulla quidem sano gravior mentisque potenti
  Poena est, quam tanto displicuisse viro; 140
Sed solet interdum fieri placabile numen:
  Nube solet pulsa candidus ire dies.
Vidi ego pampineis oneratam vitibus ulmum,
  Quae fuerat saevo fulmine tacta Iovis.

exsulem vocat, quamvis proprie esset *relegatus*. Differebat enim inter exsilium vi propria ac relegationem. Relegatio erat, qua quis senatusconsulto aut iussu summi magistratus urbe excedere iubebatur, servato iure libertatis, civitatis et familiae, cui accedebat spes revocationis, contra exsul sive deportatus illa omnia ea quidem aetate plerumque amittebat. Conf. II, 129., IV, 9, 11., V, 2, 55., V, 11, 9., IV, 4, 46. Vid. Brisson. et Petisc. in v.

Dresd., Goth., Rel. a 1. m., exc. Voss., Leid., Gall., Mor., Busl., IX alii Heins. et ed. Bonon. *ab illo*. Bern., Guelf. *ab ullo*. Pal. 2. *ab urbe*.

138. *Sunt ibi*. Sic, teste Merkelio, non pauci Heinsii. Gall. *sint ibi*. Put., Mor., Serv., Busl., Pirckh., Pal. 2., Leid., Pol. 1. et 2., Vat. 1., XIII alii Heins., Dresd., Goth., Bern., Guelf., Berol. et Crev., ed. pr. Heinsii et reliquae saec. XV. *sunt tibi*. Iun. et V alii Heins. et Rel. *sunt tua*. Pal. 1., Herc. et III alii *sunt data*, quod primus recepit Heinsius; sed primum parvam habet auctoritatem vetustatis, et *dare verba* in omnibus certe exemplis ab Heinsio allatis est *fallere, decipere*, Pont. II, 7, 20., II, 1, 6., Trist. V, 7, 40. Conf. Tr. IV, 4, 34. et not. ad Her. XVII, 170. Vera igitur scriptura quaerenda in *sunt ibi, sunt tibi* et *sunt tua*, e quibus ego sumsi, quae mihi sententiae optime convenire videbatur, *sunt ibi*, q. e. *in eo*, sc. edicto: *et mitia, lenia in eo sunt verba* (nomina) *poenae meae*. *Parcus* pro *lenis* est etiam Pont. I, 2, 98. — Leid. et IV alii Heins. *paucaque*. Vat. 1. et II alii Heins. et Guelf. a 1. m. *parvaque*. Pal. 1., Seg. et Crev. *partaque*. q. e. *parcaque*.

139. *Sano gr. mentisque potenti*. Sic recte Bersm. et Strozz. Reliqui et vett. edd. *sanae mentique*. Senec. Thyest. v. 546.

— — — ferus ille et acer,
Nec potens mentis, truculentus Atreus.
Heins.

Mentisque potenti est expositio illius *sano*, quo genus *sano* ad speciem suam refertur. Iun. *grav. san.* Put. *melior*. Rel. quoque *sano*.

140. *Quam tanto etc.* Vid. V, 12, 11. — Pal. 1. *penaque quam*. Barth. Adv. 40. c. 5. e cod. (?) suo *poena sit ac*.

142. *Ire* eleganter sic in tempore et die a poëtis dicitur. Her. XV, 61., Art. A. II, 663., Hor. Od. II, 14, 5. Ad sententiam conf. v. 35.

143. *Vidi ego*. Similis oratio est V, 8, 11. — In quibusdam Italiae

Ipse licet sperare vetes, sperabimus; atque 145
Hoc unum fieri te prohibente potest.
Spes mihi magna subit, cum te, mitissime Princeps,
Spes mihi, respicio cum mea facta, cadit.
Ac veluti ventis agitantibus aequora non est
Aequalis rabies continuusque furor, 150
Sed modo subsidunt intermissique silescunt,
Vimque putes illos deposuisse suam;

tractibus vites non palis educebantur, sed arbustis adiungebantur. Colum. V. c. 6. 4. *Vitem maxime populus videtur alere, deinde ulmus.* Vid. Colum. IX. c. 2., Plin. N. H. XIV. c. 1. 3., XVII. c. 21., XXXV. c. 22., Virg. Georg. I, 2. ibique interpp. Conf. V, 3, 35. Unus *frondibus:* sed vid. Met. X, 100. — Goth. *vidi pampin.*

144. *Saevo fulmine.* Pal. 1. et 2., Franc., Bern., Goth., Guelf., Put., Serv., Busl. a 1. m., Pirckh., Leid., XIV alii Heins. et eiusdem ed. pr., Seg. a 1. m., Rel. a 1. m. *saevi.* Conf. Fast. III, 290. Seg. a 2. m., Rel. a 2. m., Busl. pro v. scr. et reliqui omnes et vett. edd. *saevo,* quod gravitatem ictus melius declarat, de qua h. l. agitur. *Vidi ego ulmum pampineis vitibus oneratam, quae* (ante) *fuerat saevo fulmine Iovis icta.* Sic Infra v. 179. Augusti sunt *tela fera.* I, 8, 21.

Saeva nec admiror metuunt si fulmina.

III, 4, 3.

Saevum praelustri fulmen ab arce venit.

IV, 3, 69.

Quod saevis ego sum Iovis ignibus ictus —

Et ita *saevi venti, saevae undae* et similia.

145. *Atque.* *Atque* hoc loco vim habet, nec plane praeter morem Nasonis est, in fine hexametri novum *colon,* quod vocant, ordiri. Bern. *sper. inquit.*

147. *Caesar.* Pol. 1., Vat. 1., Leid., Pal. 2., VII alii Heins. cum vett. edd., Guelf., Dresd. a 2. m. *Princeps.* Reliqui et Heins. ed. pr. *Caesar,* quod revocavimus propter auctoritatem vetustatis.

148. *Facta.* Heinsius ex Iun. et Voss. induxit *fata,* quod etiam Bern. et Rel. pro v. scr. habent. Conf. II, 168. Sed omnino restituendum *facta.* Nam vindex et delicta (*facta*) h. l. opponuntur, parumque apte solis *fatis* suis spem suam cadere diceret, et infra v. 208., qui locus cum isto arctissime cohaeret, est *alterius facti.* *Facta* autem h. l. sunt pro commissis, criminibus. Vid. ad III, 11, 63., III, 6, 36. et conf. V, 10, 51. Goth. *spes mea.*

149. *Aequora.* Put., Mor., Serv., exc. Voss., Pol. 1. et 2., Bern., Vat. 1., Pal. 2., Franc., Iun., Leid. et IX alii Heins., Guelf., Goth., Dresd. pro v. scr., Crev. et Rel. pro v. scr. *aëra.* — Deinde Pal. 2., Pirckh. et quidam alii Heins. et vett. edd. *et veluti.*

151. *Silescunt.* Pirckh., Bersm.

Sic abeunt redeuntque mei variantque timores,
Et spem placandi dantque negantque tui.
Per superos igitur, qui dant tibi longa dabuntque 155
Tempora, Romanum si modo nomen amant:
Per patriam, quae te tuta et secura parente est,
Cuius, ut in populo, pars ego nuper eram: —
Sic tibi, quem semper factis animoque mereris,
Reddatur gratae debitus Urbis honor: 160

et ed. Bonon. *quiescunt.* Catull. XLVI.

Iam coeli furor aequinoctialis
Iucundis Zephyri silescit auris.

152. *Putes.* Conf. I, 2, 20.

153. *Redeuntque mei.* Pal. 1. et 2., Pirckh., Bersm., Guelf., II Heinsii et eiusdem ed. pr., et reliquae edd. saecul. XV. *redeuntque [mihi,* quod apte respondet dativo in illo simili *ventis agitantibus* et verbis *dantque negantque* versus 154. — Gall. *redeunt nostri.* — Dresd. *sic variant abeuntque mei redeuntque.* Crev. *redeuntque tui.* — V. 154. Bern. *negantque mihi.*

155. *Qui dant tibi.* Heinsius ex uno Vat. primus dedit *dent,* ut oratio voventis esset. Sed optima est omnium vett. librorum scriptura *dant;* quod blande dictum et deorum erga Augustum favorem declarat; nam cum Naso haec scriberet, Princeps annum agebat septuagesimum secundum. Nexus longiusculae huius sententiae est: *Per superos, qui tibi dant longa tempora, et, si modo Rom. nomen amant,* (etiam) *dabunt, per patr. . .* (v. 155—158.), *precor, parce...* (179. seqq.). His interposita sunt a v. 159—178. rerum vota, quae Augusto gratae erant vel quod idem est: vota pro Augusto concepta (v. 159—178) ipsas preces (179. seqq.) antecedunt. — Berol. *ament.*

157. *Tuta et secura.* Put. *quae te mansit secura:* credidisse librarius videtur *tutus* et *securus* idem notare. Sed differunt. Senec. Ep. XCVII. *Tuta scelera esse possunt, secura esse non possunt.* Nimirum *securus* (q. e. sine cura. I, 1, 49.) animum et mentem spectat, hoc eventum et factum. Iustin. *XXXIX.* c. 4. Franc. et VIII alii Heins. *est* omittunt.

Te parente. Vid. v. 39. Idem de Augusti principatu passim laudat Horatius.

158. *Ut in populo,* est oratio modeste de se iudicantis. Vid. I, 1, 17., II, 59. et conf. IV, 2, 16. Atque eam scripturam tuentur Goth., Pal. 1., Bern., Leid. a 2. m., Gall., Mor., Busl., Franc. et IX alii Heins. et eiusdem ed. pr., Erfurtani ap. Zinzerling. Promuls. p. 167., Berol., Crev. — Reliqui et vett. *et in pop.* Mon male.

159. *Sic,* sc. si peperceris. Vid. v. 179. *Sic* in obtestatione usitatum ac frequens, sed rarius ipsas preces, ut h. l., antecedit. Conf. Pont. III, 3, 39. Notissimum est exemplum

Livia sic tecum sociales compleat annos,
Quae, nisi te, nullo coniuge digna fuit;
Quae si non esset, caelebs te vita deceret,
Nullaque, cui posses esse maritus, erat:
Sospite sic te sit natus quoque sospes, et olim 165
Imperium regat hoc cum seniore senex;
Ut faciuntque tui, sidus iuvenile, nepotes,
Per tua perque sui facta parentis eant:

huius orationis apud Hor. Od. I, 3. init. Vid. III, 4, 75 — 78.

160. *Urbis honor.* Sic Berol., Rel., Pal. 1. et 2., Put., Gall., Mor., Iun., Leid., Franc. pro v. scr. et IX alii Heins. et eiusdem ed. pr., et reliquae vett. edd. saec. XV., quae scriptura mihi vera videtur: *gratae Urbis honor* est *Urbis significatio grati animi;* et aptior est illa verbo *reddatur.* Busl. et reliqui codd. *amor.*

161. *Compleat* Dresd., Goth., Crev., Rel., Berol., Vat. 1., Pol. 1., Pal. 2. Put., Franc., Leid. et VI alii Heins. — Reliqui et vett. edd. *impleat.* Difficile est affirmare, utra scriptura genuina sit. Sed illud mihi videor observasse, in omnibus illis locis, in quibus *complere* in tempore et annis usurpavit Ovidius, *implere* propter metra locum habere non posse. Conf. IV, 10, 77. Itaque etiam hoc loco scribere malim *impleat.* De Livia vid. not. ad I, 6, 25.

162. *Nullo.* Bern. *solo.* Eadem assentatio est Fast. I, 650.

Sola tori magni digna reperta Iovis.

Pont. III, 1, 115.

Quae praestat virtute sua, ne prisca vetustas
Laude pudicitiae saecula nostra premat,
Quae Veneris formam, mores Iunonis habendo
Sola est coelesti digna reperta toro.

Pont. II, 8, 30.

Perque tori sociam, quae par tibi sola reperta est.

Conf. Pont. IV, 13, 29. Sed incorruptior ac verior de Liviae animo ac moribus testis est Tacitus Annal. I.

165. *Sospite sic etc.* Alii aliter. Voss. *sospite sic tecum sit natus sospes.* Mor. *sosp. quoque te sit natus.* Iun. *sospesque notus.* Goth. *sospes quoque natus.* — *Natus* est Tiberius, Augusti privignus, ab Augusto a. DCCLVII. adoptatus, Druso altero privigno mortuo. Suet. Oct. c. 63., Tib. c. 15. 21., Tacit. Annal. I. Vid. not. ad Trist. I, 6, 25.

166. *Cum seniore senex.* Hunc locum paene usurpavit Mart. VI. de Domitiano filio.

Cui pater alternas post saecula tradat habenas,
Quique regas orbem cum seniore senex.

Heins.

Put. *imper. teneat tum.* Gall. et vett. edd. *regat hic.* Leid. *cum sene patre.* Pal. 1. et unus Vat. *te seniore.*

167. *Ut faciuntque tui.* Con-

Sic assueta tuis semper Victoria castris
Nunc quoque se praestet notaque signa petat; 170
Ausoniumque ducem solitis circumvolet alis,
Ponat et in nitida laurea serta coma,

strue: *et* (sic) *tui nepotes, sidus iuvenile, ut faciunt, per tua et per sui parentis facta eant. Nepotes* illi sunt Germanicus et Drusus, Tiberii filii, Drusus naturalis, alter adoptivus. Suet. Tib. c. 15. 52., Tacit. Annal. I. *Sidus* eleganter, cum duo sint, ut alludat oratio ad sidus geminerum, Castoris et Pollucis. Vid. I, 10, 45. — *Per exempla ire* valet *imitari*. Art. A. III, 87.

Ite per exemplum, genus o mortale, dearum!

Paullo aliter dicitur *exemplis ire* pro *idem pati* Tr. V, 3, 27. Conf. Met. IV, 430.

Cum Iun. *atque tui faciunt.* Voss. etiam bene *utque tui sidus faciunt.* Heins.

Sed contra codicum auctoritatem optima script. vulg. *ut faciuntque tui* mutare non audeo, quum praesertim, ut recte monet Merkel, *ut facis, ut facit, ut faciunt,* saepe quasi pro formula ponantur; ut particulam *que* verbo iungere liceret; atque eam scripturam habent Pal. 1., Crev., Rel., Bersm. et II alii Heins. Confirmant eam particulae collocationem variae scripturae aliorum codicum: nam Goth., Gall., Berol., Serv., Franc., Pal. 1. et 2., Vat. 1., Leid., exc. Voss. et IV alii, item Guelf. habent *ut faciantque tui;* Put., Busl. et V alii Heins., Dresd., Rel. pro v. scr. *sic faciantque;* Guelf. a 1. m. *dic. fac.* Favet eidem scripturae vitiosissima multorum codd. et veterum edd. scriptura *efficiantque.*

„V. 168. *perque sui.* Leid. et alter cod. et ed. pr. pro vulg. *tui. Sui,* sc. Tiberii.“ Heins. Confirmant eam scripturam Berol., Crev. et Rel. et ipsa bonitas sententiae. Dresd. *fata.* Sed vid. v. 148.

169. *Assueta tuis Victoria castris.* Iun. *suis.* Victoriam virginem alatam fingebant (Met. VIII, 13.

Inter utrumque volat dubiis Victoria pennis —

Conf. Amor. III, 2, 45. et vid. Heyn. ad Tib. II, 5, 45.), altera manu palmam, altera oleae ramum aut coronam ferentem atque e coelo (Plin. L. II. c. 7.) *devolantem ad eos, quos successibus suis ornare vellet.* Varro de L. L. IV. c. 10. Conf. Cic. de Nat. Deor. II. c. 23. — Illud *ponat* autem plane intelliges, si triumphantes quoque olim lauream coronam gestare solitos memineris. Vid. IV, 2, 19. *Assueta;* nam Augustus *omnes et suos et imperii Romani hostes praeter Germanos devicerat.* Suet. Octav. c. 21. 22. Vellei. II.

170. *Se praestet. Se praestare alicui* est benevolentiae, *ut se praebere,* et fere valet, *benignum, faventem,* vel omnino *talem se reddere, qualem quis velit.* Vid. IV, 5, 23., Her. XV, 213. et ibi not., Schwarz ad Plin. Paneg. c. 83. Ed. pr. et Pal. 1. *tunc.*

172. Crev. *sertaque coma sua.*

Per quem bella geris, cuius nunc corpore pugnas,
Auspicium cui das grande deosque tuos,
Dimidioque tui praesens et respicis Urbem, 175
Dimidio procul es saevaque bella geris;
Hic tibi sic redeat superato victor ab hoste,
Inque coronatis fulgeat altus equis: —
Parce, precor, fulmenque tuum, fera tela, reconde,
Heu nimium misero cognita tela mihi! 180

174. *Auspicium — deosque tuos.* Ius auspicandi deosque consulendi nonnisi summi magistratus, per belli igitur tempora penes ducem et imperatorem, quatenus is non a magistratu civili penderet, erat, qui *ductu et auspiciis suis* res gerere dicebatur. Legati autem et magistri equitum sub ductu et auspiciis alterius, non suis, res gerere dicebantur. Lips. de Mil. Rom. II. c. 12. et ad Tacit. Annal. II. c. 18., Perizon. Animad. c. 7., Interpp. ad Liv. VIII. c. 31. Ex quo igitur Augustus imperator perpetuus erat (Dio L. LII.) summamque et pacis et belli tenebat, auspicia quoque omnia ad bellum pertinentia in eius potestate erant, et eius auspiciis omnia gerebantur, et illi, quem belli administratorem deligeret, *auspicia sua* dabat. Hinc Suet. Aug. c. 21. *domuit autem partim ductu, partim auspiciis suis Cantabriam etc.* Conf. Art. A. I, 191. et interpp. ad Hor. Od. IV, 14, 9. et 23. — *Dux Ausonius* autem est Tiberius. De verbo *Ausonius* vid. ad I, 3, 6. De bellis illis vid. not. ad v. 229. — *Deosque tuos* exponit illud *auspicium.*

175. *Praesens et.* Put., Busl., Iun., Franc. et III alii Heinsii *praesens es et aspicis.* V Heins., in quibus Vat. 1. et Pal. 2. *praesens es respicis.* Mor., Goth., Bern. et Rel. pro v. scr. *praesens hanc respicis,* quod primus edidit Burmannus. Sed scriptura reliqnorum codd. omnium et vett. edd. *praesens et resp.* recte habet: neqne enim poëta absens de Roma δεικτικῶς dicere potest *hanc urbem,* et vide, quam concinna sit recepta scriptura: *et dimidio tui praesens es et respicis Urbem, dimidio procul es et saeva bella geris. Es* primo loco omissum, ne bis poneretur; et plane omitti poterat. Vid. Fast. IV, 13. *Respicere* proprium de diis verbum. Brisson. de Form. I. p. 71. et Ruhnk. ad Terent. p. 66. Conf. not. ad I, 8, 13. — V. 176. Goth. et Iun. *si redeat.*

178. *Inque . . equis,* q. e. *et triumphet.* Etiam equi in triumpho coronati erant. IV, 2, 22. 48., Fast. VI, 726., Pont. II, 1, 58.

Te quoque . . . . . .
Laeta coronatis Roma videbit equis.

Fulgeat: nam triumphans

Quattuor in niveis aureus ibat equis —

ut est Art. A. I. 214. Vid. Tib. I, 7, 8.

179. *Fera tela reconde.* Busl. et II alii Heins. *repone,* ut Met. I, 259. *Recondere* de *telis* et armis

Parce, Pater Patriae, nec nominis immemor huius
Olim placandi spem mihi tolle tui!
Non precor, ut redeam, quamvis maiora petitis
Credibile est magnos saepe dedisse deos;
Mitius exsilium si das propiusque roganti, 185
Pars erit ex poena magna levata mea.
Ultima perpetior medios eiectus in hostes,
Nec quisquam patria longius exsul abest.
Solus ad egressus missus septemplicis Istri,
Parrhasiae gelido virginis axe premor. 190

saepe reperitur. Fast. II, 697. — *Fera tela* est etiam Her. XIV, 56. et *saeva tela* v. 144., ubi vid. not. Franc. *tua tela*. — De fulminibus Augusti vid. ad I, 1, 72. — V. 180. Pal. 1., III alii Heins. et eiusdem ed. pr. *mis. nim.*

181. *Pater Patriae.* Vid. ad v. 39. et conf. Pont. IV, 9, 134.

182. Vett. edd. *redde.* Pirckh. *auge.*

183. *Non precor.* Gall., Mor., exc. Voss., Guelf., Dresd., Goth., Berol. et Crev. *nec.* Reliqui codd. et vett. edd. *non,* quod etiam sententiae convenientius. Conf. V, 7, 29., I, 7, 27., I, 2, 51. — Seg. et IV vel V Heins., item Leid. pro v. scr. *mai. petenti.* Berol. *poetis.*

186. Loco huius versus Put., Iun. et II alii Heins.:

Fluctibus immensi credar abire maris —

Guelf., Goth., et nostri omnes, praeter Busl., *ex poena,* atque inde iudicari potest de Heinsianis. Busl. et vett. edd. *e poena,* nisi quod ed. pr. Heinsii habet *a poena.*

187. *Ultima,* acerbissima. Heinsius ex Gall., Pal. 2., Bersm., III aliis et ed. Bonon. primus dedit *proiectus.* Reliqui codd. (praeter Bern. et Pirckh., qui *deiectus,* et duos alios Heins., qui *ire actus*) cum vett. edd., praeter Bonon., optime *eiectus.* Her. XIV, 112.

— — — — — — regnoque domoque
Pellimur; eiectos ultimus orbis habet.

Ceterum de exsilii iniquitate et longinquitate passim queritur. I, 1, 118., II, 575., III, 5, 54., III, 6, 24., III, 11., IV, 1., V, 2. — V. 188. Heinsii ed. pr. *a patria.*

189. *Ad egressus.* Sic Pal. 1. et plus XXX alii Heins., Goth., Guelf., Bern., nostri omnes et ed. Bonon., quod etiam rei naturae accommodatius est. Pauci codd. et reliquae vett. edd. *ingressus.* — *Ister* fluvius, qui a fonte in Germania usque ad cataractas Danubius et *unde primum Illyricum alluit* (Plin. H. N. IV. c. 12.) *usque ad ostia* (unde *binominis Istri* Pont. I, 8, 11.) plerumque *Ister appellatur. Septemplex* dicitur, ut Nilus Met. V, 187., a VII ostiis. Mela II. c. 1., Ammian. XXII. c. 18. Alii V eius ostia commemo-

Iazyges et Colchi Metereaque turba Getaeque Danubii mediis vix prohibentur aquis.

rant. Priscian. Perieg. 290. Vid. Rupert. ad Tac. Germ. c. 1.

190. *Parrhasiae — virginis,* h. e. Ursae maioris. Vid. I, 3, 48., I, 4, 1., IV, 3, 1. Virgines ac *puellae* a poëtis etiam eae, quae peperunt, appellantur; *nam aetas quoque viridis et sexus hac voce ostenditur,* ut docet Serv. ad Virg. A. I. Vid. Georg. IV, 458. ibique Forbiger. Conf. Hor. Od. III, 22, 2. Ceterum sub qua coeli parte terrae iacent, ab ea premi a poëtis persaepe dicuntur. III, 10, 12., Met. XIV, 416., IX, 286., ubi vid. not. — Seg., Crev. et IV Heinsiani *Parrhasio gelidae.*

191. *Iazyges et Colchi, etc.* Nexus orationis a v. 90—96. perspicuus est; urguet enim poëta notiones versuum 90 — 94., quod apud barbaros in regione frigidissima et ab Urbe remotissima exsulet. Barbaras autem gentes illas quatuor omnes in sinistra Istri ripa habitasse, cum Tomus, Nasonis exsilium, in dextra sita esset, apparet ex illis *Danubii mediis vix prohibentur aquis,* quae non recte dicta essent, si, ut Merkel opinatur, duae cis Istrum, et alterae duae trans Istrum habitassent (Conf. v. 203. et Vid. III, 10, 5 — 8.); sed dicendum fuisset *vix distinentur* vel simile quid. Sed de gentibus illis omnibus non ita explorata res est. De *Iazygibus* quidem non est dubium, qui Scythiae, fuerunt populus ultra Danubium, sed incertae sedis. Strab. VII. p. 203., Taciti Annal. XII. c. 29. 30., Pont. I, 2, 76. seqq. et IV, 7, 9. Quanquam veteres libri in hoc nomine discrepant. Nam quaedam vett. edd. *Iaziges* et aliae *Laziges.* Guelf. a 1. m. *Latiges.* Gall., Busl., Bersm., Pirckh. (qui *et* omittit) *Iasides.* Guelf. a 2. m. *et* Seg. *Iazides.* Rel. *Iasiges.* Berol. *Iatides.* Crev. *Ianges.* Bern. *Iaides.* Pal. 2. *Zizices.* Leid. *Zezipdes.* Ed. Bonon. *Iapides.*

Colchos alii h. l. non Asiaticos illos ad Phasin flumen (II, 439.) intelligunt, sed eos, qui Medeam Colchida a patria fugientem persecuti (III, 9.), quum eam assequi non potuissent, circa Tomos dicantur consedisse. Sed mihi, si scriptura *Colchi* sana est, probabilior videtur sententia eorum, qui, quum Colchi essent ex antiquitate famosi et ad Pontum incertis finibus habitarent, poëtica quadam licentia atque exaggeratione, eos, ut tot alios populos, a Nasone in vicinos suos esse relatos censent. Maiorem obscuritatem habent *Meterei.* Neque tamen cum Merula repugnantibus libris scribendum censeo *Neureaque,* ut *Neurei,* Scythiae gens, intelligantur; quum nihil impediat, quo minus parvula ibi stirps huius nominis inter tot alias habitarit, quam poëta propter nominis novitatem nominarit. — Rel. *miterea.* Bersm. *metera.* Mor. *metrea.* Crev. *mecherea.* Leid. a 2. m. *mezea.* Seg. *melt'a.* Busl. *vicea.* Berol. *metheia.* Ed. pr. Heins. *mezerea.* Ven. 1486. *metea.* Busl. etiam *medii.*

Getae, gens ferissima (V, 1, 46., Pont. II, 7, 31.), et ipsi maiore certe ex parte trans Danubium ha-

Cumque alii causa tibi sint graviore fugati,
Ulterior nulli, quam mihi, terra data est.
Longius hac nihil est, nisi tantum frigus et hostis, 195
Et maris adstricto quae coit unda gelu.
Hactenus Euxini pars est Romana sinistri;
Proxima Basternae Sauromataeque tenent.
Haec est Ausonio sub iure novissima vixque
Haeret in imperii margine terra tui. 200
Unde, precor supplex, ut nos in tuta releges,
Ne sit cum patria pax quoque ademta mihi;

bitabant, sed proximi tamen Tomitanis. Plin. N. H. IV. c. 12., Strab. VII. p. 205. 210., Pont. I, 2, 78. seqq., IV, 14, 14., III, 2, 46. Quod autem saepe cum Getis se vivere dicit, de Geticis colonis, qui Tomi erant, intelligendum. Crev. *turbaque Getae.*

193. Busl. et nonnulli alii Heins. et vett. edd. *tibi sint causa.* Exc. Voss. *causa fuerint.*

195. Cod. Merulae et ed. pr. Heins. *longius hac nihil est terra nisi fr. et h.* Idem exc. Voss., nisi quod *hostes* habet, uti Guelf., Leid., Bern. et Pol. 1. — Bern. *pontus et host.* Pol. 1. *Longius hac terra n. e., nisi* fr. — V. 196. Berol. *a stricto.*

197. *Hactenus,* usque ad coloniam et oppidum Tomos. *Euxini,* non addito ponto vel mari, ut *Ionium, Hadria,* al. Vid. Cort. ad Lucan. V, 614., Hor. Od. III, 3, 5. et not. ad V, 13, 1. — Iun. *pars est tua Roma.*

198. *Basternae.* Guelf. a 2. m., Put., Busl., *Bistonii. Bastornae* sunt gens Scythiae Europaeae trans Istrum circa montes eiusdem nominis, *Germanis confines ac fere ipsi quoque Germanici generis,* ut auctor est Strab. VII. p. 203. 212.

Sauromatae sive *Sarmatae* — nam *Sauromatae* a *Sauromates* (III, 12, 30.) Graecum gentis nomen — qui saepe cum Scythis confunduntur, proprie partem efficiebant maximae Scytharum gentis, quorum sedes Naso ad Istrum ponit, proxime Tomos. Iuxta Ptolem. III. p. 41. Sarmatia maximam partem Europae septentrionalis complectebatur. Mela III. c. 4. *Sarmatia intus, quam ad mare, latior, ab his, quae sequuntur, Vistula amne discreta, qua retro abit, usque ad Istrum flumen immittitur.* Conf. Plin. H. N. IV. c. 5. 12. 25. — Busl. a 1. m. *petunt.* — V. 199. *Ausonio.* Vid. ad I, 3, 6.

200. *Haeret* primus dedit Heinsius, et sic est in Pal. 1., Vat. 1., Pol. 1., Busl., Leid. a 1. m. et III aliis Heins. et Seg. a 1. m. — Reliqui codd. et vett. edd. omnes *haesit.* Vid. ad I, 10, 29. — Busl., Rel. et II Heins. *Roma tui.*

201. *In tuta.* Vid. v. 575.

202. *Pax quoque ademta.* Hein-

Ne timeam gentes, quas non bene submovet Ister,
Neve tuus possim civis ab hoste capi.
Fas prohibet, Latio quenquam de sanguine natum 205
Caesaribus salvis barbara vincla pati. —
Perdiderint cum me duo crimina, carmen et error,
Alterius facti culpa silenda mihi:
Nam tanti non sum, renovem ut tua vulnera, Caesar,
Quem nimio plus est indoluisse semel. 210

sius e II codd. primus dedit *demta*, ut mollius. Sed *quoque ademta* nihil habet sono ingratum, nec licet e nostro talia pronuntiandi modo iudicare. Her. VIII. 73.

— — — trans aequora ab hospite rapta.

Met. X, 190.

— — — riguove papavera in horto.

Quos locos idem Heinsius perperam mutavit, posito singulari *aequor* et *papaver*. Vid. not. ad v. 209. — Crev. *quoque emta*. Seg. *Ne quoque cum p. pax sit ademta mihi.*

203. *Ne.* Unus Heins. *neu.* Put. et Busl. *nec.* Mor. *gentem quam.* Conf. v. 191. — *Non bene submovet,* i. q. 192. *vix prohibentur.* Conf. III, 10, 7. Iun. *sustinet.*

204. *Neve—possim—capi.* Solemnis apud Nasonem circumlocutio, cuius aliquot exempla, quibus ea consuetudo clarius cognoscatur, apponam. Her. IV, 168.

Sic nunquam, quae te spernere possit, ames,

Her. V, 86.

Sunt mihi, quas possint sceptra decere manus.

Met. VI, 307.

— — — — — venae desistunt posse moveri.

Her. XVII, 97.

Disce meo exemplo formosis posse carere.

Conf. Fast. II, 106., Her. XVII, 209., Trist. III, 5, 30., V, 2, 46. Berol. *ne tuus hic poss.* Dresd., Pal. 1. et II alii Heins. *miles.*

205. *Latio,* i. q. Romano, a Latio, Italiae regione, in qua posita Roma erat. Heyn. Exc. ad Virg. Aen. VIII., Strab. V. p. 158., Sil. VIII, 356. ibique interpp. Callidas animadverte in hoc loco poëtae blanditias. Crev. *de sang. rerum.* V. 206. Pal. 1. *barb. iuncta.* Pol. 2. *vincula saeva.*

207. *Duo crimina.* Vid. I, 1, 23. et not. ad I, 2, 99. — Dresd. pro v. scr. *prodiderint.* Franc. *me cum.* Put. et VIII alii Heins. *mecum.* Serv. *duo cum me.* Goth. *cum duo perdiderint me.* Ed. pr. Heinsii *anime duo.* V. 208. Busl., Goth., Pal. 1., Gall., Mor., Leid., Rel., Crev. et ed. pr. Heinsii *mihi est.*

209. *Nam tanti non sum.* Guelf., Pal. 1., XIII alii Heins., eiusdem ed. pr. et reliquae edd. saec. XV. *nam non sum tanti.* Reliqui codd., ut dedimus. Praeterea Crev., Bern. et VIII Heins. *ut* omittunt, et V Heins. cum Dresd. *ut renovem.*

Altera pars superest, qua turpi carmine factus
Arguor obsceni doctor adulterii.
Fas ergo est, aliqua coelestia pectora falli;
Et sunt notitia multa minora tua?

Heinsius duram orationem iudicabat praeter modum. Ego duritiem in recepta a me scriptura non sentio. Elisiones autem, qualis *renovem ut* Romanis auribus nihil habebant ingrati. Vid. not. ad v. 202. Oratio illa *sum tanti* apud Nasonem frequens est. Met. II, 424., X, 310. et 613., VI, 386. Her. I, 4. Vid. etiam Prop. III, 18, 4.

Tua vulnera, sc. tibi a me facta.

210. Iun. *quod*. V Heins. et Rel. pro v. scr. *condoluisse*.

211. *Qua turpi carmine factus etc.* Dresd. a 1. m. et Crev. et sine dubio etiam plures Heins. *crimine lectus*. Bersm., Pirckh. et vett. edd. *crimine laesus*. Put., Franc., Busl. et Rel. *crimine factus*. Burmannus dedit *crimine tactus*, in qua scriptura illud *tactus* nullam auctoritatem habet vetustatis et sensui inconveniens est. Mendosum quoque *crimine*, quamvis placeat Merkelio. Vide enim, qualis sit sententia: *Cum duo me crimina perdiderint, alterius facti culpa silenda est: nam tanti non sum, ut . . .* *Altera pars* (criminum) *superest, qua turpi crimine. . .* Ac ratio loci requirit, ut primum caussa, sive criminatio, quam in sequentibus refellit, quam simplicissimis verbis ac perspicue proponatur. Itaque scriptura plurimorum codd., Dresd. a 2. m., Pal. 1. et 2., Vat. 1., Guelf., Pol. 1. et 2., Franc. a 2. m., Barb., Mor., Iun., Leid. et VIII al. Heins. et eius ed. pr., Berol. sincera et incorrupta est: *Altera* (criminationis) *pars superest* (ea), *qua arguor turpi carmine* (Arte mea) *doctor obsceni adulterii factus esse.* Duo *carmine dictus.* Serv. et II alii Heins. *turpia carmina fatus.* De usu illo *factus* conf. Sab. Epist. II, 80., Heroid. XIV, 38. Ad sententiam, Pont. III, 3, 57.

Quid tamen hoc refert, vetiti si lege severa
Credor adulterii composuisse notas?

Adulterii. Genitivi secundae declin. in *ii* pro vetere *i* usque ad Augusti senis aetatem praeter paucos locos apud Prop. in poëtis non legi, unum Ovidium eam primum frequentasse et post eum alios scriptores omnes, scribit ad Terent. II, 1, 30. Bentleius, assentiente Ruhnkenio ad Terent. I, 1, 17. Sed ante eam aetatem illa forma, quamvis non tam saepe scriberetur, minime nova fuisse videtur et consuetudo in eum usum iam inclinasse: alioquin fieri vix posuisset, ut Naso, qui in talibus rebus raro nimius est, tam saepe ea esset usus et post eius aetatem statim vulgaris facta esset. Vid. Virg. A. III, 385., Enn. apud Apulei. I. p. 43., Salmas. Exercitt. Plin. 860., Fr. A. Wolf ad Cic. de N. D. p. 295. De fine illo pentametri vid. ad I, 3, 6. Herc. *ductor*. V. 212. Seg. *obscenus*.

213. Ad criminationem illam pri-

Utque deos coelumque simul sublime tuenti 215
Non vacat exiguis rebus adesse Iovi;
Ex te pendentem sic dum circumspicis orbem,
Effugiunt curas inferiora tuas?
Scilicet imperii, Princeps, statione relicta
Imparibus legeres carmina facta modis? 220
Non ea te moles Romani nominis urget,
Inque tuis humeris tam leve fertur onus,

mum eleganter respondet, Augustum in tanto imperio procurando non potuisse libros illos curatius inspicere eorumque innocentiam cognoscere.

Falli, ignara esse (I, 3, 59.); *et sunt vere minora, quam ut a te cognosci digna videantur.* Goth. et Berol. *fas est ergo.* Pal. 1. et IV alii Heins. *corpora.* Guelf., Vat. 1., et IV alii Heins. *numina.* Put. *lumina.*

214. *Tua.* Bernensis et Rel. *tui.*

215. De illa adulatione, qua Augustum quasi Iovem terrestrem facit atque supremum in terris numen, eumque Iovis potestati in coelo opponit, diximus supra. Vid. ad IV, 4, 19. et I, 5, 78. Exc. Voss., Berol. et Rel. *tenenti.*

Vacare cum infinitivo, ut Met. V, 334.

217. *Ex te pendentem.* Gall., Busl., Serv., Leid., Rel. et vett. edd. praeter Bonon. *a te.* Put., exc. Voss., Iun., III alii Heins. et Dresd. *in te.* Bern. et Seg. *independ.* Pal. 2., Guelf., Berol. et III cum ed. Bonon. *de te.* Goth. sub ras. *e te.* Franc. a 1. m. et Crev. *sic te.* Reliqui non pauci *ex te,* quod propter auctoritatem librorum retinuimus; nam dici h. l. potest *in, a, de* et *ex.* Vid. Forcell. in v. — Pal. 1. et III alii Heins. *urbem.*

219. *Imparibus,* h. e. hexametri et pentametri, sive elegiacis. Dicit autem libros de Arte, carmen elegiacum. Sed vide, quot modis carmen elegiacum circumscripserit. III, 1, 11.

Clauda quod alterno subsidunt carmina versu —

Fast. II, 121.

Dum canimus sacras alterno pectine Nonas.

Si scriptura vera est. Trist. III, 1, 56.

Adspicis alternos intremuisse pedes?

Pont. II, 5, 1.

Condita disparibus numeris ego Naso Salano
Praeposita misi verba salute meo.

Pont. IV, 5, 3.

Longa via est, nec vos pedibus proceditis aequis.

Pont. III, 3, 29.

Tu mihi dictasti iuvenilia carmina primus;
Apposui senis, te duce, quinque pedes.

Amor. I, 1, 27.

Sex mihi surgat opus numeris, in quinque residat.

Trist. III, 7, 10.

Aptaque in alternos cogere verba pedes.

221. *Non ea,* non tam levis, tam

Lusibus ut possis advertere numen ineptis,
Excutiasque oculis otia nostra tuis.
Nunc tibi Pannonia est, nunc Illyris ora domanda; 225
Raetica nunc praebent Thraciaque arma metum;

parva. — *Romani nominis* etiam oratores pro ipsis Romanis, Romano imperio.

223. *Lumen.* Put., Mor., exc. Voss. et III alii Heins., Dresd., Seg., Rel., Crev. *lumen*, quod nescio an genuinum putem, ut versus 224. expositio sit verborum *possis advertere lumen*, nec Heinsius h. l. accurate excussisse codd. suos videtur, quum e V nostris IV tueantur scripturam *lumen*. Quanquam scriptura *numen* Augusto magis blanditur. Exemplis nihil efficitur; et Heinsius pro *advertere lumen* attulit Stat. Theb. I, 88.

Talia iactanti crudelis diva severos
Advertit vultus —

et pro *adv. numen* Senec. Thyest. v. 132.

Alpheus stadio notus Olympico
Advertas placidum numen —

Pal. 1. et Gall. *posses*. II Heins. *adnectere*. IV *avertere*. Vat. 1., Guelf., Pal. 2. *inemtis*.

224. *Otia* etiam, quidquid honesto otio conficitur, imprimis scripta; ut a Graecis σχολὴ dicitur. Vid. I, 7, 26. Serv. *discut*. Pirckh. pro v. scr. *subiciasque*. Guelf. *excutias ut oculis*.

225. *Pannonia* regio, quae in septentrione et oriente Danubium, in occidente Noricum, in meridie Illyricos montes terminos habebat. Strab. VII. p. 217. *Bellum Pannonicum, inchoatum ab Agrippa per* (Tiberium) *Neronem gestum est* (Vellei. II. c. 96.), qui eas gentes tandem domuit. Suet. Oct. c. 21. Sed a. U. C. DCCLIX. vel DCCLX. iterum cum Illyriis rebellarunt, cui bello tandem tempore Varianae cladis Tiberius finem imposuit, ut auctor est Vellei. II, c. 117. et 112. Conf. not. ad v. 229. De *Illyria* vid. ad I, 4, 19.

Illyris. Amat Naso sic gentile (ἐθνικὸν) pro possessivo (κτητικῷ) ponere. Sic Pont. II, 3, 84. *Italis ora*, Fast. II, 94. *Ausonis ora*, Trist. IV, 10, 110., V, 3, 8., Pont. II, 7, 72. *Sarmatis ora*, Pont. III, 2, 59. *Maeotis ora*, Fast. III, 84. *Maenalis ora*, Her. XVI, 344. *Bistonis ora*, Her. II, 6. *Sithonis unda*. Vid. Gier. ad Met. VII, 394. Mor. *domanda est*.

226. *Raetica.* Pal. 2., Gall., Pirckh., Bersm., Berol. a 1. m. et ed. Bonon. *Cretica*. Franc., Mor. et III alii Heins. *Rhetica*. Bern. *Retia*. Crev. *Rethia*. Scribendum videtur *Retica*. Vid. Fea ad Hor. Od. IV, 4, 17., Cellar. Orthogr. Lat. p. 116. et 338. — *Raetia* regio erat inter fontes Rheni et Danubii et Alpes, quarum pars *Raeticae* appellabantur, supra Galliam Cisalpinam, a. DCCXXXIX. in provinciae formam redacta a Druso et Tiberio sub auspiciis Augusti. Dio LIV. c. 22., Sueton. Tib. c. 9., Vellei. II. c. 39. 95., Hor. Od. IV, 1, 4. 14. — Suet. Oct. c. 21. *Domuit autem partim ductu, partim auspiciis suis Cantabriam, Aquitaniam, Pannoniam, Dalmatiam cum Illyrico*

Nunc petit Armenius pacem; nunc porrigit arcus
Parthus eques timida captaque signa manu;
Nunc te prole tua iuvenem Germania sentit,
Bellaque pro magno Caesare Caesar agit. 230

omni: item Raetiam et Vindelicios ac Salassos, gentes inalpinas, etc.

Thraciaque arma. Atrox in Thracia bellum ortum, omnibus eius gentis nationibus in arma accensis, L. Pisonis virtus (Augusti auspiciis a. U. C. DCCXLIII.) *compressit,* ut est apud Vellei. II. c. 98. Vid. Flor. IV. Thracia (Romana) est regio, quae est in septentrione Thessaliae et Macedoniae ad Hellespontum, Propontidem et Pontum Euxinum usque ad Moesiam. Mela II. c. 2. Pal. 1. *craticaque.* Crev. *traiciaque.* Guelf. et Busl. *terciuque.*

228. *Porrigit arcus, etc.* A. U. C. DCCI. M. Crassus a Parthis erat occisus exercitusque eius partim deletus, partim captus. Dio XL. c. 21. seqq., Vellei. II. c. 46. Postea DCCXVIII. M. Antonius alteram ab iis cladem accepit. Dio XLI. 25. seqq. Sed a. DCCXXXIV., *quum Caesar in Syriam ad componendum orientis statum venisset, metum Phraati incussit, ne bellum Parthiae inferre vellet. Itaque tota Parthia recollecti captivi ex Crassiano sive Antoniano exercitu signaque cum his militaria Augusto remissa.* Iustin. XLII. c. 5. Vid. etiam Suet. Oct. c. 21., Vellei. II. c. 46. 94., Dio XL. c. 21., LIV. c. 8., Flor. III. c. 11., IV. c. 10. Huius victoriae sive successus plena sunt illius aetatis carmina. Vid. Hor. Od. IV, 15, 6., Epist. I, 18, 56., Art. A. I, 176. — Fast. V, 593.

Partho refers aquilas, victos quoque porrigis arcus.

Ceterum Parthi equis fere militabant, et imprimis metuendi sagittis erant, quibus simulata fuga retro missis hostem incaute persequentem obruebant. Iust. XLI. init., Hor. Od. I, 19, 11., II, 13, 17., Prop. IV, 3, 66., Ov. Art. A. I, 209., Fast. V, 592., Virg. Georg. III, 31.

Armeniam Tiberius (anno U. C. DCCXXXV.) redegit in potestatem populi Rom. Vellei. II. c. 94. Sed a. DCCLIV. cum Parthis iterum rebellarunt (Vellei. II. c. 101. seqq.), sed Caius Caesar, Augusti nepos, eos a. DCCLVI. ad pacem ineundam coegit. Gall. et ed. pr. *arcum.* Duo Heins. *rapta.* Unus *parta.*

229. *Nunc te prole tua.* Non Cl. Drusus intelligendus est, qui aliquot annis ante quam haec scripta sunt (a. DCCXLV.) in Germania perierat, sed qui ab Augusto *filius* (hinc *prole tua* et *pro magno Caesare Caesar*), *collega imperii, et consors tribuniciae potestatis assumtus erat,* Tiberius (Vid. Tac. Annal. I. c. 3. et Trist. IV, 2, 1.), qui, cum iam a. DCCXLVII. et DCCXLVIII. plures contra Germanos expeditiones fecisset, statim post Varianam cladem a. DCCLXII. (Vellei. II. c. 117—19., Suet. Tib. c. 16.) denuo contra eosdem missus est, unde proeliis aliquot commissis quarto ab illa clade anno Romam rediit ad agendum triumphum, quem DCCLXII. de domitis Dalmatis et

Denique ut in tanto, quantum non exstitit unquam
Corpore pars nulla est, quae labet, imperii;
Urbs quoque te et legum lassât tutela tuarum,
Et morum, similes quos cupis esse tuis.
Nec tibi contingunt, quae gentibus otia praestas, 235
Bellaque cum multis irrequieta geris.
Mirer in hoc igitur tantarum pondere rerum
Nunquam te nostros evoluisse iocos?

tota Illyria meruerat (Pont. II, 1. et 2., III, 4.), sed tum ob cladem a Germanis acceptam moesta Urbe distulerat. Vid. Suet. Tib. c. 16., Vellei. II. c. 117. seqq. et not. ad Tr. III, 8, 14. et IV, 2. *Sentit.* Vid. ad III, 8, 14.

230. *Bellaque—agit.* Sic Dresd. pro v. scr., Pal. 1., Gall., Pirckh., et VIII alii Heins., Bern., Seg., Rel. et ed. Bonon. Vid. Gronov. Obss. II. c. 3. p. 178. Art. A. I.

Bellaque non puero tractat agenda puer.

Grat. Cyn. v. 334.

Quod nisi et accessus et agendi tempora belli
Noveris —

Vat. 1., Pal. 2. *obit,* quod sine idonea caussa primus recepit Heinsius. Guelf. *abet.* Dresd. a 1. m. *init.* Dresd. pro v. scr., Goth., Seg. a 1. m., Berol., Crev., Busl. et reliqui codd. et vett. edd. perperam *habet.*

231. *Ut,* ubi. Rich. et Busl. *quanto non ext.* Crev. *ut* omittit. Dresd. *et in.*

232. *Imperii corpus.* Tac. Hist. I. c. 16. *Si immensum imperii corpus stare ac librari sine rectore posset.* Conf. v. 535. — Mor. et II alii Heins. *quae vacet.* Pal. 2. *latet.* Berol. *habet.* Bern. *quae nulla pars.* Vid. ad I, 3, 6.

233. Flor. IV. c. 12. *Hinc* (a bellis) *conversus ad pacem, pronum in omnia mala et in luxuriam fluens saeculum gravibus severisque legibus multis coercuit.* Suet. Oct. c. 32. *Pleraque pessimi exempli correxit, quae in perniciem publicam aut ex consuetudine bellorum civilium duraverant aut per pacem etiam exstiterant.* Conf. Suet. c. 34., Hor. Epod. 18, 17. seqq.

Quos — tuis. De moribus Augusti vid. Suet. Oct. c. 61. seqq.

Berol. *te* omittit. Mor., Serv. a 1. m., Iun., Leid. et VI alii Heins., Goth., Rel., Crev. et ed. Bonon. *et* omittunt. Busl., Leid. et V alii Heins. *mores.* Bern. *laxat.* Busl. *lassant.* — V. 235. Quidam scripti et vett. edd. *non.* Rel. *contingent.*

237. *Mirer.* Heinsius primus dedit *mirer* ex Vat. 1., Pal. 2., Put. et III aliis et ed. pr., quibus accedunt Guelf. et ed. Bonon.; et *te nunquam* e Vat. 1., Pal. 2., Pol. 1., Serv., Franc., Put. et VII aliis et ed. pr., quod etiam Bern. et Rel. habent; nisi quod cum Put. et II aliis Heins., *nunquam te.* Reliqui et vett. edd. *miror — un-*

At si, quod mallem, vacuus fortasse fuisses
Nullum legisses crimen in Arte mea. 240
Illa quidem fateor frontis non esse severae
Scripta, nec a tanto Principe digna legi;
Non tamen idcirco legum contraria iussis
Sunt ea, Romanas erudiuntque nurus.
Neve, quibus scribam, possis dubitare, libellus 245
Quatuor hos versus e tribus unus habet:
„Este procul, vittae tenues, insigne pudoris,
„Quaeque tegis medios instita longa pedes!

quam te; quod ferri non potest. Franc. pro v. scr. et Barb. *explicuisse.*

Evoluisse, diaeresis.

239. Pal. 1. *vacuum.* IV Heins. et Seg. *vacuum f. fuisset.* Vat. 1., Guelf., Pol. 1. et 2., Pal. 2., Put., Franc. a 1. m., Mor., Serv. et VIII alii Heins. *vacuum tibi forte fuisset.* Exc. Voss. *vacuus tunc forte fuisses.* Crev., Bern., Dresd., Busl., Iun. et II alii Heins. *vacuus tibi forte fuisses* (Bern. *fuisset*). Goth. *vacuum tibi tempus adesset.* Varietas illa *tibi forte* et *tunc forte* orta est, quod illi grammatici nescirent, illud *fortasse* pertinere ad *legisses.* Conf. v. 317. — Iun. et Franc. *aut si.* III Heins. etiam *quod vellem.* — —

Vacuus, otiosus. Vid. I, 1, 93.

240. Pal. 1. *nullius leg.* Guelf. a 1. m. *legisset.*

241. *Frontis severae.* *„Illa quidem scripta fateor non esse frontis severae et gravis, sed iocosae ac hilaris.“* Vid. v. 493. et conf. v. 309. Parum scite Burmannus ex uno Bonon. dedit *fronti severae.*

243. *Legum—iussis.* Severissimas de pudicitia ac de adulteriis leges Augustum dedisse auctor est Suet. in Oct. c. 34.

245. Gall., Berol. et vett. edd. *scripsi.*

Libellus unus est liber primus Art. A. v. 31—34. Dresd., Rel. et Crev. a 2. m. et vett. edd. *libellis.* V. 246. Iun. *de.*

247. *Este procul, vittae tenues.* Mulieres ingenuae a meretricibus vestitu distinguebantur. Nam primum habebant vittas, capitis ornatum, ad coercendos capillos, de quibus vid. Turneb. Advers. 2. 3. 5. et 29., Forcell., Boettiger in Sab., Serv. ad Virg. A. IV, 457. Deinde stolam, vel tunicam longam, zona adstrictam usque ad talos demissam limboque seu fascia, quae *instita* dicta, subsutam. Hor. Sat. I, 2, 29. pari modo de honestis feminis:

Quarum subsuta talos tegit instita veste —

ubi vid. interpp. Unde *instita,* ut h. l. pro ipsa stola dicitur. Vid. Boettig. Sab. p. 361. 378. Mere-

„Nil, nisi legitimum concessaque furta, canemus,
„Inque meo nullum carmine crimen erit.“ 250
Ecquid ab hac omnes rigide submovimus Arte,
Quas stola contingi vittaque sumta vetat? —
At matrona potest alienis artibus uti,
Quodque trahat, quamvis non doceatur, habet. —

tricum autem ac libertinarum aut stupri damnatarum nullus vittarum usus, neque stolarum longarum, sed brevioribus eae utebantur vestibus. Vid. Schol. et interpp. ad Hor. Sat. I, 2, 62., Heyn. ad Tib. I, 6, 67. et IV, 10, 3, Ferrar. de Re Vest. III. c. 22., Iuv. Sat. II, 70. Tibull. I, 6, 67.

Sit modo casta, doce, quamvis non vitta ligatos
Impediat crines, nec stola longa pedes.

Fast. IV, 133.

Rite deam Latiae colitis matresque nurusque,
Et vos, quis vittae longaque vestis abest.

249. *Nil nisi legitimum.* Primus Vat., Leid. pro v. scr., Goth. *nos Venerem tutam,* ut legitur hic versiculus Art. A. v. 33. At librarii illi solertiam poëtae ac venustatem, quae lasciviora illa: *nos Venerem tutam*, h. l. verbis: *nil nisi legitimum* mitigavit, parum perspexerunt. *Legitimum* exponitur illis *concessaque furta,* ac fere est *legibus non vetitum. Furta* in clandestinis et turpibus amoribus frequentatum a Nasone verbum. Vid. v. 347. 432. 440. et indices. Serv., Pal. 2., Vat. 1. et Guelf. *canamus.* Busl. *nonnisi.*

251. *Rigide.* Ita recte Iun., fragm. Vat., Rel. pro v. scr. et Dresd. Reliqui codd. et vett. edd. omnes *rigidas.* Male. Quas summoverit ab Arte sua per periphrasin dictum est versu 252., ac *rigidas* parum eleganter designaret matronas *honestas,* ac prorsus eodem modo locutus est Naso Pont. III, 3, 55., quem locum, quum etiam alia, huic loco similia, contineat, afferre lubet:

Scis tamen, ut liquido iuratus dicere possis,
Non me legitimos sollicitasse toros.
Scripsimus haec istis, quarum nec vitta pudicos
Contingit crines, nec stola longa pedes.
Dic, precor, ecquando didicisti fallere nuptas,
. . . . . .?
An sit ab his omnis rigide summota libellis,
Quam lex furtivos arcet habere viros?
Quid tamen hoc' prodest, vetiti si lege severa
Credor adulterii composuisse notas?

Busl. *rigida.* Crev. pro v. scr. et Rel. *numquid.* Vett. edd. *rigidas — artes.*

252. *Quas—vetat,* per λιτότητα; minus enim dicitur, quam significatur. Rel., Gall. et VI alii Heins. *sumptaque vitta.* IV Heins. *vittaque longa.* Mor. et II alii Heins. *summa.* Seg. *longaque vitta.* Iun. *tantaque v.* Bern. *negat.*

254. *Quodque.* Pal. 1. et 2., Vat. 1., Guelf. a 1. m., Franc., Bern.,

Nil igitur matrona legat, quia carmine ab omni 255
Ad delinquendum doctior esse potest.
Quodcumque attigerit, si qua est studiosa sinistri,
Ad vitium mores instruet inde suos.
Sumserit Annales — nihil est hirsutius illis —;
Facta sit unde parens Ilia nempe leget. 260

Serv., Iun., Pol. 1., Franc., VII alii Heins. et eiusdem ed. pr., Crev. et Berol., *quoque*, quod primus recepit Heinsius. Put. *quaque*. Leid. *quique*. Rel. *quasque*. Unus vel duo Heins. *quaeque*. Reliqui codd. et vett. edd. *quodque*. Optime. Versu 253. sibi ipse ad illud, quod se *honestas* mulieres ab Arte sua submovisse dixit, opponit: *At matrona potest artibus alienis* (aliis, non sibi scriptis) *uti* (h. e. legere), *atque* (ita), *quamvis non* (ipsa) *doceatur, habet, quod vitii trahat.* Respondet: *Nil igitur Matrona etc. . . .* Hunc sensum requirit orationis contextus, unde apparet, quo iure recentiores editores plerique cum Heinsio scripserint *quoque trahat. Trahere aliquid* de morborum vi atque contagiis, quae sensim sensimque imbibuntur non rarum. Sic *vitium trahere* Plin. N. H. XXXII. c. 10; *contagia trahere* Ov. Tr. V, 10. Pont. III, 2, 13.

Quis non e timidis aegri contagia vitat,
Vicinum metuens ne trahat inde malum?

Met. I, 412.

Missa (*saxa*) viri manibus faciem traxere virilem —

ubi vid. Gier. *Ducere consuetudinem* Senec. de Tranquil. c. 16. Senec. Ep. 2. *certis ingeniis immorari et innutriri oportet, si velis aliquid trahere, quod in animo fideliter sedeat.* Eodem sensu v. 277. est *concipere*. De illo *que* vid. ad V, 1, 78. Pol. 1. *trahatur*.

255. Goth., Pal. 2., Pirckh. et vett. edd. *quae carm.* Conf. I, 5, 41. Ceterum facete illud *matrona* v. 253. repetit: *dann muss die Matrone gar nichts lesen.* Conf. 261. 262. 288. 289. 361. 362. 413. 414.

257. *Sinistri*, pravorum sive pravarum artium. Propositio infinita, quam inductione probat. — V. 258. Crev. *quoscunque*. Bersm. *instruit*. Pal. 2. *astruit*. Exc. Voss. *adstruet*. Guelf. *constr.*

259. *Nihil est hirsutius illis.* Goth. *nil est.* Prim. Vat. *est irrisimus illis.* Bern. *est hic sanctius istis.* Crev. pro v. scr., Rel. *instructius.* — *Hirsutius* h. e. *rigidius, severius. Annales* recentiores horum carminum interpretes, Platz, Klein, Iahn et alii cum Burmanno intelligunt *Annales maximos* sive Pontificum, vetustissimos illos historiarum Romanarum libros, quos incondita atque horrida oratione fuisse scriptos cum alii prodiderunt, tum Cicero in II. de Orat. c. 12. Perperam. Intelligendi sunt *Annales*, carmen Enni poëtae. Illa autem *nihil est hirsutius illis* non de Enni versibus ac sermone accipienda, quamvis asperam atque inconditam illius poëtae fuisse ora-

Sumserit *Aeneadum genetrix* ubi prima; requiret,
Aeneadum genetrix unde sit alma Venus.

tionem constet. Vid. Cic. Brut. c. 19., Hor. Epist. II, 1, 50., Ov. Tr. II, 414., Amor. I, 15, 9., Stat. Silv. II, 7, 75., Gell. N. A. XII. c. 2., Macrob. VI. c. 2. *Hirsuti* Annales illi appellantur ab argumento, q. e. severi, gravitatis pleni nullisque deliciis atque nequitiis asperi; uti e contrario carmina ludicra et lasciva ab Nasone passim *mollia* ac *tenera* dicuntur. Sed, cur si Annales Enni poëta intelligeret, non potius scripsit:

Sumserit Annales (nihil est hirsutius) Enni —

aut cur non notionem carminis verbo significavit? Nimirum quia ex illis, quae sunt v. 255.

Nil igitur matrona legat quia carmine ab omni —

atque e totius loci conclusione illa v. 264.

Posse nocere animis carminis omne genus —

satis existimavit apparere, nihil aliud nisi carmen intelligi posse. Conf. v. 423.

Sumserit. Conf. V, 1, 69.

Ilia, vel *Silvia*, vel *Rhea Silvia*, filia Numitoris, ab Amulio patruo Vestalis facta, tamen e Marte Romulum et Remum (inde *Iliades* IV, 3, 8.) peperit, a quibus Roma condita est. Plut. Rom. c. 3., Dionys. A. R. I., Liv. I. *Ilia* quomodo a Marte facta sit mater, lepide narrat Ov. Fast. III, 11. sqq. Goth. *nil est.*

261. *Sumserit, Aeneadum genetrix ubi prima.* Non felicius, quam *Annales* illos, v. 259. explicuerunt grammatici, quinam hoc loco liber sit intelligendus. Virgilii Aeneida putat Merula, adductus, ut videtur, vitiosa scriptura, quae nonnullos libros manu scriptos occupavit, *Aeneidem genitrix.* Burmannus cum Castal. Dec. I. c. 5. illud *sumserit* simpliciter repeti censet et eosdem *Annales maximos* significari vel aliud opus, in quo Romanorum origo ab Aenea Troiano repetatur. *Annales maximos* intelligunt etiam Klein et Platz, quibus assentitur Iahn, qui ita scripsit:

Sumserit: Aeneadum genetrix ubi prima, requiret, etc.

et loci sententiam statuit esse talem: *si sumserit Annales: requiret, ubi* (quo loco) *prima Aeneadum genetrix sit* (legatur), *et* (*postquam Venerem invenerit, requiret*) *unde* (a quo) *Venus alma sit* (facta sit) *genetrix Aeneadum. Contorta* sane interpretatio. Ac praeterea scrupulum movere debent, ita si locus accipiatur, illa *persequar inferius — carminis omne genus;* quae, nisi duobus saltem libris, qui fieri perniciosi matronis possent, ante nominatis, vix commode dicerentur. — Intelligendum est opus Lucretii, quod poëta per periphrasin et suo modo eleganter significat, alludens ad primos carminis Lucretiani versiculos:

Aeneadum genetrix, hominum divomque voluptas,
Alma Venus, coeli subterlabentia signa.

Ac loci sensus hic est: (Si porro) *sumserit* (in manus carmen illud, quod talibus verbis: *Aeneadum ge-*

Persequar inferius, modo si licet ordine ferri,
Posse nocere animis carminis omne genus.
Non tamen idcirco crimen liber omnis habebit. 265
Nil prodest, quod non laedere possit idem.

netrix, incipit, et ubi vel in quo itaque *Aeneadum genetrix prima* est, primum libri locum tenet, eaque statim *alma Venus* esse dicitur, h. e. *si sumserit carmen Lucretii:* statim, si matrona talium rerum (nequitiarum) studiosa est, (cupide) *requiret, unde* (a quo viro) *alma* (illa) *Venus* (festive iterum ad Lucretiana illa alludit) *sit* (cum eadem venustate, quae semel iam dixit, Lucretiana verba repetit) *Aeneadum genetrix*. De Nasonis festivitate atque elegantia alludendi pluribus diximus ad Heroid. Vol. I. p. LXXIV. Haec exempla sunt in hoc libro Tristium. V. 533.

Et tamen ille tuae felix Aeneidos auctor
Contulit in Tyrios arma virumque toros.

V. 559.

Pauca (*hinc tibi iubeas legi*), quibus prima surgens ab origine mundi
In tua deduxi tempora, Caesar, opus,

Vid. not. ad v. 425. et Pont. IV, 16, 34. collato Grat. Cyneg. v. 23. Et repetitionem illam *Aeneadum genetrix*, etiamsi non alluderet, Nasonianae festivitatis esse, vidimus ad v. 255. — Venerem autem ab Anchisa Troiano matrem factam esse Aeneae et Romanos per Silvium, Aeneae ex Lavinia filium, ab Aenea genus duxisse, carmine celebravit Virgilius in Aen. VI, 756. Vid. Macrob. Sat. I. c. 12. et Liv. I. Hom. Il. II, 819., Hyg. F. 94. De forma *Aeneadum* pro *Aeneadarum* vid. Priscian. VII. c. 3. et Leop. Schneider Gr. Lat. II. p. 23. quique ab eo laudantur. Goth., Seg., Rel., Put., Iun., Bersm. et XII alii Heins. et ed. Bonon. *Aeneadem*. Pal. 1., Leid. et V alii Heins., Dresd. a 2. m. *Aeneidem*. Vett. edd. praeter Bonon. *Aeneiden*. Omnes frustra. Guelf. a 1. m., Dresd., Bern., Pal. 2. etiam *Aeneadum*. — Iun. *ut prima*. Pirckh. et Leid. *nisi prima*. V. 262. Berol. *alma sit unde*. Busl. *illa Venus*.

263. *Persequar*. Merul., Put., Iun. et V alii Heins. et eiusdem ed. pr. *prosequar*. — *Inferius;* nam post centum demum versus (v. 359.) hunc locum tractare incipit.

Pro *ferri* Dresd., pro v. scr., Goth., Berol., Crev., Rel., Bersm., cum XIII aliis Heins. et ed. Bonon. *fari*. Dresd. pro v. scr. *meo si licet*.

265. Postquam duo carmina, sc. Enni et Lucreti, commemoravit, quae ad peccandum allicere legentis animum possent, concludit: „*persequar inferius hunc de libris locum, . . ., posse nocere legentibus omnia carmina sine discrimine; non tamen idcirco omnia carmina damnosa eorumque confectio scelerata iudicantur sive iudicabuntur: nihil enim est tam utile, ut non idem quoque fieri noxium possit.*“

Vett. edd., etiam ed. pr. Heinsii *habetur*. *Crimen habere* apud Nasonem non rarum. Art. A. III, 454., Met. III, 142.

Igne quid utilius? Si quis tamen urere tecta
Comparat, audaces instruit igne manus.
Eripit interdum, modo dat medicina salutem,
Quaeque iuvet, monstrat, quaeque sit herba nocens. 270
Et latro, et cautus praecingitur ense viator;
Ille sed insidias, hic sibi portat opem.
Discitur, innocuas ut agat facundia causas:
Protegit haec sontes immeritosque premit.
Sic igitur carmen, recta si mente legatur, 275
Constabit, nulli posse nocere meum.
At quoddam vitium quicumque hinc concipit, errat,
Et nimium scriptis abrogat ille meis.

268. *Comparat.* Pal. 1., exc. Voss., Iun., Gall., Mor. (etiam Bern. et Crev.) *apparat.* Ita Virg. A. IX, 146. et 116., Sil. III, 159. et alii. Unus et ed. pr. *apparet.* Vat. 1., Pal., 2. Serv. et X *coeperit.* Heins. Parum referre puto, *comparat* an *apparat* legatur. Fast. II, 580. Barth. ex codd? (Advers. XL. c. 5.) *concupit.* Burm. Dresd. *coeperit.* Goth. *apparat.*

Audaces, temerarias, sceleratas. *Duo* Heins., Bern. et Crev. *ille manus.* Rel. *inde manus.*

270. *Iuvet.* Heinsius ex uno Pol. 1. primus induxit *iuvans,* ut illi *nocens* aequale esset; sed omnium prope veterum librorum scriptura *iuvet* continet eandem fere aequabilitatem, quam Heinsius requirebat. — Guelf., floril. Berol., Seg., Rel., Leid., Busl. et Iun. *iuvat.* Bern. *captus.* Pirckh. *vivet.* Pal. 1. etiam *quaeque fit.*

272. *Portat. Portat,* propter instrumentum illud *ensem.* Leid. *ille per ins.*

273. *Discitur ars dicendi, ut innocuas* (iustas) *causas defendat:* (attamen) *haec sontes . . — Immeritos.* Vid. I, 2, 58. — Busl., VIII alii Heins., Bern., Crev. et pro v. scr. Dresd. *et sontes,* non male. Berol., Pol. 1., Put. et V alii Heins. *insont.* Pirckh. *et nocuos innocuosque. Innocuosque* etiam Pal. 2. et V alii Heins. et eiusdem ed. pr. — Voss. *gravat.*

275. *Recta,* integra et innocenti. Crev. et Rel., Vat. 2., Guelf. et V alii Heins. *si recta.* Put., Rel. *hoc igitur.* — V. 276. Duo Heins. *constabit nulla parte.* Vid. not. ad v. 204.

277. *At quoddam vitium quic.* Valde variant in scriptura huius versus veteres libri. Seg., Rel., Goth., Guelf. a 2. m., Pal. 1., Gall., Serv., nec pauci alii, ut videtur, Heinsii *at quoddam vitium.* Dresd.

Ut tamen hoc fatear: ludi quoque semina praebent
Nequitiae: tolli tota theatra iube: 280
Peccandi causam quam multis saepe dederunt,
Martia cum durum sternit arena solum!

at quodd. vitium est quicumque hoc. Pol. 2. et XII Heins. et eiusdem ed. pr. *ad quodd. vitium.* Exc. Voss. *et quodd.* Pirckh. *at quodd. vitii.* Medon. *at quidam vitium.* Barb. *aut quidquid vitii.* Crev. *at quidam vitia.* Pol. 1., Guelf. a 1. m., Franc., Mor., Busl., Iun., Leid. et IV alii Heins., Berol. *at quaedam vitia.* Bern. *ut quaedam vitia.* Vat. 1. *et quasdam vitiat.* Pal. 2. *at quaedam vitiat.* Praeterea Berol. *quaecunque.* Pal. 1. *his.* Serv. et XIII alii Heins. et eiusdem ed. pr. et reliquae vett. edd. *hoc.* Leid., Guelf. a 2. m., Seg., Berol., Crev. *hic.* Gall. *id.* Busl. *ceperit.* Rel. *accipit;* pessime. Goth. *intelligit,* ex glossa. Pro *at quoddam vitium* vett. edd. *et tandem vitium.* Heinsius, ut ad mutandum fere ubique pronus, sine omni auctoritate vetustatis et sine omni elegantia sententiae dedit *at quiddam vitii.* Pessima est et notioni versus 276. repugnat, quae Graevio et aliis placebat coniectura:

At quasdam vitiat: quicunque haec concipit, errat, etc.

Nullum sensum habet scriptura vett. edd. *et tandem vitium.*

Mihi vera scriptura videtur esse *at quoddam vitium etc. Hinc concipit* est *hinc redundare putat.*

278. *Abrogat* recte dedit Heinsius pro *arrogat,* ut ante illum edebatur, atque ita Dresd. a 1. m., Pal. 1., Merul., Heinsii XVII et eiusdem ed. pr. et reliquae vett. edd., Berol. et Crev. — Mor., Busl. a 2. m. et V alii Heins., Guelf. a 2. m., Rel. pro v. scr., Dresd. a 2. m., Goth. *derogat.* Bern. *detrahit.* Reliqui *arrogat.* Goth., Pirckh. et ed. Bonon. *ipse meis.*

279. „*Ut tamen hoc fatear, concedam, sc. e carmine meo aliquod vitium oriri posse, non tamen sequitur, illud esse damnandum.*“ Quod probat inductione, in qua licet exempla sive similia cumulaverit, tamen propter elegantiam, qua pleraque sunt exposita, equidem nullum abesse velim. — Busl. *praestant.*

280. *Nequitiae* nomen generis est; sed Naso illud in deliciis habet pro nequitia in re venerea. Art. A. I, 135. Her XVII, 29. et III, 17.

281. *Quam multis.* Male Heinsius ex Richel. et Franc. dedit *quae multis.* Vid. ad 270. — Gall. *multis quoque.* Fragm. Vat. *ludi quoque.* Pal. 2., Serv., Iun. et nonnulli alii Heins. *multi.* Gall., Mor., Serv. *dedere.*

282. „Tunc, *quum,* vel *si,* vel *ubi sternit.*“ I, 3, 1. Perperam Dresd., Pal. 2., Guelf., Put., Bern., Mor., Serv., Busl., Pirckh., Leid. et XVII alii Heins. et eiusdem ed. pr., Berol., Crev., Seg. *sternat.* Gall. *sternet.* Pirckh. *cur durum.*

Arena ad ludos gladiatorios in amphitheatris strata; nam hos lu-

Tollatur Circus: non tuta licentia Circi est:
Hic sedet ignoto iuncta puella viro.
Cum quaedam spatientur in hac, ut amator eodem 285
Conveniat, quare porticus ulla patet?
Quis locus est templis augustior? Haec quoque vitet,
In culpam si qua est ingeniosa suam.
Cum steterit Iovis aede, Iovis succurret in aede,
Quam multas matres fecerit ille deus. 290

dos significat h. l. poëta; de scenicis infra dicit. Quoties autem ludi gladiatorii instaurabantur, recenti arena amphitheatrum sternebatur. Fast. III, 813.

Altera (*dies*) tresque super strata celebrantur arena;
Ensibus exsertis bellica laeta dea est.

Martia propter pugnas et certamina, quae Marti sacra. Ceterum non periculosos illos ludos dicit, quod turpes et obscoeni essent, sed quia tanto hominum conventu multa et varia hominibus in iis locis daretur peccandi occasio; ut statim v. 284. explicatur. Vid. Art. A. I, 156.

283. *Licentia Circi,* quod in Circo spectare licet. *Circus* est Circus maximus, qui per excellentiam etiam simpliciter *Circus* appellatur, locus vel potius arena vastissima, muris septa et sedibus spectatorum, gradatim surgentibus, circumdata, in qua ludi publici gladiatorum, equorum, bestiarum, alii habebantur, qui inde Circenses dicti sunt. Liv. I. c. 35., Dion. Hal. A. R. III. Mor., Goth. et Seg. *est* omittunt.

285. *Eodem.* Pal. 2., Pirckh., Iun., Mor., Busl., V alii Heins. et Bern. *eadem,* quod perperam induxit Heinsius. Male etiam Guelf. et Pal. 2. *in hoc.* Goth., Bern., Busl., Berol. et Crev. *spatiantur.* Pirckh. *ubi am.* Bern. *et am.* Prop. IV, 8, 75.

Tu neque Pompeia spatiabere cultus in umbra,
Nec cum lascivum sternet arena forum;
Colla cave inflectas ad summum obliqua theatrum, etc.

Ceterum celeberrimae porticus publicae erant Pompeii (Prop. l. l., Hor. Sat. I, 4, 134. et I, 9, 1. ibique interpp.), porticus Agrippae (Hor. Epist. I, 6, 26. ibique interpp.), porticus Apollinis (Vid. ad Tr. III, 1, 60.), porticus Liviae (Fast. VI, 639.) et porticus Octaviae (Tr. III, 1, 69.). Ad sententiam conf. Art. A. I, 67., III, 387. — V. 286. Pal. 1. et nonnulli alii Heins., Berol. et Seg. *illa.* Serv. *manet.*

288. *Ingeniosa est in culpam,* mentem in nequitias intentam habet, in nequitias prona est. Conf. v. 342. Mor. *ambitiosa.*

289. *Cum steterit.* Bern. *constiterit.* Vid. v. 259. Bel. *con steterit.* — Pal. 1. *Iovis succurrerit ide.*

Templa Iovis et Iunonis in monte

Proxima adoranti Iononis templa subibit,
Pellicibus multis hanc doluisse deam.
Pallade conspecta, natum de crimine virgo
Sustulerit quare, quaeret, Erichthonium.
Venerit in magni templum, tua munera, Martis: 295

Capitolino iuxta fuerunt. Fast. VI, 34. ipsa Iuno loquitur:

Iunctaque Tarpeio sunt mea templa Iovi.

Conf. Fast. VI, 52. et not. ad Tr. I, 1, 71.

290. *Multas. Multas* sane *matres* fecit Iupiter Optimus, Maximus; quarum numerum et nomina reperire potes apud Hyg. F. 165. Serv. *ipse deus.*

291. *Iunonis.* Ita codd. omnes praeter Pal. 1. — Vett. edd. et Pal. 1. *Iunonia,* quod primus recepit Heinsius, qui eandem orationem etiam multis aliis locis contra codicum auctoritatem novavit, velut Met. XI, 578.

Ante tamen cunctos Iunonis templa colebat.

292. *Hanc doluisse.* Sic nostri omnes, Pal. 1. et XXX fere alii Heins. Reliqui codd. et vett. edd. *indoluisse;* non male, ut omnis vis sit in voce *deam.* Met. II, 468.

. . . . . et iam puer Arcas (id ipsum
Indoluit Iuno) fuerit de pellice natus.

Pellices illae Iunonis (Vid. ad Her. XIV, 95.) sunt eaedem illae, quae a Iove matres factae. Nam Iuno Iovis soror et coniux. Vid. ad I, 2, 7.

293. Pal. 1. *Pallada.* Leid. *de semine.* Gall. *mater de crimine.* Mor. *sine semine.*

294. *Quaeret.* Dimidia (?) fere pars Heins., teste Merkelio, et ed. Bonon. *quaerit.* Male. Caussa in aperto est.

Fabula haec est: Vulcanus Minervae virgini vim inferre voluit. Sed cum dea repugnaret pudicitiamque defenderet, dei semen decidit in terram, unde puerum natum Erichthonium (ἀπὸ τῆς ἔριδος καὶ χθονὸς) nomen traxisse dicunt. Hyg. F. 166., Metam. II, 553. ibique Gierig. Iure igitur matrona quaerebat, cur Minerva illum puerum (festivitatem poëtae vides) sustulisset et pro filio habuisset. *Tollere* ductum e more veterum Romanorum, in quorum potestate erat, infantes ex se natos vel educare, vel exponere vel occidere. Positum recens natum infantem in terra pater tollebat, si educari vellet. Vid. Ruhnk. ad Terent. I, 3, 14., Bremi ad Suet. Oct. c. 5., Lambin. ad Hor. Sat. II, 5, 46., Val. Max. V. c. 8. Inde omnino pro *educare.*

295. *Tua munera.* Ita Put., Gall., Mor., Busl., Iun. et VI alii Heins., Goth., Bern., Dresd. et Rel. — Reliqui codd. et vett. edd. *numina.* Sed verum est *munera.* Templum Martis autem munus Augusti dicitur, quia ille *Martis Ultoris templum bello Philippensi* (U. C. DCCXII.) *pro ultione paterna suscepto* (ut tradit Suet. Oct. c. 39.) *voverat, ac postea a. U. C. DCCLII. in foro Augusti exstruxit iuxta*

Stat Venus Ultori iuncta viro ante fores.
Isidis aede sedens, cur hanc Saturnia, quaeret,
Egerit Ionio Bosporioque mari?
In Venerem Anchises, in Lunam Latmius heros,
In Cererem Iasion, qui referatur, erit. 300

aedem Veneris, a I. Caesare aedificatam. Vid. Vellei. II. c. 100., Appian. B. C. II., Dio L. LIV. et XL., Fast. V, 551. Illa *stat Venus iuncta viro* alii sic accipiunt, ut ad imagines, quae ante utrumque templum Martis et Veneris, steterint, referantur. Perperam. Ingeniosa artificis inventione duo illa signa duorum, unde Romani orti, deorum ante unum templum Martis iuxta posita stabant. Postulat eam interpretationem cum totius loci ratio (nam de uno Martis templo hic agitur), tum sane etiam ipsa verba *ante fores,* quae nonnisi de Martis templo accipi possunt. — *Viro.* Vid. not. ad 377. *Vir* de amatore passim. Art. A. III, 88. *Templum magni,* plurimi Heins., Dresd., Goth., Crev., Busl., Rel. — Pal. 1. *templo magni.* Barth. (?) Adv. XL. 5. *templum Lavinia Martis.*

297. *Isidis aede sedens.* Isidis, numinis Aegyptiaci, sacra e peregrinis Romae maxime vigebant et superstitiosissime agebantur. Vid. Iuv. Sat. VI, 525. 541., XII, 28., Heyn. ad Tibull. I, 3, 23. Fabula est: Io, Inachi filia, a Iove compressa, Iunone superveniente, in vaccam a deo mutata est. Quam cum Iuno dono sibi poposcisset atque impetrasset, Argo custodiendam tradidit. Deinde Argo a Mercurio occiso, oestro exagitatam coegit, ut in mare sese praecipitaret, quod mare Ionium (vid. ad I, 4, 3.) appellatum est. Post varios inde errores etiam Bosporum, Cimmericum an Thracium incertum est, tranavit, qui et ipse nomen inde accepit, et tandem in Aegyptum pervenit, ubi Iupiter formam suam ei restituit, deamque Aegyptiorum fecit, quae Isis nunc nuncupatur. Hyg. F. 145., Apollod. II. c. 1., Met. I, 568., Serv. ad Virg. A. VII, 790.

Saturnia, Iuno. I, 2, 7. — Franc. *hanc cur.* V. 298. Busl. *Bistonioque.* Leid. *Hesperioque.*

299. *In Venerem,* h. e. contra Veneris pudicitiam. Heinsius e Vat. 1. scriptura in *Venere, in Luna, in Cererem,* dedit *in Venere, in Luna, in Cerere,* quae scriptura in sententiae naturam et praecedentia apte quadrat; verum quum scriptura omnium vett. librorum satis idoneum sensum praebeat, hanc non temere mutandam censeo.

Iasion, quod primus dedit Heinsius, exhibent Pol. 1. et 2., Put., Mor. et VI alii Heins. Accedunt Franc., Iun., Leid. et V alii Heins., Guelf., Bern. et nostri omnes, qui habent *Iason.* Reliqui codd. et vett. edd. *Iasius.* Utraque forma, recte monente Heinsio, a Nasone usurpatur. IX, 428.

— — — queritur canescere mitis
Iasiona Cepes.

Amor. III, 10, 25.

Omnia perversas possunt corrumpere mentes;
Stant tamen illa suis omnia tuta locis:
Et procul a scripta solis meretricibus Arte
Submovet ingenuas pagina prima manus.
Quaecumque irrumpit, quo non sinit ire sacerdos, 305
Protinus haec vetiti criminis ipsa rea est.

Viderat Iasium Cretaea diva sub Ida
Figentem certa terga ferina manu.

Sed probabilius est, formam Latinam, quam Graecam librariis deberi. Pal. 1. *erat.* — De *Anchise* vid. ad v. 261. *Latmius heros,* Endymion, qui amatus a Luna (Vid. ad I, 3, 28.) in Latmo, Cariae monte, (Mela I. c. 17.) *consopitus est, ut eum dormientem oscularetur.* Cic. Tusc. I. c. 38. Hyg. F. 271., Plin. H. N. II. c. 9. — *Iasion,* Iovis ex Electra filius, a Cerere amatus, ex qua Plutum procreasse putatur. Amor. I. l., Met. IX, 422., Hyg. F. 270., Hes. Theog. v. 969.

301. Bern. *poterunt.*

302. *Stant tamen.* Bern., Gall., Mor., Leid., V alii Heins., Goth. *sunt tamen. Stant* bene habet, quia adhuc de statuis et imaginibus sermo est. Vid. v. 296.

303. *Et procul a.* Busl., Leid. et alius Heinsii *at,* quod nunc pro vulgata est. Male. Praeter argumentum illud, a simili repetitum, quo Artem non damnandam ostendit, novam adiicit excusationem culpae suae sive supra allatam repetit et urget, hoc sensu: *et* (praeterea) *prima nostrae Artis pagina ingenuas* (honestarum matronarum) *manus ab ea submovet vel arcet, quae solis scripta est meretricibus.* Conf. v. 322. Vat. 1., Guelf., Busl. et Rel. *ab scripta.* Vett. edd. *sed procul.*

304. *Manus.* Pal. 1., Mor., III alii Heinsii et eiusdem ed. pr., Bern., Berol. et Rel. *nurus;* quod sine idonea caussa recepit Heinsius, et fluxit e v. 244. Recte habet scriptura reliquorum codicum omnium et vett. edd. *manus:* nam de matronis h. l. dici patet e natura ac ratione huius distichi.

305. *Irrumpit.* Sic Gall. et VII alii Heins., Seg., Rel. et Bern. — Guelf., Mor., Pal. 2., Put., Serv. et VII alii Heins. *erupit.* Busl., Dresd., Goth. et reliqui omnes cum vett. edd. *erumpit.* Verum est *irrumpit,* quod proprie dicitur de iis, qui adyta non initiati aut scelesto consilio subeunt. Brisson. de Form. R. Pont. I, 7, 23.

Nec tamen irrumpo, quo non licet ire, satisque est,
Atria si nobis non patuisse negas.

Vid. Fast. VI, 454. ibique Burm. Apta autem ea metaphora, quia poëtae se, ut h. l. Naso, Musarum sacerdotes, quarum sacra procurent, appellare solent. Scriptura *quo* et sensu et loco illo Pont. 1, 7, 23. satis firmatur, quamvis pauci illam codices tueantur, Pal. 1., Gall., III alii Heinsii et eiusdem ed. pr., Dresd., Goth., Crev. et Rel.; nam reliqui libri vett. (praeter Berol., qui habet *quae,*) *qua,* quae scriptura nata videtur ex illo *erumpit,* ex una corruptione altera,

Nec tamen est facinus versus evolvere molles;
Multa licet castae non facienda legant.
Saepe supercilii nudas matrona severi
Et Veneris stantes ad genus omne videt. 310

ut saepe evenit. Pirckh. et II alii Heins. et ed. Bonon. *hoc.*

306. Pro *vetiti* Dresd., Pal. 1. et 2., Put. a 1. m., Franc. a 1. m., Guelf., Serv., X alii Heins., Seg., Berol. et Heins. ed. pr. mira varietate habent *dempti.*

Vulgo: *acta rea est,* de qua oratione disputavimus ad I, 1, 21. Sed non intelligo vim illius perfecti *acta est,* ubi exspectes *agitur,* sive *agenda est.* Neque illud *hoc,* quod vulgo legitur, satis clarum est nec nisi Pirckh. et duorum aliorum codicum et editionis Bonon. auctoritate confirmatur: nam III Heinsiani habent *hinc,* Berol. *hic,* Francof. *hac;* reliqui codd. et vett. edd. *haec.* Porro pro *acta est* Dresdensis, Pal. 1. et 2., Franc. a 1. m., Serv., Leid. et XII alii Heinsiani cum eiusdem editione pr. *ipsa rea est.* Itaque mihi vera scriptura videtur esse:

Protinus haec vetiti criminis ipsa rea est —

quae hanc planissimam habet sententiam: *Quaecunque . . . ., haec protinus ipsa* (non *sacerdos;* is enim arcuit eam,) *vetiti criminis rea est.* Pronomina *hic* et *ille* a poëtis saepius ita cum vi ponuntur, ubi vulgaris oratio illa omittit. Conf. supra v. 277. 78. et I, 1, 31.

Scriptura: *criminis acta rea est* fluxisse videtur ex IV, 1, 26.

Scilicet hoc ipso nunc aequa, quod obfuit ante,
Cum mecum iuncti criminis acta rea est.

Sed illa sententia ab isto loco longe diversa est.

307. *Nec tamen.* Vett. edd. et V codd. Heins. *non tamen,* perpetua prope varietate. Burmannus e III Heins. codd. dedit *molles—versus:* quem secutus Iahn scripturam omnium prope vett. libb. putat esse contra consuetudinem poëtarum, quod equidem non video. Non enim de versibus omnibus poëta loquitur, ut *molles* ex copia poëtica addiderit, sed de solis iis, qui *molles* sive obscoeni sint, itaque *molles* recte cum vi in fine versus ponitur. Atque omnino periculosum est, e *sola* sententiae ratione, apud poëtas positionem adiectivi mutare. Conf. v. 304. 309. 311., III, 1, 59. I, 5, 35. et V, 2, 31.

Molles, lascivi. Infra v. 349. *Delicias* et *mollia carmina.* Vid. I, 5, 74. *Evolvere* e ratione veterum librorum dictum est. Vid. ad I, 1, 5.

308. Vid. ad I, 1, 119.

309. *Supercilii — severi.* Conf. v. 241. et Met. III, 254. Structura haec est: *Saepe matrona severi supercilii* (severa et honesta. Amor. II, 1, 3.) *videt nudas* (meretrices) *et stantes* (prostantes) *ad genus omne Veneris.* Iuv. Sat. IX, 24.

— — — nam quo non prostat femina templo?

Conf. Sat. III, 65.

Corpora Vestales oculi meretricia cernunt,
Nec domino poenae res ea causa fuit.
At cur in nostra nimia est lascivia Musa,
Curve meus cuiquam suadet amare liber?
Nil nisi peccatum manifestaque culpa: fatendum est. 315
Poenitet ingenii iudiciique mei.
Cur non Argolicis potius quae concidit armis
Vexata est iterum carmine Troia meo?

Nudas, seminudatas, quo alliciant ad Venerem et quaestum. Berol. *supercilium nudat matrona severum.* —

311. *Vestales,* pro Vestalium, quarum nimirum summa lex ac virtus castitas. Vid. ad III, 1, 29.

312. *Domino,* lenoni, qui scortorum prostitutione quaestum facit; genus hominum e Terentii et Plauti fabulis notissimum. Vid. Iuv. Sat. VI, 127. — Gall. *non dominae.*

313. Pal. 2. et vett. edd. *at quare.* V. 314. Pal. 2. et vett. edd. *meus nequam.* Iun. *quicquam.* Berol. et Gall. *cur veneris cuiquam.*

315. *Fatendum est.* Pal. 1. et 2., Guelf., Franc., Busl., Pirckh. et V alii Heins. — Reliqui cum vett. edd. *fatenda est,* nisi quod Berol. *ferenda.* Neque prorsus non apta est scriptura *fatenda est,* dummodo cum vett. edd. interpungas et intelligas:

Nil nisi peccatum (*est*); manifestaque culpa fatenda est.

Sed ab Ovidio mihi esse videtur *fatendum est.* Dramatica nimirum est figura orationis. Nova sibi obiicit: *At cur nimii in carmine nostro fuimus, vel cur omnino ullam, sive matronam sive libertinam, amare docuimus Arte nostra?* (Iam v. 315. ad ea respondet:) *Nil nisi peccatum est illud, quod hoc fecimus, et manifesta culpa est: hoc quidem fatendum, vel negari non potest;* (ac) *poenitet me . .* — (Iam v. 317 —326. nova sibi opponit:) *Cur non . .?* (Ad quae v. 327. respondet:) *Arguor immerito . .* — Ita omnia plana. V, 1, 69.

At mala sunt (*carmina*). Fateor. Quis te mala sumere cogit?
Aut quis deceptam ponere sumta vetat?

Merkel dedit:

Nil nisi peccatum manifestaque culpa fatendum est —

et *fatendum* statuit simul referri ad *peccatum* et ad *culpa.* Perperam. — IV Heinsii *est* omittunt. Unus Heins. *silendum* et alius *ferendum.*

317. *Argolicis — armis.* De *Argolicis* pro Graecis vid. ad I, 1, 83. De bello Troiano et excidio Troiae omnia sunt pervulgata. Illud *potius* pertinet ad *vexata est.* Conf. v. 239. — Goth. *penitus.* Heins. ed. pr. *decidit.*

Cur tacui Thebas et mutua vulnera fratrum,
Et septem portas, sub duce quamque suo? 320
Non mihi materiam bellatrix Roma negabat;
Et pius est, patriae facta referre, labor.
Denique, cum meritis impleveris omnia, Caesar,
Pars mihi de multis una canenda fuit;
Utque trahunt oculos radiantia lumina solis, 325
Traxissent animum sic tua facta meum.

318. Pro *vexata* est duo Heins. *versata* et unus *exacta*. *Vexata* a poëta recte interpretante Burmanno eo modo dicitur, ut poëtae facere dicantur, quae ab aliis facta canunt. *Iterum vexata meo carmine Troïa* valet igitur *cecini iterum* (post Homerum et alios) *Troiam captam*. Conf. v. 439. et 534. — Busl. *vex. est igitur*.

319. *Cur tacui Thebas*. De Thebis vid. V, 5, 53. Dicit autem bellum septem ducum adversus Thebas. Nimirum cum in fatis esset, ut tota domus Labdacidarum periret, Eteocles et Polynices, Oedipodis, Thebarum regis, filii de regno certabant. Itaque cum Eteocles urbem teneret, Polynices Adrastum, Argivorum regem, auxilio vocavit, septemque Thebarum portae a septem ducibus, singulae a singulis, oppugnatae sunt. Eteocles et Polynices fratres inter se pugnantes mutuis vulneribus conciderunt. Hyg. F. 69—72., Sophocl. Oed. Colon., et Antig., Aesch. VII ad Theb. Intelligit autem poëta h. l., non fabulam, sed carmen epicum. Nam illud argumentum, quo modo Iliadis, ab epicis poëtis saepe tractatum erat. Vid. Prop. I, 7, 1. Apollod. III., Eustath. ad Od. XI, 279. et Leutsch. Thebaidos Cyclicae Reliquiae. Götting. 1830. Amor. III, 11.

Cum Thebae, cum Troia foret, cum Caesaris acta,
Ingenium movit sola Corinna meum.

Anacr.

σὺ μὲν λέγεις τὰ Θήβης,
ὅδ' αὖ Φρυγῶν ἄνταις —

Gott. *cur mutua*. Berol. *alternaque vuln*. V. 320. *portas septem* Pirckh., III alii Heins. et ed. Bonon.

321. *Non mihi*. Dresd., Pal. 1., Franc. et IX alii Heins., Guelf., Bern., Berol. et Heins. ed. pr. *nec mihi*. Bern. etiam *pugnatrix*.

322. „*Et* (praeterea) *pius etc.*“ Conf. v. 303. — Mor., Serv. et Franc. a 1. m., Pal. 2. et Berol. *et plus*. Franc. pro v. scr. *pius* vel *pluris*. Scriptura *facta* (Burm. cum cod. Iun. volebat *fata*) etiam eo confirmatur, quod versu praecedenti Romam *bellatricem* dixit. Goth. *et pluris*, et in marg.: *et plus est patr. facta referre suae*. Hor. Sat. II, 1, 10.

Aut si tantus amor scribendi te rapit, aude
Caesaris invicti res dicere, multa laborum
Praemia laturus, etc.

Mor. *impleverit*. Leid. *impleverat*.

326. *Traxissent*, trahere debe-

Arguor immerito: tenuis mihi campus aratur;
Illud erat magnae fertilitatis opus.
Non ideo debet pelago se credere, si qua
Audet in exiguo ludere cymba lacu. 330
Forsan (et hoc dubitem) numeris levioribus aptus
Sim satis in parvos sufficiamque modos:
At si me iubeas domitos Iovis igne Gigantes
Dicere, conantem debilitabit onus.

bant vel debuissent. Conf. Her. XII, 15.

327. *Tenuis.* Pont. IV 2, 16. de eadem ingenii exiguitate:

Sed siccum sterili vomere litus aro.

Conf. II, 531., III, 14, 34., Pont. II, 7., Hor. Sat. II, 1, 257.

328. *Magnae fertilitatis opus.* Pont. IV, 2, 11.

Fertile pectus habes, interque Helicona colentes
Uberius nulli provenit ista seges.

329. Prop. III, 7, 35.

Non ego velifera tumidum mare findo carina,
Tuta sub exiguo flumine nostra mora est.

Hor. Od. IV, 15, 1.

Phoebus volentem proelia me loqui,
Victas et urbes, increpuit lyra,
Ne parva Tyrrhenum per aequor
Vela darem —

Prop. III, 7, 3.

Quid me scribendi tam vastum mittis in aequor?
Non sunt apta meae grandia vela rati.

Goth. *pelago debet.*

330. *Ludere.* Mor. et III alii *currere.* Sed praestat *ludere,* quod fit, quum nautae per otium ad ostentandam artis peritiam et navium habilitatem vehuntur. Unde *lusoriae naves* levissimae et expeditissimae. Vid. Salmas. ad Vopisc. c. 15. Senec. Epist. IV. *eodem die, quo luserunt navigia, sorbentur.* Burm. Pirckh., Bersm., vett. edd. et floril. Murmell. *audeat exiguo.*

331. *Forsan (et hoc dubitem) etc.* Comb., Pirckh. et Heinsii ed. pr. *forsitan hoc.* Vat. 1. et II alii Heins. *forsitan hic.* Gott. *forsan et hic.* Pal. 2., Bersm. et vett. edd. praeter Vicent. *forsan in hoc.* Frustra. Goth., Gall., Leid. et Seg. *dubito.*

Male Merkel illud *forsan* iungit verbis *et hoc dubitem*, quod pertinet ad *sim* et *sufficiamque.*

332. *In parvos — modos.* Mor., Iun. et Berol. *in parvis — modis.* Male. *In* finem declarat. Vid. Amor. II, 7, 1., Her. IV, 16., Prop. III, 2, 35. Seg. *pedes.*

333. *Gigantes.* Sic scripti praeter Crev., et vett. edd. omnes, qui: *igne peruri.* Heinsius hoc l. et multis aliis sine idonea caussa dedit *Gigantas.* Vid. ad IV, 7, 17. De re vid. ad v. 71. — Mor. *me si.*

334. Rel. a 1. m. *condere,* ex v. 336. Pal. 1., Bern., Bersm. et VI alii Heins. *opus.*

Divitis ingenii est immania Caesaris acta 335
Condere, materia ne superetur opus.
Et tamen ausus eram, sed detrectare videbar,
Quodque nefas, damno viribus esse tuis.
Ad leve rursus opus, iuvenilia carmina, veni,
Et falso movi pectus amore meum. 340
Non equidem vellem; sed me mea fata trahebant,
Inque meas poenas ingeniosus eram.
Hei mihi, cur didici, cur me docuere parentes,
Literaque est oculos ulla morata meos!

335. *Immania,* stupenda, admirabilia, ut Met. IX, 247. Conf. Grat. Cyneg. v. 265. et Vellei. II. c. 46. Illud apparet, poëtam, dum se imparem Augusti laudibus profiteatur, impense eum laudare, neque obscurum est, cur Gigantum ausus et Augusti factorum magnitudinem componat. Simili artificio ante usus erat Hor. Od. I, 6. et aliis locis. Conf. Pont. II, 5, 25. seqq.

336. *Condere,* canere. V, 1, 10. Seg. pro v. scr. et II Heins. *dicere.* Pal. 1., Mor., Busl. *scribere.* Gott. *arma.*

337. *Detrectare.* Cod. Merulae, Bersm., Gall., Leid., Pal. 2. et alius Heins., Rel. et Crev. *detractare,* quod dedit Burmannus. Sed tutius erit cum longe plurimis vett. libris scribere *detrectare,* quod est *tractando imminuere* vel *tractando deterere,* quum praesertim forma illa *detractare* apud illius aetatis scriptores valde incerta sit, quamvis eam defendant Broukh. ad Tib. I, 6, 38. et Burm. ad Met. V, 246. Vid. Trist. IV, 10, 123., Met. XIII, 270. et V, 246. — Dresd. pro v. scr., Pirckh., Iun. et V alii Heins. et ed. Bonon. *delirare.* Pol. 1., Put., Franc. *derecitare.* Busl., Berol. *decertare.* Mor. pro v. scr. *dedecorare.* Serv. *attrectare.* Duo Heins. *verebar.*

339. *Iuvenilia,* iocosa, amatoria, sc. Artem amatoriam. Vid. ad I, 9, 61.

340. *Falso,* ficto, non vero. Conf. v. 355. et vid. ad I, 9, 59. Bersm. *ut falso.* Gall. *cum falso.* Put. *fasso.* Pirckh. et ed. Bonon. *monui.* — *Movi,* excitavi. IV, 10, 59.

Moverat ingenium totam cantata per Urbem
Nomine non vero dicta Corinna mihi.

Met. VII, 28. *forma movit pectora.* Sed nostro loco *pectus* est pro ingenio, ut saepe.

341. *Me mea fata trahebant.* Conf. III, 6, 15. Virg. A. V, 709.

— — — — quo fata trahunt retrahuntque sequamur.

Rel. a 1. m. *facta.*

342. *Ingeniosus.* Conf. v. 288. — Exc. Voss. et IV alii Heins. et Rel. *inque meos casus.*

343. *Hei mihi, cur.* Vat. unus

Haec tibi me invisum lascivia fecit, ob Artes, 345
Quas ratus es vetitos sollicitasse toros.
Sed neque me nuptae didicerunt furta magistro,
Quodque parum novit, nemo docere potest.
Sic ego delicias et mollia carmina feci,
Strinxerit ut nomen fabula nulla meum. 350

quod didici, quod me, quod dedit Heinsius, falso scribens, ut saepe, ita exhibere codd. meliores. *Quod didici* etiam Pol. 1. et 2. et Goth. — Bern. *quod feci.* III Heins. *quod me.* — Pal. 1. et 2., Guelf., Put., Franc. et XIV alii Heins., Dresd., Crev. et Seg. *quid didici.* Gall. et Seg. *quid me.* Busl. et reliqui codd. et vett. edd. *cur — cur.* Optime. *Discere* vero absolute, ut Art. A. I, 428.

344. Franc. et Berol. *litera cur oc.* Busl. *litera quive oculos.*

345. *Haec lascivia* (quam sc. v. 339—342. exposuit) *me tibi invisum fecit, ob Artes* sc., *quas...* — Vat. 1. *non tibi.* Leid. *haec mihi.* Pirckh. et ed. Bonon. *et artes.*

346. *Sollicitasse.* Sic Pal. 1., Bern. (?) et XII Heins. et vett. edd. Reliqui codd., etiam Dresd., Goth., Berol., Crev., Guelf., Seg., Rel. *sollicitare.* Quum utraque scriptura satis magnam habeat auctoritatem vetustatis ac satis bonum quoque praebeat sensum, difficile est, utra vera sit, iudicare; quanquam scriptura *sollicitasse* aptior videtur versui, qui sequitur, et verbo *didicerunt.* Pont. III, 3, 49.

Scis tamen, ut liquido iuratus dicere possis,
Non me legitimos sollicitasse toros.

Sed ille locus ab hoc diversus est. Guelf. *qua.*

347. *Furta.* Vid. ad v. 249. Leid. *captae.* Berol. *sed nec.*

348. *Quodque.* Copula *que,* quae pertinet *ad nemo docere potest,* recte ac Latine adhaeret relativo *quod;* nam *quod parum novit* obiectum, quod dicitur, est verbi *docere:* veteres autem in talibus non interpungere solebant. Atque ea copulae positio imprimis peculiaris est in exemplis, quale est Her. XVI, 83.

Dulce Venus risit: „Nec te, Pari, munera tangant,
Utraque suspensi plena timoris, ait."

Vid. ibi a me not. *Neque — et* vel *que* tritissimum est, nec rarum apud Nasonem quidem *et nemo. Et nullum* est v. 250. Mor. pro v. scr. et floril. Berol. *quod minime novit.*

349. „*Sic ego delicias,* (exponendi caussa addit) *et mollia* (h. e. lasciva) *carmina feci, ut nulla fabula nomen* (famam) *meum tetigerit, laeserit.*" Vid. ad v. 78., III, 2, 5., IV, 10, 68., I, 9, 60. *Strinxerit* est etiam v. 563. et V, 6, 21. — Duo Heins. et Gall. *arguat.* Tres alii, etiam Franc., *laeserit.* Iun. *arguit,* v. l. *laeserit.* Serv. et Put. *straxerit.*

Nec quisquam est adeo media de plebe maritus,
Ut dubius vitio sit pater ille meo.
Crede mihi, mores distant a carmine nostro:
Vita verecunda est, Musa iocosa mea;
Magnaque pars operum mendax et ficta meorum 355
Plus sibi permisit compositore suo.
Nec liber indicium est animi, sed honesta voluptas,
Plurima mulcendis auribus apta ferens:

351. *Adeo media de plebe,* adeo infimae vel inferioris conditionis.

352. *„Ut uxor eius mea libidine corrupta, atque ille ita dubius sive incertus sit factus pater.“* Pont. III, 3, 53.

Dic, precor, ecquando vidisti fallere nuptas,
Et facere incertum per mea iussa genus?

Leid. *ipse meo.*

353. Perperam Heinsius tentabat *nostri.* Male etiam Burmannus unam ed. principem secutus dedit *mores distant.*

354. Heinsius ex uno codice male novavit *mihi.* — XVI Heinsii, Bern., Rel. et vett. edd. *mea est.* Crev. *est* in medio omittit et in fine versus habet *mea est.* Busl. utroque loco *est.* Berol. *tamen* pro *mea.* Goth., Guelf. et reliqui *mea.* Conf. omnino III, 2, 6. Vid. etiam not. ad I, 9, 59.

355. *Magnaque etc.* Sic eleganter scripsit Heinsius cum VII de suis codd., quibus accedunt Busl., Crev., Goth., Bern. et Dresd. Ante Heinsium edebatur, ut est in plurimis codd. et vett. edd., *magnaque pars mendax operum est et ficta meorum.* Pal. 1. et Rel. *mendax operum et ficta.* Serv. *magna operum pars est mendax.* Berol. *mendax operumque et ficta.*

356. *Compositore suo,* i. e. quam ego, qui composui. Pal. 1. *commisit.*

357. *Voluptas* recte dedit Heins. e Vat. 1., Barb. et Gall. Reliqui cum vett. edd. *voluntas.*

358. *Ferens.* Sic Heinsius dedit ex Busl. et II aliis. Idem exhibet Seg., qui fortasse unus ex II illis Heins. est. — Vat. 1., II alii Heins., Guelf. *feres.* Pal. 2. *fores,* q. e. *feres.* Unus Heins. *ferunt.* Pol. 1., Leid. et Crev. *feret.* Heins. ed. pr. et II codd. *damus.* Mor. *dabat.* Franc. pro v. scr. *dedit.* Rel. *tuli.* Sed reliqui et plurimi cum vett. edd. *refert.* Pro *apta* Bern., Pal. 2. et V alii Heins. *acta.* Busl. *aucta.* Unus *ista fere.*

Sensus est: *nec* (omnino) *liber indicium est animi et morum, sed nihil aliud nisi honestum otium, quod plurima ad oblectandos legentium animos proponit:* (alioquin, si liber indicium esset animi) *Accius, qui atrocia facinora et atrocis ingenii homines in scenam produxit, ipse esset atrox et violentus.* De hac sententiae forma vid. ad I, 8, 45.

Fuit autem *Attius* poëta Roma-

Attius esset atrox, conviva Terentius esset,
Essent pugnaces, qui fera bella canunt. 360
Denique composui teneros non solus amores:
Composito poenas solus amore dedi.
Quid, nisi cum multo Venerem confundere vino,
Praecepit lyrici Teïa Musa senis?
Lesbia quid docuit Sappho, nisi amare puellas? 365
Tuta tamen Sappho, tutus et ille fuit.

nus, natus a. U. C. DLXXXIV., qui praeter alia carmina tragoedias multas scripsit, in iisque atrocissima heroum facta et casus tractavit. Cic. pro Arch. c. 11., Hor. Epist. II, 1, 56. Quint. X. c. 1. *Tragoediae scriptorum veterum Attius atque Pacuvius clarissimi gravitate sententiarum, verborum pondere, auctoritate personarum . . ., virium tamen plus Attio tribuitur.* Huius Fragm. collegerunt Stephanus, Delrius et Scriverius.

Dedimus autem *Attius,* non *Accius,* ut vett. libri prope omnes habent, permoti iis, quae in eam scripturam disputarunt Grotefend. Gr. Lat. II. §. 146. et Osann. Anal. Crit. p. 60. Vid. Dion. Hal. Antiqq. III. 70. — Pal. 2. *accius ecce.* Ed. Bonon. *ergo atrox.*

Terentius (P.) Afer, comoediarum scriptor Romanus ille clarissimus, natus a. U. C. DLXI., cuius VI fabulae adhuc exstant, in quibus (praecipue in Eunucho) parasitorum (*convivarum*) ingenium et mores apposite descripsit.

Franc. et Berol. *operumque Terent.* Seg. *opernique.*

360. *Qui fera bella canunt,* ut Homerus, Ennius, Virgilius, alii. Mor. *atroces.*

361. Busl. *composui demens non.* V. 362. Busl., Pirckh. et ed. Bonon. *poenas—tuli.*

364. *Teïa Musa* est Anacreontis, Graeci illius poëtae lyrici, a Teo, oppido Ioniae, eius patria (Strab. VII. p. 443. Mela I. c. 17.), qui, ut e carminibus eius, quae ad nos pervenerunt, apparet, etiam senex vinum et amores cecinit. Art. A. III, 329.

Sit tibi Callimachi, sit Coi nota poëtae,
Sit quoque vinosi Teïa Musa senis.

Ubi *vinosum* dicit propter laudes vini. Nam *νήφων ἐν τῷ γράφειν καὶ ἀγαθὸς ὢν προσποιεῖται μεθύειν*, ut est apud Athenae. X. c. 7. Cic. Tusc. IV. c. 33. *Nam Anacreontis quidem tota poësis est amatoria.* Conf. Senec. Ep. 88. — Bersm. *perfundere.* Leid. *mero.* Post hunc versum in Rel. et margine Leid. distichon hoc legitur:

Alocus (*Rel.* Alceus) ingentes novit praeceptor amores,
Alceus ipse tamen transit (*Rel.* mansit) in urbe sua —

In Goth.

Alceus et gentes d. p. amoris,
Alceus ille t. regnat i. u. s.

Musam hanc *Teïam* Hor. *Graiam Camoenam* vocat Od. II, 16, 38.

365. *Lesbia quid docuit Sappho.*

Nec tibi, Battiade, nocuit, quod saepe legenti
Delicias versu fassus es ipse tuas.
Fabula iucundi nulla est sine amore Menandri;
Et solet hic pueris virginibusque legi. 370
Ilias ipsa quid est, nisi turpis adultera, de qua
Inter amatorem pugna virumque fuit?

Sappho illustrissima poëtria lyrica, quae floruit circa a. a. C. N. DC., in Lesbo insula (unde *Lesbia vates* III, 7, 21.). Vid. Strab. XIII. p. 424. Praeter alia amores cecinit; inde Sapphus carmina suae caussae accommodans amare docuisse dicit. Art. A. III, 331.

Nota sit et Sappho, quid enim lascivius illa?

Hor. Od. IV, 9, 10.

— — — — spirat adhuc amor
Vivuntque commissi calores
Aeoliae fidibus puellae.

Vid. annot. ad Ov. Her. XV. et Neue Fragm. Sapphus. Eodem modo Sappho cum Anacreonte, ut similis argumenti conditore, coniungunt Plutarch. Symp., Hor. Il., Ovid. Il., alii. — Pal. 2. *Thesbia.* Pirckh. et ed. Bonon. *Sappho est.*

367. *Battiade.* Vid. ad I, 6, 2. *Battiades* est Callimachus, poëta Graecus, Cyrenaeus, ab illius urbis conditore, Batto, unde, teste Strab. XVII. p. 576., ipse genus se ducere confirmabat. Conf. Phot. Biblioth. p. 319. et vid. interpp. ad Petron. c. 135. Vixit Alexandriae circa CCL. ante C. N., et multa carmina composuit, in his elegias amatorias, quas h. l. poëta significat. Vid. interpp. ad Callim. Hymn. VI. Amor. I, 15, 13.

Battiades semper toto cantabitur orbe,
Quamvis ingenio non valet, arte valet.

Conf. Tr. V, 5, 38. Eodem modo Cyrenaeos *Battiadas* vocat Sil. It. II, 61. et III, 253. — Nonnulli codd. *Bacchiade, Bachiade, Bachide, Baciade, Boachide,* al.

369. *Menander* comicus Atheniensis, qui temporibus Alexandri M. fuit, princeps comoediae recentioris quam vocant, cuius fabulas, ut omnia Graeca, a Romanis diligenter lectas esse verisimile est. Amor. I, 15, 17.

Dum fallax servus, durus pater, improba laena,
Vivent, dum meretrix blanda, Menandros erit.

Vid. Gyrald. de Poët. Dial. VII., Meineke Reliq. Menandri, Quint. X. c. 1. 69.

370. *Hic.* Qui tentarunt *haec,* animum non adverterunt ad illa *fabula nulla. Pueris,* a pueris, ut I, 11, 1.

371. *Ilias ipsa quid est.* Facete et callide poëta Iliadem, quae iram Achillis et parvam belli Troiani partem continet, totam amatoriam fecit, in qua historiam Helenae, uxoris Menelai, a Paride Troiano raptae et inde motum bellum Troianum a Menelao contra Paridem gestum, deinde Amorem Agamemnonis in Chryseïdem ac de ea ortam Agamemnonem inter et Achillem contentionem, raptamque Achilli ab Agamemnone Briseïda cani dicit. —

Quid prius est illic flamma Chryseïdos, utque
Fecerit iratos rapta puella duces?
Aut quid Odyssea est, nisi femina, propter amorem, 375
Dum vir abest, multis una petita viris?

Turpis adultera Heins. ed. pr. et reliquae saeculi XV., II Heins., Busl., Rel. et fortasse etiam Bern. — Dresd., Berol., Pal. 1., Guelf. et reliqui *quid est aliud nisi adult.;* nisi quod Goth. *nisi sola adult.* et Mor., Crev. et Put. *aliud* omittunt. Sed scriptura *turpis* elegantior est; et verisimilius est, vulgarem illam orationem *quid est aliud* a librariis esse substitutam. *Turpis* autem ad mores refertur, ut Her. XIII, 133.

Quid petitur tanto nisi turpis adultera bello?

Her. V, 70. de eadem Helena:

Haerebat gremio turpis amica tuo.

Amator, scortator, adulter, ut *amica* pro adultera ac meretrice crebro.

373. *Illic.* Heinsius e Vat. 1., Pol. 1., Pal. 2., Put., Iun., Bersm. *illi,* quod etiam Guelf. et Bern. (?) exhibent. Reliqui omnes cum vett. edd. *illic,* quod non video, cur mutandum putem.

Deinde Guelf., Pal. 2., Serv., Leid. et Heins. ed. pr. *Briseïdos.* Perperam. Primum enim Ilias tractat de Agamemnonis amore sive *flamma* in *Chryseïda.* Sed de utraque, de Chryseïde et de Briseïde, in I. statim libro dicit. Hinc *quid prius.*

Utque, quod dedimus, tuentur Vat. 1., Guelf., Pal. 1., Leid., III alii Heins. et Bern. Reliqui et vett. edd. *aut quae;* nisi quod Gall. et II alii Heins. *an quae,* Serv. *et quae.* Franc. *aut qua.* Scriptura *utque* simplicior, ac rectius quoque res illae duae simillimae, quae Iliadis initium efficiunt, coniunguntur, quam particula *aut* disiunguntur. Sensus est: *Quid primum, in ipso eius initio* (Vid. v. 261.), *a poëta canitur aliud, quam Agamemnonis in Chryseïda amor (flamma Chryseïdis,* ut v. 380. *hospitis ignis), et quomodo Briseïs, ab Agamemnone Achilli ademta, contentionem et iras inter illos duces commoverit.* Brevis summa fabulae haec est. Chryseïs, filia Chrysae sacerdotis Apollinis, serva habebatur ab Agamemnone, quam cum pater redemturus esset, Agamemno, qui eam amabat, contumeliose eum abire iussit. Sed ea caussa ab Apolline peste in exercitum Graecorum missa tandem Achille potissimum auctore reddere eam coactus est. Quo facto exacerbatus Agamemno Achilli servam et amicam Briseïda vi ademit (inde *rapta puella*). Achilles ob hanc iniuriam regi gravissime iratus a pugna destitit, unde clades illae, quas canit Homerus super Graecorum exercitum venerunt. Vid. Hom. Il., Ovid. Epist. III. Conf. IV, 1, 15. Gall. et VI alii Heins. *fecerat.* Conf. IV, 10, 1. Iun. *bella movere duces.* Mor., Bern. et IX alii Heins., Goth. et Rel. pro v. scr. *viros.*

375. *Odyssea.* Odysseam notum est continere Ulixis errores et casus in reditu in patriam, quaeque

Quis, nisi Maeonides, Venerem Martemque ligatos
Narrat, in obscoeno corpora prensa toro?
Unde, nisi indicio magni sciremus Homeri,
Hospitis igne duas incaluisse deas? 380
Omne genus scripti gravitate tragoedia vincit:
Haec quoque materiam semper amoris habet.

per illud tempus in domo eius in Ithaca facta sint, imprimis procorum, qui Penelopen ad novum mātrimonium ineundum permovere studerent, luxuriam atque insolentiam. Sed Ovidius callide divini illius carminis argumentum suo consilio accommodat; in quo eius ingenium facile agnoscitur. Eadem festivitate Amor. I, 8, 47. arcum tendendum procis posuisse canit Penelopen, ut, qui fortior esset, exploraret. De hac libertate fabulam tractandi pluribus diximus ad Her. I, 63. Vid. not. ad Tr. I, 9, 28.

376. *Viris.* Vett. edd., Pal. 2., exc. Voss., Mor., Serv., Busl., Iun. et VIII alii Heins., Rel. a 1. m., Bern., Dresd., Crev. *procis.* Reliqui codd. non pauci *viris.* Pro scriptura *procis* afferri potest: Pont. III, 1, 107.

Aemula Penelopes fieres, si fraude pudica
Instantes velles fallere nupta procos.

Her. I, 88.

Turba ruunt in me luxuriosa proci.

Sed scripturam *viris* recte vindicavit Merkel, monens, eiusdem vocis diverso significatu repetitionem esse Ovidiani acuminis (Conf. IV, 3, 14., V, 10, 11. 12., V, 13, 1., Met. XII, 621., Her. XX, 50. 218. ibique not., XXI, 121.); et confirmari eam scripturam variante *viros* v. 374. Addo et gravius et concinnius est: *femina una multis viris petita.* Gall. *sola* pet. Busl. *illa pet.* Seg. *petenda.*

377. *Quis, nisi.* Sic Leid., Bersm., IV alii Heins., Bern. et ed. Bonon. Reliqui omnes et vett. edd. *quid, nisi,* sine omni sensu.

Fabulam illam de adulterio Martis ac Veneris, et quomodo illi di in ipsis amplexibus a Vulcano, Veneris marito, laqueis vel potius reti ligati omnibus reliquis dis iucundo spectaculo fuerint, primum narravit Hom. Od. VIII, 266., post Homerum huiusmodi delicias captans cecinit Naso Met. IV, 171. et Art. A. II, 561. — Amor. I, 9, 39.

Mars quoque deprensus fabrilia vincula sensit.

Maeonides. Vid. ad I, 1, 47.

Goth., Pal. 1., Put., Gall., Pirckh., IX alii Heins., Berol., Crev. et Heins. ed. pr. *pressa.* Seg. *passa.* Duo Heins. *iuncta.* Unus *nuda.* Ed. Bonon. *ab obsc. c. capta.*

380. *Deas.* Ulixem in illis erroribus suis decem annorum (I, 5, 57.) post captam Troiam in insulas Circes et Calypsus venisse easque deas eius amore captas et fruitas esse, copiose narrat Hom. Od. IV. V. X. et XV.

Hospitis, in hospitem. Pal. 1. *magno.*

381. Iam ipsas quoque tragoedias

Nam quid in Hippolyto, nisi caecae flamma novercae?
Nobilis est Canace fratris amore sui.
Quid? non Tantalides, agitante cupidine currus, 385
Pisaeam Phrygiis vexit eburnus equis?

res amatorias continere eadem doctrinae copia atque artificio e Graecorum tragoediis ostendit. Quarum argumenta in his commentariis ita apponemus, ut materiam amatoriam magis significemus, quam copiose explicemus, quod abest a nostro proposito. Vid. ad v. 359. et 554. Iun. et Heins. ed. pr. *vincit — scripti.* Leid. et Berol. *vicit.*

383. *Hippolytus*, formosissimus Thesei filius, qui a Phaedra noverca amatus cum incesto eius amori obsequi nollet, falso apud patrem stupri tentati ab ea accusatus est, et quum huius iram fugeret, ab equis, Thesei precibus a Neptuno consternatis, deiectus e curru raptatusque misere periit. Sophocles, Euripides, Sopater (Athenae III.) et Lycophron (Suid.) hoc argumentum in tragoediis tractarant, e quibus Euripidis Hippolytus, in quo ille amor tangitur, adhuc exstat. Vid. Her. IV. ibique not., Met. XV, 497. ibique interpp.

Hyppolyto est. Sic Dresd., Goth., Berol., plurimi Heins. et vett. edd. — Pol. 1. et Franc. *caecae est.* Pol. 2., Reg., Gall., Serv., IX alii Heins., Rel. et Crev. *est* omittunt. Denique Mor., exc. Voss., V alii Heins., vett. edd., Goth., Busl. et Rel. *saevae;* non male, si per se spectes; sed cum *saeva noverca* saepe apud poëtas legatur, a correctore natum videtur, qui *caecus* de eo, qui summo affectu amat, recte dici ignoraret. — Pal. 2., Bersm. et ed. Vicent. *scaevae.*

384. *Canace*, filia Aeoli, cum Macareo fratre scelesto indulsit amori ex eoque puerum peperit. Quo scelere cognito Aeolus filiam ad mortem sibi inferendam coegit. Tractarat illud argumentum, ut grammatici docent, Euripides in Aeolo. Vid. Barnes. p. 444. ed. Cantabr. De fabula vid. Hyg. F. 238. 242. 243. Her. XI., Dionys. Hal. Rhet. c. 11.

Nobilis, famosa; namque in utramque illud verbum partem dicitur. Donat. ad Terent. Hecyr. V, 2, 31., Liv. XXXIX. c. 9. — *Canacem parturientem* saltatam a Nerone tradit Suet. in Ner. c. 21.

385. *Quid, non.* Amor. II, 9, 7.

Quid, non Haemonius, quem cuspide perculit, heros
Confossum medica postmodo iuvit ope?

Quid, non exhibent Pol. 1., Franc. et plurimi Heins., Guelf., Dresd., Bern., Crev., Seg., Rel. — Pal. 1., Pol. 2., Pirckh., VIII alii Heins. et eiusdem ed. pr., Berol., ed. Bonon. *quid nisi.* Goth. *quid ni.* Vett. edd. praeter Bonon. et ed. pr. Heinsii *quid num.* — Bersm., Pal. 2., Mor. pro v. scr. *quis nisi.* Serv. *quid nunc.* Busl. *non quid.* Leid. *cursus.* Seg. *flammas.* — V. 386. Guelf. *Pisedeam.* Pol. 1. et II alii Heins. *Pisidiam.* Pal. 2. *Pisediam.* Serv. *Piscidam.*

Tantalides, Pelops, filius Tantali, regis Phrygiae, unde *Phrygiis — equis.* — Tantalus cum deos aliquando convivio excepisset, vellet-

Tingeret ut ferrum natorum sanguine mater,
Concitus a laeso fecit amore dolor.
Fecit amor subitas volucres cum pellice regem,
Quaeque suum luget nunc quoque mater Ityn. 390

que eorum divinitatem tentare, Pelopis caesi membra cocta apposuit. Quod facinus cum di animadvertissent, in vitam eum revocarunt membris rursus compositis praeter humeri partem, quam Ceres comederat. Quare eburneum ei humerum dederunt. Hyg. F. 83., Met. VI, 401. ibique Gier., Lycophr. Cass. v. 159. Unde *eburnus.* Pelops postea in Graeciam venit et Peleponneso nomen dedit (Thuc. I. c. 9.), ubi Hippodamiam, Oenomai Pisarum regis filiam, duxit hoc modo: Oenomao responsum erat, a genero caveret. Itaque se ei in matrimonium filiam daturum promisit, qui se quadrigis vinceret, quod equos aquilone velociores habebat, victus autem interficeretur. Multis victis et occisis Pelops Myrtilo, eius auriga, corrupto eum vicit filiaque potitus est. Hyg. F. 84., Serv. ad Virg. G. III, 7., Apoll. Rh. I. Scripserat Sophocles *Hippodamiam* et *Oenomaum.* Etiam Euripides *Oenomaum* scripsisse dicitur. De verbo *eburnus* vid. ad IV, 2, 63.

387. *Tingeret ut ferrum.* Cum Medea Absyrti fratris caede patrem persequentem salva evasisset (Trist. III, 9.), Iasoni nupsit, ex eoque duos filios peperit. Sed postea Iason Creüsae sive Glaucae, Creontis Corinthiorum regis filiae, amore captus Medeam repudiavit. Ovid. Her. XII. ibique not., Met. VII, 350. ibique Gier. Quo facto Medea summo furore correpta filios suos trucidavit (*natorum sanguine tinxit ferrum*) et pellice ope vestis veneno imbutae combusta curru draconibus (*serpente alite* Hor. Epod. 3, 14.) vecto per aëra Corintho (III, 8, 3.) avolavit. Hyg. F. 25., Apollod. I. c. 9., Met. VII. 396. Fecundissimum illud tragoediae argumentum tragici Graeci certatim in fabulis tractarant, Carcinus, Dicaeogenes, Demologus, Diogenes, Euripides, e quibus una Euripidis Medea adhuc superest. Ipse quoque Naso Medeam scripserat. Vid. v. 553. Virg. Ecl. VIII, 47.

Saevus amor docuit natorum sanguine matrem
Commaculare manus —

Guelf. *natarum.* — V. 388. ed. Bonon. *cognitus.* Busl. a 1. m. *conscius.* Iun. *venit.*

389. *Tereus,* Thrax, Prognes Pandionis filiae coniux, uxoris sororem Philomelam vi vitiavit linguamque, ne scelus proderet, exsecuit. Quo cognito Progne Ityn filium interfectum patri apposuit epulandum. Cum igitur Tereus utramque persequeretur, omnes in aves, Progne in hirundinem, Philomela in lusciniam (III, 12, 9.), ipse in upupam mutati sunt. Vid. Met. VI., Hyg. F. 54., Apollod. III. 14. ibique Heyn., Voss. ad Virg. G. IV, 4. et ad Eclog. VI, 78. Argumentum illud tragoediis tractarant e Graecis Philocles, Carcinus, Sophocles et Euripides. Vid. Welcker. Trilog. p. 503. Conf. Trist. V, 1, 60. Bern. *cum coniuge.* Busl. *volucres subita cum pellice*

Si non Aëropen frater sceleratus amasset,
Aversos Solis non legeremus equos;
Impia nec tragicos tetigisset Scylla cothurnos,
Ni patrium crinem desecuisset amor.
Qui legis Electran et egentem mentis Oresten 395
Aegysthi crimen Tyndaridosque legis.

590. Busl., Dresd., Goth., Crev. et vett. edd. *Itym.* Rel. et alii *Ytim.*

391. *Aëropen.* Scripti plerique *Europam, Europem* et *Europen.* Sed legendum *Aëropen. Aërope,* uxor Atrei, a Thyeste, coniugis fratre, adulterio corrupta est. Inde Atreus iratus eius liberos mactatos Thyestae epulandos apposuit, quarum epularum ne aspectu polluereturur, Sol retrofugisse dicitur. Hyg. F. 258., Art. A. I, 327. sqq. Laudatur *Thyestes* Apollodori, Tharsensis, Cleophontis Atheniensis, Chaeremonis, Diogenis et Carcini. Huius argumenti fuerunt duae fabulae Sophoclis, quarum una *Thyestes Sicyonius,* altera simpliciter *Thyestes* dicebatur; eius etiam *Mycenae* vel *Atreus* huc spectasse videtur, item Euripidis *Atreus* et *Cressae.* Sed quam fabulam poëta potissimum ob oculos habuerit, incertum est. — Seg. et vett. edd. *Meropem.*

393. *Trag. tetig.—cothurnos,* tractata esset in tragoediis. Scylla, Nisi Megarensium regis filia, cum Minos Megaram oppugnaret, amore eius incensa crinem patris purpureum, ex quo et ipsius et civitatis salus pendebat, resectum Minoi dedit, patremque et patriam prodidit. Quare in Cirin mutata est. Hyg. F. 198. ibiq. Munk., Met. VIII, 1., Appollod. III. c. 14. ibique Heyn., Pausan. I. 39. Eam quoque a Graecis in scenam allatam esse, ex hoc loco apparet, quamvis auctorum testimonia non habeam. *Cothurnus.* Vid. ad v. 554. Rel., Mor. prò v. scr. *libellos.* Gall., Pirckh. et ed. Bonon. *non trag.* — V. 394. Pal. 1. *crimen.*

395. *Electran.* Electra, Agamemnonis e Clytemnestra filia, Oresten fratrem infantem ab insidiis Aegysthi, matris suae adulteri, ex Argolide servavit et Strophio in Phocide custodiendum tradidit, cumque adolevisset, eum in Aegystho et matre occidenda patreque ulciscendo adiuvit. Orestes ob hoc parricidium furiis matris exagitatus est. I, 5, 21. Exstant, in quibus, quas poëta in animo habet, res tanguntur Sophoclis *Electra* et Euripidis *Orestes,* quarum tragoediarum posteriorem sequitur Naso in hac fabula exponenda Trist. IV, 4, 69. De eadem fabula conf. Hyg. F. 47. 117. 119., Hom. Odyss. III, 305., XIII, 458., Apollod. II. c. 7. ibique Heyn. et idem Heyn. ad Virg. A. IV, 471.

Guelf., Busl. et alii *Electram.* Seg., Goth., Guelf., Put., Mor., IV alii Heins., vett. edd., praeter Bonon., *nec egentem.* Bersm., Iun., VI alii Heins. et Crev. *vel egentem.*

Nam quid de tetrico referam domitore Chimaerae,
Quem leto fallax hospita paene dedit?
Quid loquar Hermionen, quid te, Schoeneia virgo,
Teque, Mycenaeo Phoebas amata duci? 400

397. Bellerophon, filius Glauci et Sisyphi nepos, e patria exsul Tirynthi apud Proetum regem hospitio fruebatur, a cuius uxore Antea sivi Sthenoboea ad adulterium pellectus cum feminae obsequi nollet, tentati ab ea stupri apud maritum accusatus est. Is eum ad Iobaten socerum misit, ut ab eo occideretur. Hom. Il. VI, 155., Mitscherl. ad Hor. Od. III, 7, 13. Iobates cum horrendum Proeti mandatum ipse perficere nollet, inter alia Chimaeram, monstrum (Vid. Tr. IV, 7, 13.), eum occidere iussit, quam ille feliciter sustulit. Vid. Hyg. F. 57., Serv. ad Virg. A. V, 118., Metam. IX, 647., Apollod. II. c. 3. Laudantur fabulae *Iobates* Sophoclis, *Bellerophontes* itemque *Sthenoboea* Euripidis. Vid. Heyn. ad Apollod. l. l. — Iun., Put., Pirckh., Bern., Franc. et III alii Heins., Berol., Rel. et Pol. 1. *quid tibi de.* — Pal. 2., Gall. *tetricae.* Busl. *therico.* Guelf. *tretice.* Pirckh. *cretico.* Berol. *docto.* Pol. 1. *therico p' pretheram.* V. 398. Pal. 1. *quid letho.* Pal. 2. *hospite poena.*

399. *Quid loquar Hermion. Hermione,* Menelai ex Helena filia (Hom. Il. III, 175.), in bello Troiano a patre Achillis filio, Pyrrho, desponsa fuerat, dum domi Tyndareus avus eam Oresti, Agamemnonis filio, desponderat. Quum igitur Pyrrhus eam duxisset, ab Oreste trucidatus est. Apollod. III. c. 11., Virg. A. III, 330. ibique Heyn. Exc. XII., Vellei. I. c. 1., Hyg. F. 123., Ov. Her. VIII. Sophocles illud argumentum tractarat in deperdita *Hermione.* Vid. Eustath. ad Hom. Od. IV, 12. — *Schoeneia virgo. Schoeneia* legendum per *Sch.* non *Ceneia;* ita enim apud Graecos passim scribitur; ut in Commentariis Theocriti et Apollonii. *Micyll.* Vett. libri *Sceneia, Ceneia,* aut *Cheneia.* Dresd., Guelf., Busl. et nonnulli alii cum vett. edd. *Hermionem.*

Atalanta, filia Schoenei Boeotii, oraculi responsi metu nuptias spernebat, itaque procis cursus certamen proponebat, in quo victus mortis poenam, victor coniugii praemium acciperet. Ea ab Hippomene, ope aureorum pomorum impetu eius retardato, in cursu victa pro coniuge abducta est. Sed postea ambo vindicta Veneris, cui Hippomenes gratias non reddiderat, in templo Cybeles in leones mutati sunt. Hyg. F. 99. 174., Apollod. III. c. 9. ibiq. Heyn., Metam. X, 560. Hoc argumentum tractarant Aeschylus et Antiphon.

400. *Phoebas,* mulier vates Phoebi. Est autem Cassandra, Priami filia, sacerdos Palladis et ipsius Phoebi, quae Apollini sub conditione artis vaticinandi cum eo se congressuram pollicita est, sed arte vaticinandi accepta promisso non stetit. Itaque deus effecit, ne quis eius dictis fidem haberet. Troia capta Agamemnon, rex Mycenarum,

Quid Danaën, Danaësque nurum, matremque Lyaei,
Haemonaque, et noctes, quae coiere duas,

captivam Mycenas abduxit torique participem fecit, ubi una cum ipso a Clytemnestra et Aegystho occisa est. Hyg. F. 93., Apollod. III. c. 12., Met. XII, 410., Hom. Od. XI., Heyn. ad Virg. A. II, 246. Tractaverat eam Sophocles in deperdita *Cassandra* et *Alexandra*. *Phoebas* eodem sensu Amor. II, 8, 12. et Prop. III, 11, 62. ubi vid. Broukh.

401. *Quid Danaën.* Danaë, Acrisii Argivorum regis filia, a Iove in aureum imbrem mutato compressa Perseum peperit. At pater eam cum filio in arca inclusam in mare proiecit, e quo a dis marinis servata est. Hyg. F. 168. 170., Met. IV, 604. sqq., Interpp. ad Hor. Od. III, 16. Fabulas docuerant *Danaë* inscriptas Aeschylus, Sophocles et Euripides. Vid. Heyn. ad Apollod. II. c. 4., Welcker Trilog. Aesch. p. 378.

Danaësque nurum. Maior codicum numerus *Danaique nurus.* Filiae Danai in fabulis notae, nullae notae Danai nurus. Quare repone cum vett. edd. et scriptorum multis *Danaësque nurum.* Andromeda Persei uxor et proinde *Danaës nurus.* Heins. Mire iterum variant codices. Crev. et Pal. 1. *Danaique nurus.* — *Danaësque nurum* Vat. 1., Guelf., Mor., exc. Voss., X alii Heins. et eiusdem ed. pr. et reliquae saec. XV., Berol., Dresd., Goth., Rel. — *Danaësque nurus* Pol. 1., Serv., Franc., Bern. et alius Heins. — *Danae* (ae) *que nurus* Pol. 2. — *Danaasque nurus* Busl., Barb., Bersm., alius Heins., ed. Bonon. et Pirckh., probante Gronov. Diatr. Stat. c. 43. Sed cognatas fabulas poëtam coniunxisse probabilius est, et scriptura *Danaësque nurum* maiorem quoque habet auctoritatem vett. librorum. Gall. et Mor. pro v. scr. *Danaum.* — Fabula haec est. Perseus quum interfecta Medusa (Vid. ad III, 8, 6., IV, 7, 11.) super Libyam in patriam revolaret, conspexit Andromedan, Cephei regis filiam, saxo alligatam cetoque obiectam; quam bellua interfecta uxorem duxit. Hyg. F. 64., Apollod. II. 3. 4. ibique Heyn., Met. IV, 670. Tractarant eam materiem Sophocles in *Andromeda*, item Euripides et Phrynichus et sine dubio etiam Aeschylus in Phorcydis. Vid. Welcker. Trilog. Aesch. p. 381.

Matremque Lyaei, Semelen. Semele, Cadmi Thebani (IV, 3, 67.) filia, e Iove gravida facta, Iunonis fraude a Iove, quo habitu ad Iunonem venire consuevisset, amplexus petiit (IV, 3, 67.). Iupiter iureiurando obstrictus cum tonitru et fulmine apud eam intrat, quo Semele conflagravit (V, 3, 31.). Bacchum utero exemtum Iupiter in femore suo condidit, unde eum iusto gignendi tempore absoluto edidit. Unde V, 3, 31. *bis genitus* dicitur. Hesiod. Th. v. 940., Hyg. F. 179. 169., Apollod. III. c. 4. ibique Heyn., Metam. IV, 12., Diod. Sic. III. c. 65. Fuit *Semele* Aeschyli, Diogenis, Oenomai et Carcini. *Lyaeus* Bacchus a Graecis appellatur ἀπὸ τοῦ λύειν, quod a curis liberat, unde a Latinis *Liber*. V, 3, 35.

Quid generum Peliae, quid Thesea, quidve Pelasgum,
Illiacam tetigit qui rate primus humum?

402. *Haemonaque et.* Ed. Ven. 1474. *Haemona et.* — *Almonam et* Iun. — Gall., Busl. et VII alii Heins. *Almenam et.* Busl. *Almenam quae* vel *qui.* — Dresd., Goth., Pirckh., Bersm., *Alcmenam et.* — Mor., Leid. et IV alii Heins. *Almenamque et.* — Bern., Rel., Crev. *Alcmenamque et.* — Ed. Bonon. *Alchmenam in noctes iussa coire duas,* ex qua scr. apparet variantem *Alcmenam* e glossis esse, quibus significaretur, *Alcmenam* fuisse, ad quam duae illae noctes referrêntur. — Pol. 1. *Hermonam.* Pol. 2. *Hermonian.*

Haemon, qui hoc l. commemoratur, erat Creontis Thebarum regis filius, qui amabat Antigonam, Oedipi regis et Iocastae filiam. Ea, quum occisis in bello Thebano mutua caede fratribus, Eteocle et Polynice (Vid. ad v. 319.), Creon rex (III, 3, 67.) Polynicen, ut qui arma adversus patriam tulisset, proposita mortis poena sepeliri vetuisset, contemta mortis poena fratrem sepelivit vivaque sepulcro inclusa est. Quo audito Haemon in eodem loco mortem sibi ipse conscivit. Exstat *Antigona* Sophoclis. Etiam Euripides eandem rem in fabula eiusdem nominis tractarat. Vid. Apollod. III. c. 7. ibique Heyn. et not. ad v. 319. Prop. II, 8.

Quid, non Antigones tumulo Boeotius Haemon
Corruit, ipse suo saucius ense latus.

Ov. in Ibide.

Nec tibi, si quid amas, felicius Haemone cedat.

Pro *et noctes quae coiere duas* vulgo nunc mera coniectura legitur, ab Heinsio primum recepta, *et noctes cui coiere duae,* sensu satis apto: *quid loquar* (eam mulierem), *cui duae noctes in unam coiere,* quibus per periphrasin significatur *Alcmena.* At idem, sed alio modo, significat scriptura omnium codd. et vett. edd.: *et noctes, quae coiere, duas,* q. e. *quid loquar illas duas noctes, de illis duabus noctibus, quae* (sc. ad unum concubitum, sc. Iovis cum Alcmena, conficiendum) *coiere.* Fuit autem Alcmena filia Electryonis, Mycenea, uxor Amphitryonis, Thebarum regis: ex qua Iupiter, quum maritus abesset, sumta eius forma procreavit Herculem: *qui* Iupiter, ut tradit Hyg. Fab. 29. *tam libens cum ea concubuit, ut unum diem usurparet, duas noctes congeminaret.* Aliis auctoribus concubitus ille tres ad novem noctes duravit. Heyn. ad Apollod. II. c. 4. Il. XIX. 98. seqq. Fuit *Alcmena* Aeschyli, Euripidis et aliorum. Amor. I, 13, 46.

Commisit noctes in sua vota duas.

Conf. Prop. II, 18, 25.

403. *Generum Peliae,* Admetum. Vid. ad V, 5, 25. Exstat *Alcestis* Euripidis. Fuit etiam eiusdem nominis fabula Phrynichi. — Sed exemplum hoc parum aptum est, nec duo, quae sequuntur: nam horum omnium amor legitimus fuit. Verum haec non urgenda, ne etiam exemplum illud de amore Haemonis et alia vituperemus.

Theseus, rex Athenarum, filius Aegei (inde *Aegides* V, 4, 26.), cum Minotaurum, famosum illud mon-

Huc Iole, Pyrrhique parens, huc Herculis uxor, 405
Huc accedat Hylas, Iliadesque puer.

strum Cretense, ope Ariadnae occidisset, Ariadnen, amore eius captam, secum abduxit, quam in Naxo insula reliquit. Hyg. F. 14. 43. 270. Apollod. III. c. 16., Met. VIII, 132. Tractarant hunc Thesei et Ariadnae amorem et eventus Sophocles, Euripides et alii in *Theseo.* Vid. Heyn. ad Apollod. l. l. — Busl. et Leid. *Pel. gen.* Rel. *Peley.*

404. Scrupulum nuper h. l. movit Merkel his verbis: „*Pelasgus Protesilaus* dici potest, aut quia Graecus aut quia Thessalus (Strab. V. p. 152. 153.), sed neutro modo aut a Theseo, qui Graecus, aut ab Iasone, qui Thessalus, satis ista appellatio tertium discernit.“ At non sola voce *Pelasgus* Protesilaus significatur, quod sane valde obscurum foret, sed omnibus verbis illis, *Pelasgum, Iliac . . humum:* q. e. *Graecum,* sive potius *Thessalum, illum qui rate sua primus Iliacam humum tetigit;* qui profecto neque Pelias neque Theseus intelligi potest. Similis periphrasis est v. 251. 252. De fabula vid. ad I, 6, 20.

Guelf. et Leid. *de rate.* Pal. 1., II alii Heins. et eiusdem ed. pr. et Mor. pro v. scr. *qui pede,* quod fluxit ex V, 14, 40. Her. XIII, 93. Laodomia Protesilao scribit:

Sors quoque nescio quem fato disignat iniquo,
Qui primus danaum Troada tangat humum.
. . . . . .
Inter mille rates tua sit millesima puppis,
Iamque fatigatas ultima verset aquas.

405. *Huc Iole.* Unus Pol. *Accione.* *Herculis uxor* est Deïanira, Oenei filia, quam cum Nessus Centaurus rapere vellet, Hercules venenata eum sagitta percussit. Nessus moriturus de venenato sanguine Deïanirae dedit; efficacem enim fore ad amorem coniugis sibi conservandum. Quum autem postea Hercules, occupata Oechalia, *Iolen,* Euryti Oechaliae regis filiam, quam prius in matrimonium petitam non impetrarat, occiso patre captivam abduxisset, Deïanira ei tunicam Nesseo illo sanguine illitam misit, qua Hercules cum tabescere se sentiret, in Oeta monte sese ipse igne consumsisse dicitur. Deïanira laqueo sese suspendit. Hyg. F. 34., Apollod. II. c. 6., III. c. 12., Ov. Her. IX., Metam. IX, 13. sqq. E multis Graecorum fabulis exstant *Trachiniae* Sophoclis, in quibus amor Deïanirae tangitur. *Iolen* quoque fabulam fuisse, apparet ex hoc loco. *Pyrrhi parens,* Deidamia. Achilles, ne Troiam, ubi fatum matura eum morte perituram praedicebat, proficisceretur, a matre femineo vestitu clam ad Lycomedem, Scyri regem, ductus est, ubi e Deidamia, Lycomedis filia, Pyrrhum sive Neoptolemum procreavit. Apollod. III. c. 13. Conf. Hom. Od. XI, 565. sqq. Fuit de eo argumento fabula Sophoclis *Scyriae,* item Euripidis et aliorum. Vid. Heyn. ad Apollod. l. l.

406. *Hylas,* filius Theodamantis et deliciae Herculis, in Bithynia, cum aquam hauriret, a Nymphis propter eximiam pulcritudinem raptus est. Apollod. I. c. 9. ibique Heyn., Apollon. I, 1207. sqq., Strab.

Tempore deficiar, tragicos si persequar ignes,
Vixque meus capiet nomina nuda liber.
Est et in obscenos deflexa tragoedia risus,
Multaque praeteriti verba pudoris habet; 410

XII. p. 564., Virg. Ecl. VI, 43. ibique interpp. *Iliades puer*, Ganymedes, auctore Homero (Il. XX, 232.), Ili Troiani frater, sed aliis auctoribus (Cic. Tusc. I. c. 26.) Ili nepos, qui propter formam ab aquila, Iovis alite, raptus et *in coelum sublatus est, ut ei bibere ministraret.* Cic. l. l., Met. XI, 755., X, 143., Apollod. III. c. 12. ibique Heyn., Hom. Il. XX, 233. Laudatur *Ganymedes*, fabula Alcaei. De *Hyla*, tragoedia Graeca, nihil reperi, sed quum prorsus simile argumentum esset atque Ganymedis, probabile est, quum Naso h. l. expressis verbis talem exstitisse fabulam commemoret, eam quoque materiam a poëta quodam Graeco fuisse tractatam.

Busl. et XIV alii Heins., Guelf., Goth., Berol., Seg., Rel. a 1. m., Dresd. et vett. edd. *Iliacusque. Iliades* est etiam Met. X, 166.

407. *Tempore deficiar.* Ita nonnulli codd. pro vulg. *deficiam.* Vid. Pont. III, 4, 37., Her. V, 150.; et Cicero et alii passim dicunt *defici re*, quando illa deest. *Prosequar* etiam tres. *Burm.* Recte *deficiar.* Non Latinum est *deficio aliqua re*, sed dicitur *res me deficit*, aut *deficior re.* Quamquam perpaucos codd. *deficiar* habere coniicio; nam Pal. 1. et 2., Put., Gall., Mor., Serv., Busl., Leid., Iun. et XIII alii Heins., et quo illud magis etiam confirmatur, omnes, qui post Heinsium cum ab aliis tum a nobis collati sunt, item vett. edd. tuentur *deficiam;* nisi quod cod. Berol. *deficiat*, Gott. et Seg. *destituar.* — Bern. *perseq. omnes.* Crev. *artes.*

Tragicos ignes, tragoediarum amores. Vid. v. 373. et IV, 10, 45.

408. Heinsius e II codd. dedit *capiat.* Mor., Bern., Franc. pro v. scr., Berol. *nom. sola.* Busl. *tanta.*

409. *Tragoedia in risus deflexa* h. e. perversa. Drama Satyricum notat, genus quoddam fabulae, in quo seria et iocosa ridiculo modo mista, Heroes tragici plerumque eadem gravitate personae et orationis prodibant: sed chorus e Satyris aliisque personis iocosis compositus aderat, qui omnem gravitatem in risus et iocos non sine obscenitate deduceret atque converteret. Exstat huiusmodi fabula *Cyclops* Euripidis. Vid. Casaub. de Satyr. poësi I. c. 5. et 6., Godofr. Hermann. de dramate comico satyrico in Opp. Vol. I. p. 44., Pinzger. dissert. de Origine dram. Sat. Vratisl. 1822., Hor. A. P. v. 220. Leid. *defleta* et pro v. scr. *conversa.* Guelf. et Pal. 2. *commixta.* Vat. 1. *commissa.*

410. *Praeteriti*, „Multa habet, in quibus pudor praeteritus sive neglectus est, a quibus verecundia abest.“ Amor. III, 1, 22.

Dum tua praeterito furta pudore refers.

Conf. Prop. III, 17, 3. — Leid. pro

Nec nocet auctori, mollem qui fecit Achillem,
Infregisse suis fortia facta modis.
Iunxit Aristides Milesia crimina secum,
Pulsus Aristides nec tamen urbe sua;

v. scr. *neglecti.* Pal. 2. *praeterea.* Guelf. *praetereundi.*

411. *Mollem qui fecit Achillem* intelligunt vulgo cum Burmanno poëtam, qui Achillis amores descripserit carmine elegiaco. De Sotadio carmine, quod, ut e Grammaticis tam Graecis quam Latinis discimus, valde enervatum erat, cogitabat Heinsius. Et Homeri versus in metrum Sotadicum redegisse Sotaden dicit schol. Hephaest. p. 10. Vid. etiam Suid. et Quint. I. c. 8. Ego vero existimo hoc versu continuari ea, quae v. 409. et 410. dicuntur, et carmen Satyricum aliquod significari, in quo Achillis amores (Vid. v. 405.) risui exponerentur. Nam illa *suis modis* intelligi possunt *suo carmine, suis molliculis versiculis.* — Rel. glossa: *Statio.* Guelf., Iun. et Berol. *quod.* Seg. *quod mollem.* V. 412. Dresd. *membra.*

413. *Iunxit Aristides, etc.* Quatuor aut quinque Heinsii, etiam Bern., *carmina.* Buslidianus *carmina sacro,* qui etiam *iungit.* — Fuit autem Aristides poëta Milesius (III, 9, 3.), cuius aetas et vita non satis constat. Praeter alia scripserat *Milesiaca* sive narrationes (λόγους) de rebus turpibus et amatoriis, quas Milesias videtur appellasse, non quod in florentissima illa et opulentissima civitate mores corrupti fuerint, sed quod res illas turpes Mileti et a Milesiis factas finxisset. Sed alias suo sub nomine, quasi ipse fecisset, narrasse videtur, *atque ita Milesiorum crimina cum suis vel secum iunxisse. Milesiaca* illa Aristidis tangit Plut. in Crasso c. 32. ἀκόλαστα βιβλία τῶν Ἀριστείδου Μιλησιακῶν. Vid. Appian. in Parthicis, Arrian. in Epict. IV. c. 9., Harpocrat. in Δερμιστής, qui sextum Aristidis Milesiacorum laudat, et Lucian. ἐν τοῖς ἐρωτικοῖς. Conf. v. 443. Pol. 1., II alii Heins. et Seg. *Aristimedes.* Put. *Aristonides.* Guelf. *Melesia.* Seg. et Berol. *Millesia.* Mor. *Miletia.* Iun., Rel., Goth. *Miletida.* Gall., Serv., III alii Heins., Seg. et Bern. *carmina.* Rel. pro v. scr. *semina.* Rel. *carmina secus.* Virorum doctorum, qui in illo *secum* offenderent, coniecturae sunt: Tanaquili Fabri:

Finxit (*vel* Panxit) Aristides Milesia crimina chartis.

Nic. Heinsii:

Lusit Aristides Milesia carmine foedo.

I. Brockhusii:

Vinxit Aristides Milesia crimina socco.

Burmanni:

Iunxit Aristides Milesia crimina scenae.

I. Schraderi:

Iunxit (*vel* Strinxit) Aristides Milesia crimina scriptis.

vel:

Iunxit Ar. Miletide crimina foeda.

Merkelii:

Iunxit Aristides, Milesia crimina, sexum.

Nec qui descripsit corrumpi semina matrum, 415
Eubius, impurae conditor historiae;
Nec qui composuit nuper Sybaritida, fugit;
Nec qui concubitus non tacuere suos.

Quanquam posterior coniecturis non opus censet, et interpretatur: *Milesiis criminibus, quae descripsit, suum adiecit Aristides.* Posthac te C. L. non amplius tam ineptis coniecturis detinebo.

414. Hunc versum male ad Aristiden, nobilissimum illum Atheniensem cognomento *iusti*, propter iustitiae morumque sanctitatis famam Athenis expulsum (Plut. et Nep. in Arist.) retulerunt, vel alludere putarunt. Refertur ad ipsius Nasonis ob compositam Artem ex Urbe expulsionem. Hoc enim dicit: *nec tamen ille, ut ego, hanc ob caussam ex urbe sua, e patria suâ, expulsus est.*

Put. *Aristonides.* Gall. *Aristorides.* Seg. *Aristimedes.* Bern., Berol. et Rel. *non tamen. Sua est* cum vett. edd. et codd. plerisque. V. 415. Guelf. et Leid. *crimina matrum.*

416. *Eubius.* Mire iterum variant in hoc nomine proprio codices. Pal. 1., II alii Heins., Dresd., Goth. et Busl. *Eubous.* Vat. 1. *Ebius.* Pal. 2. et Bersm. *Eubolus.* Mor. *Eubeus.* Crev. *Embous.* Busl. *Ebous.* Leid. *Etuus.*

Eubius, si vera scriptura est, ignotus poëta Graecus; at hoc constat ex h. l., carmen eum composuisse, qua ratione femina partum eiicere sive in utero occidere posset. Nam *historia* h. l. est narratio. Vid. ad v. 444.

417. *Sybaritida. Sybaritis* formatum vocabulum, ut *Thebais.* Vid. indic. Dicit autem librum de turpibus Sybaritarum. Nam *Sybaris* fuit oppidum Lucaniae ad sinum Tarentinum, luxu et deliciis infame. Codd. iterum mire variant. Pal. 1. *Subarechida.* Iun. *Subaritida.* Rel., et ed. Bonon. *Sabaritida.* Vat. 1., Serv., II alii Heins. et Guelf. *Sibaritica.* Leid. *Sibantica.* Gall. et Berol. *Sabaritica.* Busl. *Sarabatica.* Crev. *Sabarica.* Sed frustra.

Pathici libelli fuisse videntur. Martial. XII, 97.

Musaei pathicissimos libellos,
Qui certant Sybariticis libellis.

Memoratur huiusmodi nequitiarum conditor Hemitheon Sybarita a Lucian. advers. Indoct. c. 23. Conf. Lucian. Pseudolog. c. 3. Sed cum illius poëtae neque aetas neque carminis titulus notus sit, an hunc in animo habuerit Naso, ignoramus. Nam recentiorem quendam poëtam significari, apparet ex illo *nuper.* Merkel *coniecit numerus* pro *nuper:* verum de *numero,* sive multitudine, qui *Sybaritida* h. e. certum quoddam carmen, *Sybaritis* inscriptum, scripserint, non magis compertum habemus, quam de illo uno qui *nuper* fuisse h. l. dicitur, et mera coniectura est loco scripturae, omnium vett. librorum consensu firmatae.

418. *Nec qui.* Mor., Hamb., Iun. et alius Heins. *nec quae,* quod re-

Suntque ea doctorum monumentis mixta virorum,
Muneribusque ducum publica facta patent. 420
Neve peregrinis tantum defendar ab armis,
Et Romanus habet multa iocosa liber.

cepit Heinsius. Ac memorantur feminae multae, quae obscena ac turpia composuisse traduntur: *Astyanassa* (Suid. in v. et Plin. H. N. XXVIII. c. 7.), *Philaenis* Leucadia, et *Elephantis*, quarum erant carmina de variis concubitus generibus (Athenae. VIII. c. 3. et V., Iust. Martyr. Apol. I., Suet. Tib. c. 43., Martial. XII, 43.), *Laïs* et *Salpe* (Plin. XVIII. c. 7. et 19.), *Nico* Samia, *Callistrate* Lesbia (Xenoph. Mem. Socr. II., Athen. V.), aliae. Verum cum h. l. de viris, qui turpia scripserint, agatur, quum omnium prope vett. librorum consensns tueatur optimam scripturam *nec qui*, quum denique ne illud quidem exploratum sit, an mulieres unquam exsilio sint multatae, restituenda est scriptura *nec qui*. Neque vero defuerunt viri, qui talia cecinerunt. Laudatur a Suida Paxami δωδεκάτεχνον, in quo is egerit περὶ αἰσχρῶν σχημάτων. Vid. etiam Meinecke de Euphorione. Barth, ut solet, in suo se cod. reperisse fingit *non tacet Aena*. Adversariorum c. 5.

419. *Monumentis*, libris. Pont. I, 1, 5.

Publica non audent inter momumenta venire.

Vett. edd., Pal. 1. et 2., Gall., Busl., Iun., Berol., Crev. *sunt ea.* — Vat. 1., Pal. 2., Dresd. pro v. scr. et Guelf. *texta.* Leid. *scripta.*

420. *Muneribusque ducum.* Primus Sulla, qui bibliothecam Atheniensium a Pisistrato conditam, item Apelliconis abduxerat, bibliothecam suam publico usui aperuit. Cic. ad Att. IV. 10., Strab. XIII. p. 419. Idem fecit L. Lucullus victo Mithridate (Plut. Lucull. c. 42.) et M. Terentius Varro. Cic. ad Div. IX. 4. Primam autem bibliothecam publicam a. U. C. DCCXV. post trinmphum Dalmaticum condidit Asinius Pollio in atrio sive porticu templi Libertatis in monte Aventino. Plin. N. H. VII. c. 31., Suet. Oct. c. 29., Isidor. IV. c. 4., Martial. II, 3, 5. — A. U. C. DCCXXI. Augustus Octavianam in porticu sororis suae aperuit (Plut. Marcell. c. 16., Suet. de Illustr. Gramm. c. 21.), et a. DCCXXVI. Palatinam in templo Apollinis Palatini. Dio C. LIII. c. 1., interpp. ad Hor. Sat. 1, 18, 38., ad Epist. I, 3, 17. et ad II, 2, 92. Vid. Lips. de Biblioth. Syntagm. c. 5., Poppe de privatis atque illustrioribus publicis veterum Rom. bibliothecis. Berolini 1826., Lürsen de Templo et Biblioth. Apollinis Palatini, Franequerae 1719. Conf. Tr. III, 1, 59. seqq. — Rel. pro v. scr. *manent.*

421. *Peregrinis.* Pal. 1. *peregrinus.* Seg. *iterum def.*

Hactenus caussam suam Graecorum exemplis defendit: nunc etiam Romanos suos rerum amatoriarum scriptores habere, pari doctrina atque venustate ostendit.

422. *Iocosa.* Vid. v. 354. Iun.

Utque suo Martem cecinit gravis Ennius ore,
Ennius ingenio maximus, arte rudis;
Explicat ut causas rapidi Lucretius ignis, 425
Casurumque triplex vaticinatur opus:
Sic sua lascivo cantata est saepe Catullo
Femina, cui falsum Lesbia nomen erat;

hic Rom. Mor. pro v. scr. et vett. edd. *en.*

423. *Ennius* natus Rudiis in Calabria vixit ab a. U. C. DXIV — DLXXXIII., clarissimusque fuit illius aetatis poëta Romanus. Inter multa eius carmina erat epicum XVIII librorum, Annales inscriptum, in quo res gestas Romanorum a prima origine cecinerat, inde *Martem.* Conf. supra v. 260. et vid. Hor. Epist. I, 19, 7. et imprimis Prop. III, 2, 6., Aul. Gell. XVII. c. 21. *Gravis,* ab gravitate argumenti dictum, ut ab Hor. II, 1, 50. *fortis* dicitur. Conf. not. ad v. 259. Ceterum confirmant hoc de Ennio iudicium praeter Horatium loco laudato Quint. I. O. X. c. 1., A. Gell. XII. c. 2. Etiam ipse Ovidius Amor. I, 15, 19.

Ennius arte carens, animosique Attius oris,
Casurum nullo tempore nomen habent.

Vid. Stat. Silv. II, 7, 75. De Ennio vid. Vitae ac Fragm. vett. historic. Rom. Berol. 1833. Contrarium Nasonis de Callimacho iudicium vidimus ad Trist. I, 6, 1. De conduplicatione illa vid. ad I, 10, 30. Pal. 1. *Marte.* Goth. *cec. Mart.*

425. *Lucretius* (T. Carus), poëta Rom., natus a. U. C. DCLIX., carmen de Rerum natura scripsit, quod adhuc exstat, in quo doctrina Epicuri et mundi origo et futurus eius per ignem exitus tractantur. Eleg. de morte Drusi v. 361.

Ecce necem intentam coelo, terraeque fretoque.
Casurumque triplex vaticinantur opus.

Quo loco etiam recepta primum ab Heinsio e cod. Merulae et Bononiensi scriptura *casurum* loco omnium aliorum vett. lihrorum scripturae *causarumque* confirmatur, quae iam bonitate sensus atque elegantia satis firmitatis habet, et vero etiam Lucretiani carminis loco, unde sumtus hic locus est vel potius cui alludit, Lucret. V, 95. Eodem pertinet schol. Acron. ad Hor. Od. I, 34. *Epicurei omnia affirmant casura.*

Triplex apus quod dicat, docemur eodem loco Lucret. V, 95.

Principio maria ac terras coelumquo tuere,
Quorum naturam triplicem, tria corpora, . . ,
Treis species tam dissimileis, tria talia texta,
Una dies dabit exitio, multosque per annos
Sustentata, ruet moles et machina mundi.

Amor. I, 15, 23.

Carmina sublimis tum sunt peritura Lucreti,
Exitio terras cum dabit una dies.

Rel. pro v. scr. *ut flammas.*

427. „*Ut igitur hi res graves, En-*

Nec contentus ea, multos vulgavit amores,
In qnibus ipse suum fassus adulterium est. 430
Par fuit exigui similisque licentia Calvi,
Detexit variis qui sua furta modis.
Quid referam Ticidae, quid Memmî carmen, apud quos
Rebus adest nomen nominibusque pudor?

nius Romanorum bella, Lucretius physica; sic Catullus ludicra et lasciva." Lascivus sane est Catullus, sed in perpaucis; verum ex Ovidii re erat, ex hac potissimum parte eum describere, atque omnino eum lascivum declarare. Atque eandem ob caussam non urguendum videtur, quod omnia illa turpia (v. 430.), quae lepide canit Catullus, elegantissimum Catullum ipsum patrasse dicat, licet ipse Catullus de hac re praecepisset:

Nam castum esse decet pium poëtam
Ipsum, versiculos nihil decet.

Hinc mihi etiam vanam dare operam videntur, qui, quae illae Catulli amicae fuerint, curiosi quaerunt. Nec audiendus Apuleius, qui in Apol. prima scribit: *Eadem igitur opera accusent C. Catullum, qui Lesbiam pro Clodia nominavit, et Ticidam similiter, quod quae Metella erat, Perillam scripserit.* Seg. a 1. m. *contemta est Musa Cat.* V. 428. Rel. pro v. scr. *nomen habet.*

429. Franc. pro v. scr., Pal. 1., exc. Voss. et V alii Heins. et eiusdem ed. pr. *content. eo.* V. 430. Leid., Mor. et V alii Heins. *est* in fine omittunt. Post *suum* ponunt Pirckh., Rel., Berol., et post *fassus* Crev.

431. *Calvus* (C. Licinius) insignis orator atque poëta, aequalis Catulli ac Ciceronis. Iambos et epigrammata composuit, in quibus principes civitatis, imprimis Pompeium et C. Caesarem, insectaretur (Cic. ad Fam. VII. 24.), et amatoria, valde lasciva. Prop. II, 25, 89., Plin. Epist. IV. 3., Senec. Controv. III. c. 19., Hor. Sat. I, 10, 19., A. Gell. N. A. XIX. c. 9. Weichert. Comment. de C. Lic. Calvo Orat. et poëta. Grimm. 1825.

Exiguam eius staturam ridet Catullus Carm. 53.

Pal. 1. *simulque lic.* Busl. *lic. Bacchi vel Calvi.*

432. *Furta* Heinsius e III scriptis dedit, quod confirmant Guelf., Dresd., Bern., Seg. a 2. m., Berol., et illud *detexit.* Art. A. II, 428.

Flecte iter et monitu detege furta meo.

Vid. not. ad v. 249. et 440. Reliqui codd. et vett. edd. *facta,* nisi quod Seg. a 1. m. et Iun. *fata.*

433. *Ticidae.* Heinsii ed. pr. *Tyciden.* Reliquae edd. saec. XV. *Tindae.* Pal. 1. *Titidem.* Pal. 2. et Berol. *Titiden.* Gall. *Ticidem.* Leid. *Ticiden.* Rel. et ed. Bonon. *Titide,* q. e. *Titidae.* Goth. *Thaciden.* Crev. *Cachide,* q. e. *Cachidae.* Busl. *Tochida.* Dresd. *Aeacidem.* Par varietas in scriptura *Memmi.* Mor. et Rel. *Menni.* Pirckh., Dresd. pro v. scr., Goth.

Cinna quoque his comes est, Cinnaque procacior Anser,
Et leve Cornificî, parque Catonis opus.

Meni. Berol. *Novi.* Crev. *Nummi.* Alii *Naevi, Meri, Maeni.* Busl. *Noni quid.* Heins. ed. pr. *quid denique carmen.*

Ticida (Caius), eques Rom. et poëta, Catulli aequalis, hymenaeos et obscena carmina scripsit. Vid. Crinit. Poëtt. Latt. c. 33., Casaub. ad Suet. Gramm. c. 11., Apulei. Apolog. I.

Memmius (Caius) orator, Caesari infestissimus. Suet. Caes. c. 23. 49. 73., Cic. Brut. c. 70., Ellendt. Prolegg. in Cic. Brut. p. 61. Idem composuit amatoria, sed dura oratione. A. Gell. N. A. XIX. c. 9. Plin. Epist. V. 3. 5.

434. *Rebus adest nomen.* Ita codd. et vett. edd. omnes. Heinsius probabat coniecturam Rottendorphii:

Rebus abest omnis nominibusque pudor.

Bentleius ad Hor. Od. II, 12, 13. hanc scripturum reiicit, ac defendit scripturam:

Rebus abest nomen nominibusque pudor —

haec notans: Hoc vult Ovidius: „apud Ticidam et Memmium rebus sive *argumento* verum nomen abesse, cum hic *Perillam*, alter aliam, quam falso inscriberent, *nominibus* porro illis *pudorem* abesse, cum scripta illa praeter turpes amores nihil fere aliud centinerent.“ Mihi vera videtur scriptura librorum *adest, nomen* autem ac *nomina* diverso significatu capienda, cuius rei exempla vidimus v. 376.: ut hoc dicat poëta: *apud quos rebus turpissimis nomen* h. e. *vera appellatio adest, et nominibus personarum,* dissimulatis, ut v. 428. a Catullo factum esse dixit, veris earum nominibus, *adest pudor.* Obscuritas loci nascitur ex illa, quam poëta affectabat concinnitate, et ex eo, quod nos illa carmina non novimus, de quibus poëtae, ut cuique notis, loqui licebat. Iudicent sagaciores.

435. *Cinna* (C. Helvius) poëta Romanus, Ciceronis aequalis, praeter alia e genere elegiaco parum casta (Plin. V. 3. 5.), maius carmen scripsit *Smyrna* inscriptum, in quo scelestum amorem Myrrhae cum patre Cinyra et partum ex eo amore Adonin cecinisse dicitur. Catull. c. XCIV., Serv. ad Virg. Ecl. IX, 35., Quint. I. O. X. c. 4. Conf. Met. X, 310. seqq., quo loco sine dubitatione pars Smyrnae illius Cinnanae continetur. Vid. Weichert. Comment. de C. Helv. Cinna. I.

Anser, poëta Rom., qui laudem M. Antonii scripsit. Sed eundem etiam obscena scripsisse ex hoc aequalis sui testimonio apparet. Vid. interpp. ad Virg. Ecl. VII, 32. et IX, 36., ad Prop. II, 25, 83., Voss. de Hist. Lat. I. c. 17., Weichert. l. l.

Procacior, obscenior. Barb. *protervior.* Pirckh. *Ancus.*

436. *Cornificius,* poëta Romanus, Ciceronis aequalis, qui, ut ex h. l. discimus, ludicra ac levia confecit carmina. Plures quidem Cornificii memorantur, sed cum h. l. proximum Anseri locum teneat, videtur

Et quorum libris modo dissimulata Perillae 435
Nomine, nunc legitur dicta, Metelle, tuo?
Is quoque, Phasiacas Argo qui duxit in undas,
Non potuit Veneris furta tacere suae. 440

intelligendus esse obtrectator ille Maronis, de quo loquitur Serv. ad Virg. Ecl. II, 39. Vid. I. H. Voss. ad Ecl. III, 108., Chronic. Euseb. ad MDCCCCLXXVI. et Weichert. de C. Helv. Cinna p. 15.

Cato (Valerius), poëta et grammaticus Romanus, qui Sullae temporibus fuit. Suet. de illustr. Gramm. c. 40. Praeter alia, elegiaca carmina scripsit *Lydia* et *Diana*, admodum elegantia, sed non sine nequitiis. Wernsdorf. Poëtt. Latt. min. T. III. Prooem. XLVI.

407. *Et quorum.* Iahn adductus, ut videtur, loco illo Apuleii, supra ad v. 428. apposito, audaci medela versus 437. et 438. ante versus 435. et 436. posuit, ut *et quorum* referretur ad Ticidam et Memmium, eo ordine, quem nunc illi versus tenerent, iudicans, et versum 434. et versus 437. et 428. carere sensu. Verum ne de omnium librorum consensu dicam, illud *et quorum libris* post *apud quos* certe parum elegans est, neque Memmium suos amores sub Metellae nomine cecinisse compertum est. Quare equidem Nasonem alios h. l. poëtas atque Ticidam et Memmium ob oculos habuisse et significasse puto. Quod si statuamus, vide, quam apte omnia iuncta sint: *Quid referam Ticidae et Memmi carmina, apud quos . . . adest. His comites sunt Cinna, Anser, Cornificius, Cato, et* (sunt his comites illi poëtae) *quorum in libris* (amica quam canunt) *modo* (falso) *Perillae nomine dissimulata legitur, modo* (falso nomine) *Metella dicta* (sc. legitur). (Iam variata oratione pergit:) *Is quoque, qui . . ., non tacuit amores suos.*

Goth. *quorum in libris.* Rel. *et libris quorum.* Berol., Mor. pro v. scr. *non leg.* Guelf. *legit dicta.* Bonon. *tegitur.* Dresd., Goth., Berol., Rel., multi Heins. et vett. edd. *per illos.*

Nomine dicta, Metelle, tuo eleganter pro *dicta Metellae:* feminae enim in omni familia a maribus nomina acceperunt, atque in Clodiorum gente *Clodiae*, in Metellorum *Metellae* nuncupatae, ut recte docet ad Hor. Od. II, 12, 13. Rich. Bentleius.

439. *Is quoque—in undas,* h. e. qui Iasona et illius in aureo vellere apportando socios in Argo navi in Phasin fluvium, h. e. in Colchida, duxit, *qui Argo . . vectam cecinit.* Vid. not. ad v. 317.

Intelligendus autem Varro Atacinus, Ciceronis aequalis, qui post Apollonium Rhodium Argonautarum expeditionem cecinit, vel potius Apolonianum carmen Latinum fecit. I. Voss. Hist. Lat. I. c. 16.. At idem cecinit amorem suum in Leucadiam. Wernsdorf. Poëtt. Latt. min. V. P. III. p. 1385. seqq. Prop. II, 25, 85.

Haec quoque perfecto ludebat Iasone Varro,

Nec minus Hortensî, nec sunt minus improba Servî
Carmina. Quis dubitet, nomina tanta sequi?
Vertit Aristiden Sisenna, nec obfuit illi,
Historiae turpes inseruisse iocos.
Nec fuit opprobrio, celebrasse Lycorida Gallo, 445
Sed linguam nimio non tenuisse mero.

Varro Leucadiae maxima flamma suae.
Amor. I, 15, 21.

Varronem primamque ratem quae nesciat aetas,
Aureaque Aesonio terga petita duci?

Conf. Art. A. III, 335. De Phaside fluvio vid. ad III, 9, 12.

Pro *Argo* omnes edd. vett. et codd., praeter Goth., Seg. et Bonon., *Argon;* ac repeto, quod ad Her. VII, 7. et XII, 9. notavi, eum veterum librorum in ista scriptura consensum mihi non ex librariorum arbitrio aut inscitia natum videri. — Busl. *qui navem.* Busl. et Mor. *ad undas.* Berol. *Phasiadas.* V. 440. Gall. *signa tacere.* Berol. *docere.* Vid. ad v. 249. et 432.

441. *Hortensius* est clarissimus ille orator, Ciceronis aequalis et aemulus, qui etiam levioris argumenti carmina scripsit. Vid. Gell. N. A. XIX. c. 9., ubi ea *invenusta* dicuntur. Conf. Catull. c. XCIV. De Q. Hortensio est libellus Luzacii. Lugd. Bat. 1810.

Servius est Servius Sulpicius Rufus, et idem orator illustris et Tulli aequalis et amicus. Amatoria composuit, quae Ausonius *prurire* scribit. Vid. Gell. l. l. Ellendt. ad Cic. Brut. p. 103. seqq.

Duo Heins. et Dresd. *non minus.* Pirckh. *nunc minus.* V. 442. Mor. pro v. scr. *quid dubitem.* Franc. et Bern. *dubitat.*

443. *Aristiden.* Vett. edd. et codd., praeter IV Heins., Dresd., Goth., Guelf., Bern. et Seg., *Aristidem* Sed forma Graeca in nomine Graeco videtur retinenda. Pal. 1. et Guelf. *Aristides.*

Sisenna (L. Cornelius), orator Romanus et historiarum scriptor, qui Sullae temporibus floruit et, teste Vellei. II., *opus belli civilis Sullanique scripsit.* Sed idem vertit *Milesiaca* Aristidis (Vid. ad v. 414.), quae saepius memorantur a Charisio. Verba: *nec obfuit— iocos,* Iahn ita accipit, ut Sisennam ad *Milesiaca illa* Aristidis, quae verterit, turpia de suo addidisse censeat. At illa ipsa turpia erant. Vid. ad v. 414. Hoc autem dicit poëta: *nec obfuit illi, historias* (narrationes) *rebus turpibus mixtas proposuisse. Historia* pro narratione est etiam v. 416. Bersm., et ed. Bonon. *Cisenna.* Reliquae vett. edd. *Gisenna.* Busl. *Socisma.* Leid. *Sileucia.* Guelf. *effugit.* V. 444. Busl. *erupuisse.*

445. *Gallus* (L. Cornelius), celebratum a Virgilio, Propertio et Ovidio nomen, eques Romanus et bonus militia, natus a. U. C. DCLXXXVI. praeter alia carmina permulta teste Servio ad Virg. Ecl. IX. *amorum suorum de Cytherei-*

Credere iuranti, durum putat esse Tibullus,
Hoc etiam de se quod neget illa viro;

de, quam falso nomine Lycorida nominavit, scripsit libros quatuor. Occupata a. U. C. DCCXXIV. ab Augusto Aegypto ad praefecturam huius provinciae provectus, iactis inter convivium in Principem conviciis accusatus ad sese interficiendum coactus est a. U. C. DCCXXVIII. Suet. Oct. c. 66., Dio LIII. c. 23., Amm. Marc. XVII., interpp. ad Virg. Ecl. VI. et X. — Prop. II, 12, 48. de eodem.

Laeserunt mollés pocula nostra deos.

Amor. III, 9, 63.

Tu quoque, si falsum temerati crimen amici,
Sanguinis atque animae prodige Galle tuae.

Amor. I, 15, 29.

Gallus et Hesperiis et Gallus notus Eois,
Et sua cum Gallo nota Lycoris erit.

Nec fuit Gall., III alii Heins. et eiusdem ed. pr. et reliquae vett. edd. — Dresd., Goth., Bern., Berol., Crev., Rel. et reliqui *non fuit.* Dedimus *nec,* ut oratio cum praecedentibus copuletur, cum quibus arcte cohaeret. — Bern., Pal. 1., Put., Mor., Serv., Busl., Pirckh., Iun., Franc. et VII alii Heins., Goth., Berol., Rel., *opprobrium.* Guelf. et vett. edd. *opprobrio.*

446. *Non tenuisse* satis et ipsa re et locis ad v. 445. appositis firmatur. Busl. et IV alii Heins. *continuasse.* Serv., III alii Heins. cum vett. edd. *continuisse.* Rel. ex glossa *non tacuisse.* Berol. *conticuisse.* Put. a 2. m. *non temerasse.* Ed. Bonon. *contremuisse.*

447. *Tibullus* (Albius), poëta Rom., cuius carmina adhuc exstant, *tersus atque elegans maxime elegiae auctor,* ut de eo scribit Quint. X. c. 1. §. 93. Vid. Spohn de A. Tibulli Vita et Carm. Part. I. Lips. 1819., Baehr Hist. Lit. Rom. §. 133. et not. ad IV, 10, 51. Conf. etiam V, 1, 18.

Credere iuranti (puellae) *durum* (parum tutum) *putat Tibullus,* (propterea) *quod illa* (puella sua) *apud virum neget de se* (h. e. de ipso), amores suos. Eleganter autem poëta a v. 447 — 460. plerumque ipsius Tibulli versibus aut verbis utitur. Itaque Tibulli verba ubique subiungam. Atque hic locus adumbratus est e Tib. I, 6, 7 — 10.

Illa quidem tam multa negat! sed credere durum;
Sic etiam de me pernegat usque viro.
Ipse miser docui, quo posset ludere pacto
Custodes: heu, heu, nunc premor arte mea!

Conf. Tib. I, 2, 15—18. Ov. Amor. I, 6.

448. *Hoc etiam.* Gall. et alius Heins. *hinc.* Dresd. a 1. m., Berol., Heins. ed. pr. *hic.* Rel. et pauci *haec.* Reliqui omnes et vett. edd. *hoc,* quod propter codicum auctoritatem ex Tibulli l. l. in *sic* mutare non sum ausus. Neque in reliquis Ovidius ubique Tibulliana curiose reddidit, et recte hoc fecit et eleganter. Sic hoc ipso versu Tibullus *pernegat,* v. 449. Naso *custodem,* Tibullus *custodes,* v. 451. est *gemmam,* Tibullus *gemmas,* v. 454. est *notam,* Tibullus *notas,*

Fallere custodem demum docuisse fatetur,
Seque sua miserum nunc ait arte premi. 450
Saepe, velut gemmam dominae signumque probaret,
Per causam meminit se tetigisse manum;
Utque refert, digitis saepe est nutuque locutus,
Et tacitam mensae duxit in orbe notam;

v. 448. *minus,* Tibullus *nihil,* et sic alia. Vid. ad v. 455. *Hoc* quid sit, e contextu orationis facile coniicitur, uti etiam quae sit *illa.* — Aliquot Heins., Bern., Rel., Franc., Pol. 2. et ed. Bonon. *negat.* Ed. Bonon. *hoc de se dudum.* Franc. *quid neg.* Pol. 2. *cum neg.* Bern. *ipsa.* Berol. *ulla.* Crev, *hoc quoque quod petit. Petit* etiam Dresd.

449. *Custodem demum.* Guelf., Pal. 2., Gall. et II alii Heins. *custodes tandem,* ex glossa. Interpretes, quibus illud *demum* offensioni erat, coniecturis iuvare huius versus scripturam tentarunt, et I. Fr. Gronov. coniecit *dominam docuisse,* non male, Burmannus *demens docuisse,* Francius *custodes idem,* vir doctus in Act. Lips. *custodem se condocuisse.* Illud *demum* certe friget, quamvis mihi ab ipso Ovidio esse videatur.

451. *Signumque.* Ita vett. edd. omnes et, teste Merkelio, codicum fere dimidia pars. Quare cum ea scriptura hunc locum fere iure praescriptionis obtineat (nam *signumve* primus recepit Heinsius), eam restituimus, cum praesertim optimum sensum habeat, et Tibulli loco, quem hic versus expressit, confirmetur. Tibull. I, 6, 25.

Saepe velut gemmas eius signumque probarem,
Per causam memini me tetigisse manum.

Gemmam signumque, non est, ut alii censuerunt, *hendiadys* quod vocant; sed poterat amator gemmae magnitudinem ac pulchritudinem probare, et simul etiam signum in ea expressum. Conf. IV, 1, 11. De re vid. I, 7, 1., Plaut. Asinar. IV, 1, 33., Heroid. XX, 139.

Per causam est sub praetextu, ut post Nasonis aetatem loquebantur. Vid. Drakenb. ad Liv. II. c. 32., Bremi ad Sueton. Caes. c. 2. Citatur Tac. Hist. I. c. 71. *per speciem,* Hist. I. c. 74. *per simulationem,* alia.

Guelf. et Gall. *dominae gemmam.* Berol. *probarit.* V. 452. Berol. *manus.*

453. *Utque refert.* Tibull. I, 6, 19.

Neu te decipiat (*illa*) nutu, digitoque liquorem
Ne trahat et mensae ducat in orbe notas.

Digitis nutuque loqui frequens rerum amatoriarum scriptorum oratio. Amor. I, 4, 17. *vultumque loquacem.* Tib. II, 7, 25. *oculos loquaces.* I, 2, 21. *nutus loquaces.* Her. XVII, 82. *supercilium loquens.* Conf. Art. A. I, 500., Met. IV, 63. De iisdem amantium artificiis vid. Her. XVII, 256., Amor. I, 4, 19., I, 5, 17., Art. A. I, 569. seqq., Prop. III, 6, 25.

Guelf. *dictis saepe.* Busl., Gall.

Et quibus e succis abeat de corpore livor, 455
Impresso fieri qui solet ore, docet.
Denique ab incauto nimium petit ille marito,
Se quoque uti servet, peccet ut illa minus.
Scit cui latretur, cnm solus obambulat, ipse
Cui toties clausas exscreet ante fores; 460

nutu s. e. digitisque. Leid. *mutusque loc.* Bern. *nuptumque loc.*

455. *Succis.* Med. unus *fucis.* Tib. I, 6, 13.

Tunc succos herbasque dedi, quis livor abiret,
Quem facit impressò mutua dente Venus.

De livore ex cumulatis osculis nimioque in amplexibus impetu poëtae veteres, ut in ea re minus verecundi, saepe loquuntur. Tib. I, 8, 37., Catull. VIII, 18., Theocr. XXVII, 18. Vid. Burm. ad Prop. III, 6, 21., Mitscherl. et Lambin. ad Hor. Od. I, 13, 15. — Amor. I, 7, 41.

Aptius impressis erat os livere labellis,
Et collo blandi dentis habere notam.

Gall. *abest e.* Berol. *de pectore.*

457. *Nimium petit.* Tu vide Nasonem iocosum inter seria. *Servet,* observet. Locus Tibulli est I, 6, 15.

At tu fallacis coniux incaute puellae,
Me quoque servato, peccet ut illa nihil.

Nota etiam, quam eleganter Naso Tibullum corrigat, *minus* scribens pro *nihil.*

Put., Serv., II alii Heins. et Seg. *ipsa.* Reliqui codd. et vett. edd. *illa,* exceptis uno Vat. et ed. Bonon., qui *ille,* quod recte recepit Heinsius.

459. *Scit, cui latretur.* *Latrare alicui* dicitur, ut *clamare alicui.* Est autem h. l. *tussiendo* vel *exscreando signum dare.* Ob oculos habere videtur Tib. I, 5,73.

Et simulat transire domum, mox deinde recurrit
Solus, et ante ipsas exscreat usque fores.

Scit, cui latretur, sc. sibi, a puella sive amica. Sin autem Tibulli ille locus sequendus sit, intelligendum erit: *a se amicae.* At prior interpretatio vera mihi quidem videtur: cui eleganter opponitur: *cui* (sc. amicae) *ipse toties . . . fores.*

Ed. Bonon. *scis cui.* Franc. *scit cur.* Leid. *scit an.* — Gall., Leid., Rel., Crev., Bern. et vett. edd. *obambulat,* quod poscere ratio sententiae videtur. Conf. v. 282. 478., III, 10, 9. Reliqui codd. *obambulet.* Put. et ed. pr. *ipsa.* Bersm. et V alii Heins. *ille.*

460. *Cui.* Maff. et alia quaedum vett. exemplaria rectius *cur.* Cror. Imo pessime, ut iam dictum est, quanquam idem exhibent Pirckh., Mor. pro v. scr., VIII Heins., Bern., Goth. et Crev. Male etiam Leid., Berol. et Rel. *qui toties,* et ed. Bonon. cum Dresd. *cum toties.*

Multaque dat talis furti praecepta, docetque,
Qua nuptae possint fallere ab arte viros.
Nec fuit hoc illi fraudi, legiturque Tibullus
Et placet, et iam te Principe notus erat.
Invenies eadem blandi praecepta Propertî; 465
Districtus minima nec tamen ille nota est.
His ego successi, quoniam praestantia candor
Nomina vivorum dissimulare iubet.

Porro Pal. 1., Rel. a 1. m. et IX Heins. *excubat.* Mendose. Put. et II alii Heins. *excitet.* Pal. 2., Goth., Bern., Iun., Leid., exc. Voss., Pirckh., Gall., Mor., Busl., Franc. et VIII alii Heins., Dresd., Berol., Crev. et ed. Bonon. *excubet.* Reliquae edd. vett., Guelf., Dresd. et pauci Heins. cum vulgata *exscreet,* quod retinui, quia aptius opponitur illi *latretur* v. 459., sic: *Scit, cui latretur* (sc. sibi), *cui ipse* (vice versa) *latret;* pro quo *exscreet* dicit.

461. *Furti talis.* Burmannus e Iun. et IV aliis *talis furti* recepit. Vett. edd. mendôse *furtim talis.*

462. *Qua fallere ab arte.* Vid. ad v. 28. Tib. I, 9, 66.

— — — — nec tu, stultissime, sentis,
Quum tibi non solita corpus ab arte movet.

Bersm. et Pirckh. *possent.* Busl. *possint nuptae.* Gall., Mor. et Bern. *possunt.*

463. Goth., Guelf., Bersm., Put., Gall., Mor., Serv., Pirckh., Iun., Busl. et XX alii Heins., Bern., Berol. et Heins. ed. pr. *non.* Reliqui *nec.* Utrumque ferri potest, sed coniunctio huic loco aptior est. Goth. *non nocet hoc illi fraudi,* ex glossa. Berol. *illi damno,* ex glossa vocis *fraudi.*

464. *Notus erat,* florebat, ut eodem modo illum, ac me, damnare potuisses. Ceterum annus natalis Tibulli non satis exploratus est. Sed in hoc fere consentiunt eruditi, intra a. U. C. DCXC—DCXCVI eum natum esse. Vid. ad IV, 10, 51. Augustum vero *Principis* nomen accepisse a. U. C. DCCXXVI. diximus supra ad v. 127. Berol. *tante* q. e. *iam te.*

465. *Propertî.* Sextus Aurelius Propertius, poëta Romanus, cuius elegi adhuc exstant, paullo iunior fuit Tibullo et maior Nasone, ut ex h. l. et IV, 10. 51. apparet. Vulgo circa a. DCC lucem eum primum vidisse credunt. Vid. interpp. Prop. et Baehr. Hist. Lit. Rom. §. 138. *Blandi* cum vi addit, eius carmina de amore significans, quo gravius opponatur *nec tamen . . .*

466. *Districtus,* laesus, notatus. Dresd. pro v. scr. et Guelf. *destrictus.* Met. XII, 91.

— — — — removebitur omne
Tegminis (*armorum*) officium, tamen indistrictus abibo.

Notissimum est discrimen inter *districtus* et *destrictus.* Bern. *distinctus.* Mor. et Rel. *afflictus.* Goth., Pal. 2. et Gall. *nimia.* — Gall. etiam *nec fuit illa nota.*

467. *Successi;* nam Ovidius mi-

Non timui, fateor, ne, qua tot iere carinae,
Naufraga servatis omnibus una foret. 470
Sunt aliis scriptae, quibus alea luditur, artes:
Haec est ad nostros non leve crimen avos;
Quid valeant tali, quo possis plurima iactu
Fingere, damnosos effugiasque canes;

nor Propertio natus erat a. U. C. DCCXI. Vid. Proleg., et ad IV, 10, 6. et 53.

468. *Iubet dissimulare,* sc. ne videar eos accusare velle. — Seg. *dissimulasse.* Leid. *iuvat.* Rel. a 1. m. *vetet.* Goth. a 1. m. *videt.* Vat. 1., II alii Heins., Guelf. et Goth. *tantorum.* Franc. *maiorum.* Unus Heins. *multorum.*

469. Busl., Seg. et Dresd. pro v. scr. *nec tim.*

471. *Alea,* omnes fere ludos talorum et tesserarum comprehendebat, *in quibus,* ut Ciceronis verbis utar, *temeritas et casus, non ratio valebat;* unde *alea* pro fortuna et summo discrimine. Publice alea luderc legibus vetitum erat. Hor. Od. III, 24, 58., Cic. Philipp. II. c. 23. Vid. Paw. de Alea veterum, Barbeyrac Traité du jeu III. 1. 7., Lindii Dissert. de Aleatoribus p. 18. Exc. Voss. *discitur.*

472. *Haec est.* Rel. a 1. m. *haec fuit,* pro v. scr. *haec est.* Pal. 1. et 2., Gall., Serv., Franc., Busl., VIII alii Heins. et eiusdem ed. pr., Berol., Dresd., Goth. et vett. edd. *hoc est.* Pirckh. *in nostros.* Dimidia pars codd. Heins. et veteres edd. *ad vestros.* Perperam.

473. Sequitur lepida huius ludi descriptio.

Pal. 1. et 2., Bersm., Leid., Mor., Serv., Guelf., Dresd. a 1. m. *posses.* Seg., Goth. a 1. m. *posset* et a corr. *possit.* — Vett. edd. praeter Bonon. *valeant alii.* — V. 474. Pal. 1. et 2., Pol. 1. et 2., exc. Voss., Busl., Leid. et XIII alii Heins., Guelf., Bern., Goth. et nostri V *fingere.* Reliqui et vett. edd. *figere. Fingere* recte interpretatur Micyllus *effingere, figurare* et exhibere diversas talorum figuras. Nam talis ludebant sic: Quatuor tali oblongi quatuor faciebus sive lateribus notas numerorum I. III. IV. VI. habebant, duabus extremis partibus vacuis. Hos in fritillum coniiciebant in eoque agitatos super tabulam emittebant. Acron. ad Hor. Sat. II, 7, 17. Ac XXXV inter se diversi iactus (πτώσεις) fieri poterant. Infelicissimus *canicula* sive *canis,* qui erat, cum quis unitatem miserat, ut quatuor tali omnes unitatem exhiberent; felicissimus iactus erat *Venus,* qui erat, si omnes tali numeros exhibebant diversos,

Cum steterit nullus vultu tibi talus eodem —

ut loquitur Mart. XIV, 14. Lucian. Amor. II. μηδενὸς ἀστραγάλου πεσόντος ἴσῳ σχήματι. Vid. Pers. III, 48., Suet. Oct. c. 9. *Talis iactis, ut quisque canem, aut senionem iecerat, in singulos talos singulos denarios in medium conferebat, quos universos tollebat, qui Venerem iecerat.* Art. A. II, 205.

Tessera quos numeros habeat, distante vocato 475
Mittere quo deceat, quo dare missa modo;
Discolor ut recto grassetur limite miles,
Cum medius gemino calculus hoste perit,

Seu iacias talos, victam ne poena sequatur,
Damnosi facito stent tibi saepe canes.

Prop. IV, 8, 45.

Me quoque per talos Venerem quaerente secundos,
Semper damnosi subsiluere canes.

Vid. Pollux IX. c. 7., Delr. ad Senec. Herc. Fur. p. 243., Turneb. Advers. 27. 3., Ferrar. Elect. I. c. 16., interpp. ad Suet. Aug. c. 71., Ernest. Clav. Cic. *Effugiasque* XII Heins., Rel., Dresd., Goth. et vett. edd. Reliqui *effugiasve;* nisi quod Seg. *effugietve.* Vid. ad v. 451.

475. *Tessera.* Ludum tesserarum veteres tribus tesseris sive cubis ludebant, qui in VI suis lateribus sive faciebus habebant numeros I. II. III. IV. V. VI. Summus in iactu numerus valebat, sive vincebat. Si adversarius pauca tantum puncta iecerat, alter nominabat numerum maiorem, *distantem numerum vocabat,* quem erat iacturus. Art. A. III, 355.

Et modo tres iactet numeros, modo cogitet apte,
Quam subeat partem callida, quamque vocet.

Neque tesserae manu iaciebantur, sed e fritillo, ante bene agitatae, in tabulam mittebantur. Senec.

Nam quoties missurus erat, resouante fritillo,
Utraque subducto fugiebat tessera fundo.

Casaub. ad Theophr. Charact. V. p. 74., Turneb. Advers. VI. c. 3., Ascon. ad Cic. Verr. I. Atque, ut ex hoc loco apparet, scriptae erant artes, *quomodo mittere deceret,* ut quam plurima puncta iacerentur, et quomodo tesserae alteri tradendae essent, ut is quam paucissima iaceret.

Heinsius dedit: *quot numeros habeat,* quod in VI suis codicibus repererat, atque idem exhibent Bersm., Bern. et ed. Bonon. Confirmant Serv., Franc. et IV alii Heins., Goth., Berol., Crev., Rel., ed. Vicent. et una Ven., qui *quot hab. num.* — Pal. 1., Guelf. et maior (?) Heinsianorum numerus et reliquae edd. vett. *quos habeat numeros.* Put., Iun. et II alii Heins. *quos numeros habeat.* Ad sententiam aliquomodo ferri potest scriptura *quot,* quae tamen mihi inventa videtur a librariis, qui non perspicerent, sensum esse: *quos diversos numeros.*

Mor. pro v. scr., et Goth. pro v. scr. *vocando.* V. 476. Franc. et Berol. *doceat,* quod dedit Merkel. Male. Vett. edd. *peccat.*

477. *Ut grassetur,* quomodo progrediatur et hostiliter insequatur. Vat. 1., Guelf., Serv., Pirckh., IV alii Heins., Seg., Crev. et vett. edd. *crassetur.* Berol. *ut rocco.* Rel. a 1. m. *ut torto.* Gall. *ordine.* Bersm., Leid. et alius Heinsii et Goth. *tramite.*

Lusum calculorum sive latrunculorum dicit. Triginta vel triginta duo erant calculi diversi coloris, qui in tabula lusoria, ad modum tabulae *Scachiae,* plagis distincta,

Ut mage velle sequi sciat et revocare priorem,
Ne tuto fugiens incomitatus eat. 480
Parva sedet ternis instructa tabella lapillis,
In qua vicisse est continuasse suos;

disponebantur, hinc atque inde in turmas divisi, alteri milites (inde *miles discolor*), alteri hostes. Promovebantur multa arte, ne circumveniri ab hoste possent. Si quis enim calculus incomitatus a duobus aliis diversi coloris circumveniretur, vinci et capi dicebatur, qua propter *recto limite* vel serie aut ita movebantur, ut retrahi possent, aut ut adversarii milites ipsi in periculum incurrerent. Forcellini, qui laudat Isidor. Orig. XVIII. c. 63., Auct. Paneg. ad Pison. v. 180., Salmas. ad Vopisc. in Procul. c. 13., Pollux IX. c. 7. Art. A. II, 207.

Sive latrocinii sub imagine calculus ibit:
Fac pereat vitreo miles ab hoste tuus.

Art. A. III, 353.

Parva monere pudet: talorum ducere iactus
Ut sciat, et vires, tessera missa, tuas;
Et modo tres iaculet numeros, modo cogitet, apte
Quam subeat partem callida, quamque vocet;
Cautaque non stulte latronum proelia ludat,
Unus cum gemino calculus hoste perit;
Bellatorque sua prensus sine compare bellet,
Aemulus et coeptum saepe recurrat iter.

Huc pertinet Paneg. in Pison. v. 187. seqq.:

— — — — hic se committere rixae
Audet, et in praedam venientem decipit hostem:
Ancipites subit ipse moras, similisque ligato
Obligat ipse duos.

478. Iun. *cadit.* Dresd. *mediis.*

479. *Ut mage velle sequi sciat,* h. e. quomodo sciat, magis velle sequi et priorem revocare, et quomodo tuto f. non incomitatus. Res explicata est ad v. 477. Nonnulli codices in scriptura huius versiculi variant: Pol. 1. et 2., Serv., Pirckh. *ut male velle sequens,* Guelf. et II Heins. *ut male velle sequetis sciat,* Crev. *seque,* Comb. *maga,* III Heins. *mavelle,* Rel. *ut pede,* quae varietates ex parte inde natae videntur, quod librarii illam periphrasin *velle sequi* pro *sequi* non satis intelligerent. Vid. ad v. 204. et ad Her. XIX, 172. et XXI, 58.

Merkel coniecit:

Ut male bella sequens cieat revocetque priorem.

480. *Nec.* Heinsius non intellecta loci sententia ex libris, ut ipse quidem scribit, dedit *ne,* quod ex omnibus adhuc collatis codd. nonnisi Gothanus et inferioris notae Relandinus exhibent, neque in Heinsii autographis usquam reperitur; et vero a sententiae ratione abhorret: nam *ut* h. l., ut praediximus, est *quomodo.*

481. *Parva sedet..* Vat. 1. *sed internis.* Ed. pr. et unus *sed ut ternis.* Pal. 2. *sed interius.* Pirckh. *trinis.* Herc. *terbis.* Unus *teneris. Parva sedet* noli mutare. Iuven. Sat. I, 95.

Quique alii lusus (neque enim nunc persequar omnes)
Perdere rem caram, tempora nostra, solent.
Ecce canit formas alius iactusque pilaram; 485
Hic artem nandi praecipit, ille trochi;
Composita est aliis fucandi cura coloris;
Hic epulis leges hospitioque dedit;

. . . . . nunc sportula primo
Limine parva sedet —

quod est *stat,* apponitur. *Heins.* Intelligit vero *triodium,* quod idem fere ludus videtur fuisse, ac quem *molam* appellant, in quo molam efficiunt ac vincunt lapilli tres in eadem serie sive ordine positi. Vid. Th. Hyde de Lud. orient. p. 202. Art. A. III, 365.

Parva tabella capit ternos utrimque lapillos,
In qua vicisse est continuasse suos.

Crev. *laternis.* Unus Heinsii *duos* pro *suos.* Berol. *continuisse.* Crev. *in quo.*

483. *Quique alii.* Haec constructione adhuc cohaerent cum v. 471. *sunt aliis scripta* . . Hinc maximam interpunctionem post versum 480. et 483. delevimus. Bersm. *aliis.* Unus Vat. *prosequor.* Bonon. *prosequar.* VIII Heins., Berol. et Crev. *nec enim.* Goth. *nec enim non.*

485. *Iuctusque — pilarum.* Erant pilarum (*τῶν σφαιρῶν*) IV genera sive formae, *trigonales,* durae ac parvae, *folles* e corio confectae et spiritu inflatae, *paganicae,* maiores et plumis refertae, et *harpasta,* et eadem e corio et lana factaa. Tres autem potissimum modos pila ludendi obsevarunt eruditi, datatim, raptim et expulsim. Forcell. in v., Plin. N. H. VII. c. 56., Pollux IX. c. 7., Hor. Sat. I, 6, 126. ibique interpp., Martial. XIV, 45. Pilarum autem lusus erat communis omnium Romanorum omnis ordinis et aetatis. Fabri Agonist. I. c. 6. Conf. Trist. III, 12, 19.

Ceterum haec exempla carminum de ludis Nasonis caussae parum sunt similia, nisi quod locosa et levia fuerunt.

Unus Heins. *docet,* unus *canum form.* et Guelf. *iactatusque.*

486. *Nandi.* Franc. a 1. m. *disci.* Hamb. *artem hic venandi.* Bel. pro v. scr. *artem amari.* Ed. pr. Heins. *artes.*

Trochi ludus Graecus ac peregrinus. Duplex autem erat trochus, alter ferrea erat rota, quae ferreo manubrio impellebatur, qui ludus erat adultiorum, alter turbo ligneus, quem currendo pueri scutica vel virga regebant. Acron. ad Hor. A. P. v. 380. Vid. Scheffer. de Re vehic. et H. Mercurial. de Arte gymn. III. c. 8. Unus Heins. *chori.*

487. *Fucandi,* e III codd. Vulg. *Fuscandi.* Nemes. Cyneg. v. 310.

Has igitur vario semper fucare venenu
Cura tibi, niveisque alios miscere colores.

Heins.

Fucandi etiam Bern. et Guelf. —

Alter humum, de qua fingantur pocula, monstrat,
  Quaeque docet liquido testa sit apta mero. 490
Talia fumoso luduntur mense Decembri;
  Quae damno nulli composuisse fuit.
His ego deceptus non tristia carmina feci;
  Sed tristis nostros poena secuta iocos.

Goth., Crev. et ed. Bonon. *causa.* — Ipse Ovidius idem fecerat in carmine suo de Medicamine faciei, cuius fragmentum superest.

488. *Hic epulis leges.* Quid poëta in animo habeat, non liquet. *Epularum leges* intelligi possent *Hedyphagetica,* qualia scripsisse Ennium tradit Athenaeus VIII. et III., in quibus expresserat Archestratum Graecum, ut auctor est Apuleius. Burmannus intelligit *leges* bibendi, quas in epulis et conviviis hospitibus et convivis diceret dominus sive magister convivii, sorte delectus; de qua re omnia notissima sunt ex Horatio, qui etiam *leges* in eadem re dixit Sat. II, 6, 69. Vid. Heindorf. ad Hor. Sat. II, 2, 123.

490. Franc. *docent.* Pal. 2., Bersm. et II alii Heins. *decens.* Iun. *medio.* Duo *nitido.* Pal. 1. *quaeque date liquide.*

491. „*Talia* carmina per iocum componuntur mense Decembri;" sc. quo Saturnalia celebrabantur, et immunitas a muneribus publicis et summa in omni genere libertas erat. Suet. Oct. c. 71. *Aleae rumorem nullo modo expavit; lusitque simpliciter et palam oblectamenti caussa, etiam senex: ac praeterquam decembri mense, aliis quoque festis profestisque diebus.* — Vid. Macrob. Saturn. I. c. 7. et 10., Lips. Saturn. I. c. 2 — 4., Fabretti Inscript. c. 6. p. 482.

Fumoso, ab igne ad frigus pellendum incenso. *Decembri* reposuimus; sic enim omnes codd. et vett. edd., nisi quod Medon. et alius Heins. *Decembris,* quod ab Heinsio, ut I, 11, 3., primum receptum nunc fere pro vulgata est. Idem Heinsius ex uno Barb. dedit *fumosi,* quod etiam Rel. habet. Denique Heinsius, variantia ubique cupide arripiens, *fum. luduntur,* cum prima sua ed. et paucissimis codd. — Merkel scripsit:

Talia luduntur fumoso mense, Decembri.

Male. Vid. ad I, 11, 3.

492. *Quae damno nulli c. fuit.* Sic Vat. 1., Guelf., Bersm., Pal. 2., Gall., Leid., Mor. pro v. scr., V alii Heins. et eiusdem ed. pr., Rel. et Goth. — Reliqui codices et vett. edd. *quae iam non ulli composuisse nocet,* quae scriptura a grammaticis inventa esse videtur, ut tempus verbi tempori reliquorum verborum accommodaretur. Berol. *non ullis.* Bern. *quod.* Serv. *nocent.* Pirckh. *docet.* Unus Heins. *comp. licet.*

493. *Non tristia* et *tristis* versu 494. sibi opponuntur. Conf. v. 241. et 242.

Denique non video de tot scribentibus unum, 495
Quem sua perdiderit Musa: repertus ego.
Quid, si scripsissem mimos obscena iocantes,
Qui semper iuncti crimen amoris habent;

495. *Non video.* Put., Serv., Pal. 2., Leid., Franc., VIII alii Heins., Guelf., Berol. et Crev. *nec video.* Reliqui cum vett. edd., *non video..*, quam scripturam cur mutandam putem, non video.

De tot Bersm., Gall., Busl., XI alii Heins. et eiusdem ed. pr., Bern., Dresd., Crev., Rel. et Goth. Reliqui codd. et vett. edd. *tot de.* Utra genuina sit scriptura, haud facile est diiudicatu; nisi quod non valde probabile est, librarios simplicem verborum ordinem *de tot* in *tot de* mutasse. Dresd. *scriptoribus.* — Eadem sententia infra v. 568. repetitur. V. 496. Bonon. *prodiderit.* Bern. *deiecerit.* Crev. *dampnavit.*

497. *Mimos. Mimi* genus quoddam comoediae scurilis, ab Atalanis haud valde diversum, in quibus saepe sine constitutione fabulae et sine certo exitu res obscenissimae e vita hominum humilioris conditionis ignobili et sordente *saepe* oratione ad modos et tibiam cum saltatione agebantur, quorum lascivia, quasi legitimo more, in exprimendis adulterorum flagitiis versabatur imprimis (*semper vetiti crimen amoris habebant*). Prodibat ab altera parte *cultus* (q. e. comtus et elegans) adulter cum callida nupta, ab altera vir, qui ludibrio esset adulterae uxori et quavis eius astutia deceptus spectantibus cachinnos moveret. In quo genere ante Augusti aetatem praeter alios Cn. Mattium et Augusti temporibus P. Syrum et D. Laberium insignes fuisse accepimus. Vid. interpp. ad Iuv. Sat. I, 36. et VI, 44. et ad Hor. Sat. I, 10, 6., Gell. N. A. XIX. c. 13., Senec. Ep. I. 8., Val. Max. II. c. 67., Scalig. Poët. I. c. 10., Salmas. ad Vopisc. Carin. XIX. p. 830. Goth. et II Heins. *loquentes.*

498. *Iuncti crimen amoris.* Berol. pro v. scr., Franc. pro v. scr., Iun., II alii Heins. et vett. edd. praeter Bonon. *ficti.* Ed. Bonon. *facti.* Guelf., Pal. 2., Serv. et III alii Heins. *victi.* Franc. pro v. scr. *vecti.* Pal. 1., alius Heins. et eiusdem ed. pr. *vincti,* q. e. *iuncti,* constanti fere horum verborum permutatione. Bersm., Gall., Franc., Mor. et VII alii Heins. et Rel. *vetiti.* Dresd., Rel. a 1. m., Crev., Pol. 2., Leid., Franc. et reliqui omnes *iuncti,* quam scripturam retinendam putavi; sic enim longe plurimi codd., et confirmatur iis codd., qui habent *vincti,* et *crimen iuncti amoris* recte circumloquitur adulterium, et gravius est *crimen iuncti amoris* quam *vetiti amoris.* Frequens autem apud rei amatoriae scriptores est oratio *iungere venerem, amorem, crimen.* Vid. v. 536., IV, 1, 26., Tib. I, 1, 69. Burmannus laudat Minuc. c. 37. 12. p. 140. *Nunc enim mimus vel exponit adulteria vel monstrat.* Pol. 1. *iunctum.*

In quibus assidue cultus procedit adulter,
Verbaque dat stulto callida nupta viro? 500
Nubilis haec virgo matronaque virque puerque
Spectat, et e magna parte senatus adest.
Nec satis incestis temerari vocibus aures;
Adsuescunt oculi multa pudenda pati;
Cumque fefellit amans aliqua novitate maritum, 505
Plauditur et magno palma favore datur.

499. *Cultus,* comtus: ad curam et cultum corporis referendum, quo feminam allicere et corrumpere adulter studet. Met. IX, 462. Eodem significatu Hor. Od. III, 24, 20. dicit *nitidus adulter.* — Leid. *praeced.*

500. *Verbaque dat,* decipit, fallit. Vid. ad v. 138. — Pirckh. et alius Heins. et ed. Bonon. *qualibet arte viro.*

501. *Haec.* Heins. e Leid. et II aliis recepit *hos,* sc. *mimos* (v. 497.), quod etiam Seg., Bern. et Berol. habent. — Guelf., Franc., Serv., Pirckh. *hoc.* Bersm., Rel., Crev. *haec.* Vett. edd. *hic.* Put. *hunc.* Scribendum putavimus *haec,* donec codd. accuratius collati fuerint: nam scriptura *hos* facile orta esse potest e nimis anxio concinnitatis studio; et elegantius, ut mihi quidem videtur, turpia illa omnia, quae tribus versibus praecedentibus narravit, potius respiciens poëta dicit *haec;* quamquam etiam in contrariam partem disputari posse non ignoro, ut in omnibus rebus, quae sensu magis quam ratione atque argumentis percipiuntur.

Virgo—puerque. Conf. II, 6. — Pal. 1. *virque paterque.*

502. *Ex.* Heinsius e Busl. et III aliis recepit *e,* sine iusta caussa. V. 503. Seg. *non.*

504. Pol. 1. et 2., Put., Serv., Franc. et III alii Heins. *oculis.* Vid. III, 3, 7. Serv. *videnda.*

505. *Aliqua novitate,* nova aliqua fraude vel dolo.

506. *Palma datur* metaphora sumta a certamine ac pugna. Nam palma apud Romanos pro signo ac praemio victoris, *translato,* ut auctor est Liv. X. c. 47., *e Graecia more.* Fast. V, 189. in eadem re *palma clamata.* Vid. IV, 8, 19.

507. Codd. et vett. edd.

Quodque minus prodest, poena est lucrosa poetae.

nisi quod III Heins., eiusdem ed. pr. et Berol. (?) *quoque,* Busl. et II alii Heins. et Rel. *quaeque,* unus *magis prod.,* unus Medic. *mimis* et Iun. *plena est,* quae scripturae commodum sensum non habent. Igitur coniecturis iuvare locum docti tentarunt. D. Heinsius coniecit:

Quoque minus prodest, paene est l. p.

Tanaq. Faber:

Quaeque mihi poenae est, fraus est lucrosa poëtae.

I. Fr. Gronov.:

Quae mimis prodest, scena est l. p.

Quoque minus prodest, scena est lucrosa poëtae,
Tantaque non parvo crimina praetor emit.
Inspice ludorum sumtus, Auguste, tuorum;
Emta tibi magno talia multa leges. 510
Haec tu spectasti spectandaque saepe dedisti;
Maiestas adeo comis ubique tua est;
Luminibusque tuis, totus quibus utitur orbis,
Scenica vidisti lentus adulteria.

vel:

Nec minus et prodest scena, et lucrosa poëtae est.

Withof:

Quoque minus prodest, plus est lucrosa poëtis.

vel:

Quaeque nurus prodit, poena est lucrosa poëtae.

Heumannus:

Quoque minus prodest, scena est lucrosa poëta.

E quibus postrema et scripturae vett. librorum simillima est et satis aptam habet sententiam, *und je weniger das Schauspiel nützt,* (immer) *ist es einträglich dem Dichter;* nam post *quo* vel *quanto* cum comparativo, nonnunquam omisso *eo* vel *tanto* positivum poni, notum est. Vid. Tac. Annal. I. c. 47., Plin. Paneg. c. 73. ibique Schwarz. Quanquam illud *scena* non satis finite dictum h. l. esse recte monet Merkel. Olim vulgatam explicandam putabam: *et quod minus prodest,* (non parvum damnum post se trahit) *poena poëtae est lucrosa,* h. e. pro poena lucrum et praemia adipiscitur.

Merkel coniecit:

Quodque minus prodest palma ëst; lucrosa poëtae,
Tantaque . .

Iam satis est!

508. *Praetor.* In praetorum et aedilium officiis etiam illud erat, ut munera et ludos ederent, praecipue *Circenses* et *Megalenses,* quorum sumtu ac splendore ad summos sibi honores viam sternerent. Itaque fabulas novas a poëtis emebant, in illis solemnibus edendas. Hor. Ep. II, 1, 175., Terent. Eun. Prol. v. 20., Tac. Agric. c. 6. Conf. Iuv. Sat. VI, 379. et VIII, 194. — III Heins. et Dresd. *carmina.* Pol. *praet. habet.*

509. *Ludorum sumtus, Auguste, tuorum.* Suet. Oct. c. 43. *Spectaculorum et assiduitate et varietate atque magnificentia omnes antecessit. Fecisse ludos se ait suo nomine quater (et vicies), pro aliis magistratibus, qui aut abessent aut non sufficerent, ter et vicies. Fecitque nonnunquam vicatim, ac pluribus scenis per omnium linguarum historiones: non in foro modo nec in amphithëatro, sed in circo et septis.* — V. 510. Bern. *talia nempe,* Iun. *scripta,* Leid. *sumta,* Seg. *mte legas.* V. 511. Busl., Serv., Iun. et Rel. *multa dedisti.*

512. *Comis,* popularis. Bern. *mitis.*

513. *Totus quibus utitur orbis.*

Scribere si fas est imitantes turpia mimos; 515
Materiae minor est debita poena meae.
An genus hoc scripti faciunt sua pulpita tutum,
Quodque licet, mimis scena licere dedit?
Et mea sunt populo saltata poëmata saepe;
Saepe oculos etiam detinuere tuos. 520

Heinsius ex uno Gott. primus induxit *utimur* pro *utitur*. Atque Latine sic dici, ostendimus ad I, 7, 1. Sed et paullo audacius est, *orbis utimur*, certe audacius multo, quam *iuventus, civitas, senatus utimur*, et auctoritati omnium veterum libb. repugnat; adde, quod modestius et simplicius dicitur *orbis utitur*.

514. *Lentus*. Vulgo *laetus;* minus bene: nam agitur de comitate atque indulgentia Augusti in rebus, quae populum oblectarent. *Laetus*, ut recte monet Burmannus, fere esset exprobrantis Augusto voluptatem, quam ex scenicis adulteriis cepisset. Itaque Heinsius e Pal. 2., Franc., Leid. et III aliis recte dedit *lentus*, quod vocabulum Naso in iis, qui tardi ad affectum sunt, non facile moventur aut ad iram incitantur, frequentat. Vid. not. ad Her. XV, 169. et interpp. ad Hor. Epist. II, 1, 178. Cicero *patientem* et *lentum* coniungit de Orat. II. c. 75.

Adulteria. De metris vid. I, 3, 6. Busl. *turpis adult.* — V. 516. Barb. et Rel. a 1. m. *materia mea*.

517. *Sua pulpita*. *Sua*, in quae inducuntur: nam pulpitum erat locus in proscenio paullo editior, in quo stabant histriones agentes, unde pro ipsa *scena* et theatro. Vid. Vitruv. V. c. 6. ibiq. interpp.

518. *Quodque licet*. *Quodque libet* melius codd. alii. *Dan. Heins.* *Libet* recte nonnulli. *Heins.* Auct. ad Herenn. IV. c. 25. *nam quae reliqua spes libertatis manet, si, illis quod libet, licet*. *Burm.* Mihi integra videtur vetus et longe plurimorum libb. scriptura *licet*. „*et an quod mimis licet, id illis licere scena* (id ipsum, quod aguntur in scena,) *dedit?*“ Quid autem licitum illis sit, praecessit. — *Libet* Dresd., Goth., Mor., Pirckh., Bersm., IX alii Heins., Bern. et ed. Bonon. — Pal. 2. *liber*. Pirckh. *munus*.

519. *Populo*, ad oblectandum populum, ut sit dativus. *Populo recitata* Busl. Mor. pro v. scr. *poëmata semper*. *Burm.* *Saltata*. In theatris non solum totae fabulae edebantur; sed etiam alia carmina aut carminum partes cum *saltatione* h. e. cum gestibus manuum, oculorum, totius denique corporis canebantur. Macrob. Sat. II. c. 7., Lucian. de Saltat. c. 30. 63. et aliis locis, Diomed. III. p. 489. Vid. Dissertat. C. I. Grysaris de Pantomimis Romanorum in Museo Philol. Bonnensi a. 1833. Conf. Tr. V, 7, 25. Saepe vero etiam sine omni voce et cantu edebantur, solis gestibus. De Arte autem amatoria aut certe de singulis Artis partibus haec intelligenda esse, non est quod probetur, licet alii dubitarint. Ipsa docet huius loci ratio: nam

Scilicet in domibus vestris ut prisca virorum
Artificis fulgent corpora picta manu:
Sic, quae concubitus varios Venerisque figuras
Exprimat, est aliquo parva tabella loco.
Utque sedet vultu fassus Telamonius iram, 525
Inque oculis facinus barbara mater habet:

ex eo, quod alia carmina sua saltata fuissent, nullam postulare Artis veniam poterat.

520. *Detinuere,* oblectarunt vel *morati sunt,* ut Hor. Epist. I, 13, 17. de eadem re. Pal. 2. et Bersm. *suos,* idem Dresd. pro v. scr. — Goth., Busl., Berol. et Rel. *etiam ocul.*

521. *In domibus vestris,* sc. Romanorum sive Romae, non *nostris,* ut Pirckh., VI alii Heins., Crev. et Rel.; non enim de sua quoque domo hoc dicit, nec apte dicere poterat. *Prisca virorum corpora,* prisci aevi virorum illustrium imagines. Eodem modo Art. A. I, 71.

— — — priscis sparsa tabellis
Porticus —

Guelf. et Barb. *parentum.* Unus Vat. et Serv. *pectora.* Serv. etiam *fida manu.* Crev. *facta manu.*

Artificis. Put., Gall., Leid., XI alii Heins., Busl. pro v. scr., Dresd., Goth., Bern., Crev. et vett. edd. *artificis,* quod, donec codd. curatius excussi fuerint, retinendum putavi. Heinsius cum reliquis (?) codd. orationem, quam in deliciis habet, induxit *artifici.* Vid. ad v. 291. et ad III, 3, 20.

523. *Sic quae.* Merula his tangi Tiberium putat, qui, teste Suet. c. 43., *cubicula tabellis ac sigillis lacivissimarum picturarum et figurarum adornavit librisque Elephantidis* (Vid. ad v. 418.) *instruxit.* Verum cum totus esset poëta in Caesare placando, certe ingenio suo temperasse putandum est, ne quem ex Augusti domo notaret. Praeterea haec a Suet. ad illa Tiberii tempora referuntur, quae non tangit Naso. Quare potius in genere capiendum est de picturis lascivioris argumenti in domibus Romanorum. De lascivis tabellis vid. etiam Plin. XXXV. c. 10., Broukh. ad Prop. II, 5, 26., Ov. A. A. II, 680., III, 787., Mart. IX, 69., Tib. II, 6, 52. — Vett. edd. *conc. var. variasque figuras.* Pirckh. et IV alii Heins. *concubitus Veneris variasque figuras.*

524. *Exprimat.* Berol. et vett. edd. *exprimit.* Gall. *vario picta.* Mor. pro v. scr. et Serv. *tabella ioco.*

525. *Utque sedet.* Dicit Aiacem furentem ob arma Achillis sibi ab Ulixe abrepta, et Medeam pueros occidentem (Vid. ad v. 387.) a Timomacho pictam, de quibus tabulis Plin. N. H. XXXV. c. 11. *Timomachus,* inquit, *Byzantius Caesaris dictatoris aetate Aiacem ei pinxit et Medeam, ab eo in Veneris genitricis aede positas, octoginta talentis venundatas.* Conf. Plin. VII. c. 38. Unde manifestum est, quare Naso illas h. l. coniun-

Sic madidos siccat digitis Venus uda capillos,
Et modo maternis tecta videtur aquis.
Bella sonant alii telis instructa cruentis,
Parsque tui generis, pars tua facta canunt; 530

xerit. Conf. Analect. T. III. n. 289. 295. 300. 301. De Aiace illo Timomachi agit Philostratus de vita Apollonii II. c. 22. οὐδ' ἂν τὸν Αἴαντά τις τὸν Τιμομάχου ἀγασθείη, ὃς δὴ ἀναγέγραπται αὐτῷ μεμηνώς, εἰ μὴ ἀναλάβοι τι ἐς τὸν νοῦν Αἴαντος εἴδωλον, καὶ ὡς εἰκὸς αὐτὸν ἀπεκτονότα τὰ ἐν τῇ Τροίᾳ βουκόλια, καθῆσθαι ἀπειρηκότα, βουλὴν ποιούμενον καὶ ἑαυτὸν κτεῖναι — quae Nasonis locum, et illa *sedet* et *fassus iram* illustrant atque confirmant. *Medea Timomachi decantatissima, quanquam operis imperfecti*, ut l. l. tradit Plinius. In Anthologiae L. VIII. epigrammatis pluribus laudatur, etiam in Ausonii, et a Plutarcho. Eam intellexit haud dubie auctor Aetnae, ubi de picturis:

Signaque nunc Paphiae rorantes parte capilli,
Sub truce nunc parvi ludentes Colchide nati.

Heins.

Conf. Winkelman. Art. Graec. V. c. 3. — De *fassus iram*, conf. I, 4, 11. et Met. VI, 35. Mor. *iras.* Bersm. et Pirckh. *utque sit in vultu.*

526. Pal. 1. et 2., Put., Busl., Serv., XII alii Heins. et eiusdem ed. pr., Guelf., Bern., Goth., Dresd., Berol., Crev. et Rel. *inque oculos*, ut Met. I, 720.

Arge iaces, quodque in tot lumina lumen habebas,
Exstinctum est.

527. *Venus.* Venerem *anadyomenen*, h. e. e mari exeuntem dicit, *quam Divus Augustus dicavit in delubro patris Caesaris*, teste Plin. H. N. XXXV. c. 10., cum quo consentit Strab. XIV. p. 452, qui pro caussa addit, quod Venus generis Iulii auctor fuerit. Vid. not. ad v. 262. Fortasse nobilissimum opus Apellis fuit. Pont. IV, 1, 29.

Ut Venus artificis labor est et gloria Coi,
Aequoreo madidas quae premit imbre comas.

Amor. III, 401.

Si Venerem Cous nusquam posuisset Apelles,
Mersa sub aequoreis illa lateret aquis.

Maternis, aequoreis: quippe e mari orta. Circa abscissos enim et in mare proiectos Saturni testiculos orta est spuma, (ἀφρὸς), unde Venus (Ἀφροδίτη, ἀφρογενής) prodiit. Hes. Theogon. v. 188 — 200. Alii Venerem filiam Iovis et Diones faciunt. Hom. V, 370. et 428. Sed Ovidius fere constanter e mari natam dicit. Met. IV, 537., Her. VII, 60., XV. 213., Fast. IV, 62. Vid. Cic. de Nat. D. III. c. 23. — Busl. et III alii Heins. et vett. edd. *digitis siccat.*

528. Pirckh. et ed. Bonon. *nata vid.* Gott. pro v. scr. *orta.* Berol. *docta.* Rel. *creta* cum gl. *nata.* — V. 529. Pal. 2. *fovent.* Leid. *sonent.* Serv. *canant.*

530. *Canunt.* Pal. 1., Gall., V alii Heinsii, eiusdem ed. pr. et Rel. pro v. scr., quod recte recepit

Invida me spatio natura coërcuit arcto,
Ingenio vires exiguasque dedit.
Et tamen ille tuae felix Aeneidos auctor
Contulit in Tyrios *arma virumque* toros;
Nec legitur pars ulla magis de corpore toto, 535
Quam non legitimo foedere iunctus amor.
Phyllidis hic idem tenerosque Amaryllidis ignes
Bucolicis iuvenis luserat ante modis.

Heinsius: *alii sonant . . et canunt, pars . . pars . .* Reliqui codd. et vett. edd. *canit.* Significat autem Virgilium et Varium, ac Virgilium significari patet e v. 633. et seqq. Varium in epico carmine excelluisse testis est Hor. Sat. I, 10, 44. Conf. Hor. Od. I, 6. Laudantur eius Panegyricus in Octavianum, et carmen de Morte fortasse I. Caesaris. Vid. Macrob. VI. c. 1. et 2., Mitscherl. ad Hor. I, 6., interpp. ad Hor. Sat. I, 10, 44. et Weichert. de L. Vario poëta p. 55. seqq.

532. Seg. *exiguas vires ingenioque.*

533. *Felix.* Vis vocabuli *felix* e v. 531. et 532. manifesta est, et sic saepe *felix* et *tenuis* vel *pauper* opponuntur. Tib. I, 1, 19.

Vos quoque felicis quondam, nunc pauperis agri
Custodes, fertis munera vestra, Lares.

Tuae a te tanti habitae et a te propositae teque auctore susceptae. Vid. Serv. ad Virg. A. I. in ipso principio. Mor. *sed tamen.*

534. *Arma virumque.* Alludit suo more et eleganter ad Virgilii Aeneidos versum primum: *Arma virumque cano.* In quo eum secutus est Mart. Epigr. VIII, 56.

Protenus Italiam concepit et arma virumque,
Qui modo vix Culicem fleverat ore rudi.

Persius Sat. I.

Arma, virum, nonne hoc spumosum et cortice pingui.

De Nasonis elegantia alludendi vid. ad v. 261. et 446. *Contulit* autem significat Virg. A. L. IV., in quo Virgilius eleganti sane carmine non legitimos amores Didonis et Aeneae cecinit, vel Aeneam et Didonem convenisse fecit sive *contulit.* Vid. ad v. 318. Nam *Tyrii tori* sunt Didonis, quae fuit e Phoenicia. Vid. Virg. Aen.

535. *De corpore toto. De carmine toto* Mor. pro v. scr. *De corpore tanto* duo Heins. et Dresd. — *Corpus* notat opus membris pluribus arcte iunctis constans. Sic supra v. 232. vidimus *corpus imperii.* Sueton. Gramm. III. c. 6. *Composuit rarae eruditionis volumina, ex quibus novem unius corporis.* Bern. *non.*

536. „*Quam* ille liber quartus, in quo Aeneae ac Didonis vetitus amor describitur.“ — Guelf. *foedere iunxit amor.*

537. *Teneraeque.* Quod nunc vulgo legitur *tenerosque* ab Hein-

Nos quoque iam pridem scripto peccavimus isto:
Supplicium patitur non nova culpa novum; 540
Carminaque edideram, cum te delicta notantem
Praeterii toties iure quietus eques.
Ergo, quae iuveni mihi non nocitura putavi
Scripta parum prudens, nunc nocuere seni;

sio inductum paucissimi codd. habent: Bersm., Pal. 2., Pol. 1., Gall., Leid., III alii Heinsii, Guelf. a 2. m., Goth., Dresd. et ed. Bonon. Reliqui codd. et vett. edd. *teneraeque*, nisi quod Berol. *teneroque*, Guelf. a 1. m. *teneraque* et Busl. *Phyllidis hic teneros teneraeque.* III Heins. *Amaryllidos.*

Phyllis et *Amaryllis* ficta sunt puellarum nomina apud Virg. Ecl. III, 76. 78., V, 10., I, 5.

Ignes, flammas, amores. Vid. ad v. 407. — Guelf. a 1. m. *igne.* Seg. *ignem t. A. idem.*

538. *Iuvenis.* Bucolica sive Eclogas scripsit Maro ab aetatis suae a. XXVI—XXXII., U. C. DCCXI—XVII. Vid. Heyn. et Voss. ad Virg. Ecl. — Virg. Georg. IV, 565.

Carmina qui lusi pastorum audaxque iuventa,
Tityre, te patulae cecini sub tegmine fagi.

539. *Nos quoque*, ut Virgilius amores illos iuvenis scripsit, in iuventute (Vid. ad v. 545.) Arte componenda peccavimus. Conf. v. 8. et vid. ad I, 9, 61.

Heinsius cum Pal. 1. et altero codice et sua ed. pr. primus dedit *scripto—uno.* Sed scriptura reliquorum libb. omnium *scripto — isto*, q. e. quod tam saepe appello, et quo componendo exsilii poenam merui, recte habet, et elegantior est; nam de multitudine nunc non agitur. Conf. not. ad III, 1, 41. Gall. *facto pecc.* — V. 540. Ed. Bonon. *culpa meum.*

541. *Notantem. Notare* verbum censorium. A. Gell. N. A. IV. c. 12. et 20., ubi etiam est *eximi notae*, h. e. liberari ab animadversione censorum. Pr. ed. *notante.* Heins.

542. *Iure quietus eques.* Mor., IX alii codd. Heins. et eiusdem ed. pr., Bern. et Crev. *inrequietus.* Reliqui libri omnes *irrequietus*, quod sensu caret. Put., Gall. et Leid. *iure quietus*, quod primus dedit Heinsius. Recte. *Iure praeterii*, h. e. *iure* sivè *merito non sistere equum iussus sum.* Vid. ad v. 89. An vero plures equitum recognitiones ab a. DCCLII. vel DCCLIII., quo anno edita Ars est (vid. Prolegg. ad Heroid.) ad a. DCCLXII., quo poëta in exsilium missus est, Augustus habuerit, ut poëta recte dicere *toties* posset, aliis indagandum relinquimus. Lipsius coniecit *ille quietus.* Infelix est Merkelii coniectura:

Praeteriit, toties irrequietus, eques —

Rel. *equos.*

543. *Ergo quae.* II Heins. *ergo ea quae.* Pal. 1., Put., Busl., Iun. et XI alii Heins., Berol. et Crev. *iuvenis.* Put. a 1. m. *putares.* —

Sera redundavit veteris vindicta libelli, 545
Distat et a meriti tempore poena sui.
Ne tamen omne meum credas opus esse remissum,
Saepe dedi nostrae grandia vela rati.
Sex ego Fastorum scripsi totidemque libellos,
Cumque suo finem mense volumen habet; 550

V. 544. Goth. *prudens iam noc.* Leid. *sunt nocitura.* Crev. *nocuere mihi.*

545. *Sera redundavit.* In Arte am. de naumachia, quam a. U. C. DCCLII. ab Augusto datam esse docuit Masson in Vit. Ov. p. 67. seqq., ut modo celebrata, loquitur. Deinde in eadem Arte Caium Caesarem expeditionem Parthicam iam *parantem* dicit, quod factum constat a. U. C. DCCLII. (Vid. Prolegom. in P. Ovidii Nas. Her. p. LXXVII.), ut plus totis decem annis carmen de Arte ante poëtae relegationem sit absolutum. Hinc *sera redundavit,* et v. 539. *carminaque edideram, cum—praeterii t o t i e s, et distat et a meriti—sui.* Hinc illa *iuveni* et *seni* apparet poëtico modo esse exaggerata. Conf. v. 8. 42., III, 1, 7., I, 9, 61. *Libelli,* ut I, 7, 35. libros XV, transformationum *libellum* dicit. Pol. 1. et 2. *et admissi.*

546. Goth. a 1. m., Mor. et Iun. *et amissi.* Pr. ed. Heinsii *merito—suo.* Put. *meritis—suis.*

Meritum, ut passim, pro peccato, delicto.

547. Sequitur postremus defensionis locus, ab innocentia aliorum carminum suorum. *Opus remissum* est solutum, iocosum, solutioris ac liberioris argumenti, translatum ab agente ad actum. Sic *agitare remissos iocos* Met. III, 319. — Iun., Gall., Busl., II alii Heins. et Rel. *non tamen.* Leid., III alii Heinsii et Guelf. *nec.*

548. *Dedi—grandia vela rati,* gravioris argumenti carmina feci. Vid. supra v. 100 et 330.

549. *Sex ego Fastorum.* Fasti erant libri, in quibus a Pontifice Max. perscribebatur, quid quoque anno ac die accidisset in re publica, ratio et ordo dierum festorum fastorumque et forensis administrationis, sacra, epulae, ludi, feriae, alia. Ad horum modum poëta libros suos Fastorum, per menses digestos, composuit, in quibus *sacra canit signataque tempora Fastis,* ut est Fast. II, 7. Sed ut illi libri publici in universum Fasti appellantur, sic Ovidius singulos quoque menses *Fastos* appellat. Atque hinc est h. l. *sex ego Fastorum . . .,* q. e. *sex ego singulos Fastos scripsi et illos sex Fastos totidem libellis comprehendi et absolvi,* ut recte hunc locum interpretatus est Masson in Vita Ovidii. Nam nonnisi sex Fastorum libros poëtam composuisse nec plures componere voluisse docet et ipsius ratio carminis et hic locus Tristium. — Fast. VI, 725.

Iam sex et totidem luces de mense supersunt.

Nam illa *sors rupit opus* v. 552.

Idque tuo nuper scriptum sub nomine, Caesar,
Et tibi sacratum sors mea rupit opus.
Et dedimus tragicis scriptum regale cothurnis,
Quaeque gravis debet verba cothurnus habet.
Dictaque sunt nobis, quamvis manus ultima coepto 555
Defuit, in facies corpora versa novas.

ita capienda sunt, ut eos sex libros tum nondum pòlitos atque perfectòs fuisse intelligamus, quo sensu eadem verba Tr. I, 6, 14. de nondum absoluto Metamorphoseon opere leguntur.

550. Idem versiculus est Fast. I, 714., nisi quod ibi *libellus* est pro *volumen*; quod h. l. non patiebatur versus, qui praecedit: atque facile perspicimus, unde scriptura Mor., Busl., Iun. et XII aliorum Heins. et Berol. *libellus* originem suam habeat. — V. 551. Pal. 1. *iamque tuo.* Buslid., IX alii Heins., Seg. et Crev. *scriptum nuper.* Ed. Bonon. *cum nomine.*

552. *Tibi sacratum.* Qui haec inscriptio potest conciliari cum Fast. I, 3., ubi Germanico sacratum opus legimus? *Platz.* Ita: Sex illos Fastorum libros Ovidius Romae scriptos, sed nondum perfectos, Augusto dedicarat. Verum quum in exsilio opus retractasset et ultimam ei manum imposuisset, atque interim Augustus e vivis excessisset, postea Caesari Germanico illud dedicavit. Unus Pol. et II alii Heins. *fors.*

553. *Et dedimus.* Tragoediam a poëta iam editam fuisse aut scribi coeptam, cum Amores suos scriberet, manifestum est ex Amor. II, 18, 13. et III, 1, 27. Fuit autem *Medea,* quae deperdita est, de qua Auct. de Caussis corruptae eloquentiae c. 13: *Nec ullus Asinii aut Messalae liber tam illustris est, quam Medea Ovidii aut Varii Thyestes;* et Quint. X. c. 1. §. 98: *Ovidii Medea videtur mihi ostendere, quantum vir ille praestare potuerit, si ingenio suo temperare, quam indulgere maluisset.* Conf. Quint. VIII. c. 5. *Regale scriptum* cur tragoedia dicatur, manifestum est. Nam de regibus aut regum genere pleraeque vetustae tragoediae erant, et erat Medea regina et regis filia. Vid. ad v. 387. Pont. IV, 2. Severum, tragoediarum scriptorem, *vatem magnorum regum* appellat. Conf. Pont. IV, 16, 9.

554. *Cothurnis.* Cothurnus erat planta, plerumque altitudinem palmae habens, quo tragici actores utebantur, incedebant; hinc etiam pro ipsa tragoedia. Vid. Winkelm. H. A. VI. c. 2. §. 6., qui laudat Cic. de Finib. III. c. 14., Boettiger in libro, qui inscribitur Furienmaske, p. 41. Conf. Amor. III, 1, 14.

555. *Manus ultima — defuit.* Vid. I, 7. et II, 63. Unus Heins. *coepti.* Pal. 2. et alius Heins. et Berol. *coeptis.* — De indic. v. ad I, 2, 11.

Atque utinam revoces animum paulisper ab ira,
Et vacuo iubeas hinc tibi pauca legi,
Pauca, quibus prima surgens ab origine mundi,
In tua deduxi tempora, Caesar, opus: 560
Adspicias, quantum dederis mihi pectoris ipse,
Quoque favore animi teque tuosque canam.

558. *Vacuo.* Vid. v. 239. „*Et iubeas tibi, si otiosus es, ex iis pauca legi* (praelegi per lectorem. Sueton. Oct. c. 78. Conf. Plin. Ep. VIII. c. 1., III. c. 6.), *sc. illa pauca* (Vid. ad I, 7, 11.), *quibus carmen, quod a prima mundi origine surgit* (incipit), *ad tua deduxi tempora*", (ac de tuis quoque temporibus tuaque domo dixi, ut apparet e seqq. vv. et ratione: nam alias totum Metamorphoseon opus legi iuberet). Quo simul eleganter ad Metamorphoseon initium alludit:

Di coeptis (nam vos mutastis et illas)
Adspirate meis, primaque ab origine mundi
Ad mea perpetuum deducite tempora carmen.

Vid. not. ad v. 362. et 554. Locus autem ille Metamorphoseon, quem ab Augusto legi cupit, est L. XV. Vid. ad v. 63.

Surgens pro incipiens, ut Fast. V, 110. *Ab Iove surgat opus.* — *Prima ab origine mundi* etiam Lucret. V, 549. Conf. Lucr. V, 677.

560. *Deduxi.* Pol. 2. *defluxit.* Unus *deflexi.* BURM.

561. *Adspicias.* Pal. 1. et 2., Put., Gall., Serv., Busl., Vat. 1., Guelf., Iun., Leid., XVIII alii Heins. et eiusdem ed. pr., item Dresd., Goth., Berol., Seg., Crev. et vett. edd. *adspicies.* Reliqui Heinsiani, teste Merkelio, (quos puto esse paucissimos) *adspiceres.* Bern. *adspiciens.* Scriptura librorum *aspicies* etsi ferri posse non negem: tamen cum hoc distichon sit apodosis verborum: *atque utinam . . . opus*, hoc loco indulsi sensui meo, et scripturam Mor., ab Heinsio primum receptam, retinui, quae mihi etiam elegantior videtur. Similis sententiae forma est Trist. IV, 3, 39. seqq.

Atque utinam lugenda tibi non vita, sed esset
Mors mea, morte fores sola relicta mea:
Spiritus hic per te patrias exisset in auras,
Sparsissent lacrimae corpora nostra piae.

Met. XIII, 43.

Atque utinam aut verus furor ille aut creditus esset,
Nec comes hic Phrygias unquam venisset ad arces
Hortator scelerum: non te, Poeantia proles,
Expositum Lemnos nostro cum crimine haberet.

Met. III, 549.

. . . . . utinam tormenta virique
Moenia diruerent, ferrumque ignisque sonarent:
Essemus miseri sine crimine, sorsque querenda,
Non celanda foret, lacrimaeque pudore carerent.

Her. I, 5.

O utinam tunc, cum Lacedaemona classe petebat,

Non ego mordaci destrinxi carmine quenquam,
Nec meus ullius crimina versus habet:
Candidus a salibus suffusis felle refugi; 565
Nulla venenato litera mixta ioco est.
Inter tot populi, tot scripti millia nostri,
Quem mea Calliope laeserit, unus ego.

Obrutus insanis esset adulter aquis:
Non ego deserto iacuissem frigida lecto,
Nec quererer tardos ire relicta dies.

Quantum pectoris, animi, spiritus ad carmina.

562. Vett. edd. *quodque.*

563. *Destrinxi.* Pirckh. *distinxi.* Vat. 2., Pal. 2., Serv., Leid. *destinxi.* Berol. *destruxi.* Gall. *diffusi.* Ed. Boron. *detrusi.* Unus Heins. et Dresd. pro v. scr. *detraxi* — *cuiquam,* e glossa. Goth., Crev. et plurimi Heinsiani *distrinxi.* Dresd., Rel., pauci Heinsii et vett. edd. *destrinxi.* Difficile est in tanta similitudine scripturae et significationis, utra, *destr.* an *distr.,* vera sit scriptura affirmare; quanquam supra v. 466. quoque est *districtus.*

565. *A salibus suffusis felle.* Put. a 2. m., Mor., exc. Voss., Iun., Leid., V alii Heins., Bern., Crev., Berol. *suffusos.* Hamb. a 1. m. *a mimo* (a corr. *a minimo*) *suffusos.* III alii Heins. *a nimio.* — *Sales suffusi felle* dictum est ut *infusa lumina oleo* Her. XXI, 159., *olivas et napos aceto iufundere* Columell. de R. R. XII. c. 47. 6. Vid. not. ad Her. l. l.

Ad sententiam pertinet Plin. Epist. III. 21. de Martiale poëta: *erat homo ingeniosus, acutus, et qui plurimum in scribendo et salis haberet et fellis, nec candoris minus.* Pont. IV, 4, 44.

Tam felix utinam, quam pectore candidus, essem:
Exstat adhuc nemo saucius ore meo

Ib. v. 1—4.

Tempus ad hoc lustris bis iam mihi quinque peractis
Omne fuit Musae carmen inerme meae;
Nullaque, quae possit, scriptis tot millibus, exstat
Litera Nasonis, sanguinolenta legi.

V. 566. Barb. *vincta,* alins Heins. *iuncta.* Bersm. *nuda.* Leid. et V alii Heins. *loco.* Seg. et Berol. *est* omittunt.

567. Bersm., Bern. et Rel. pro v. scr. *inter tot populos.* Pal. 1. *tot scriptaque millia.* Pal. 2. *tot scripta millia.* — Concinnitatis studium iterum peperit obscuritatem. *Inter,* ut recte monet Iahn, duplici significatu, priore loco pro *inter* vi propria vel *in,* posteriore pro *intra* vel *intra spatium* accipiendum, ac sensus est integer ac planus: *cum tot sint millia populi et tot millia scripti nostri* (h. e. versuum nostrorum, ut, si noxii fuissent, facile nocere multis potuissent), *ego unus a Musa mea laesus sum.* Vid. IV, 8, 11.

Tanaq. Faber Epist. I. 37. coniecit:

Non igitur nostris ullum gaudere Quiritem
  Auguror, at multos indoluisse, malis. 570
Nec mihi credibile est quenquam insultasse iacenti,
  Gratia candori si qua relata meo est.
His, precor, atque aliis possint tua numina flecti,
  O pater, o patriae cura salusque tuae;
Non ut in Ausoniam redeam, nisi forsitan olim, 575
  Cum longo poenae tempore victus eris.
Tutius exsilium pauloque quietius oro;
  Ut par delicto sit mea poena suo

Inter tot populi, tot scriptis, millia, nostris.

Merkel elegantius:

Inter tot populi, tot scriptis, millia nostri.

Multae sunt aliae VV. DD. coniecturae, quas afferre piget, cum praesertim coniecturis minime opus esse videatur.

Busl. *populos tot scripsi millia scripta.*

568. *Unus ego.* Serv., exc. Voss. et III alii (etiam Rel.) *ego* recte. Sic ante v. 496.

Quem sua perdiderit Musa, repertus ego.

Heins.

Reliqui vetusti libri omnes *unus ero,* quod etiam ferri potest. Crev. et IV Heins. *quem sua,* e v. 496. Berol. *laeserat.*

Calliope, Musa (II, 13.), *προφερεστάτη ἀπασέων*, ut ait Hesiod. Theog. v. 79.

569. *Quiritem* numero unitatis post Horat. Naso frequentavit, ut Pont. II, 2, 77., Amor. III, 14, 9., I, 7, 29. Busl. *unum.* — V. 570. Leid. *et.* Guelf. et Crev. *ac.* Bern. *indoluisse puto.*

571. *Insultasse* Pal. 1. et 2., Guelf., Put., Bersm., Gall., Mor., Serv., Leid., XVII alii Heins., Dresd., Goth., Bern., Berol., Crev. et Rel. Reliqui et vett. edd. *insultare.* *Insultasse* etiam aptius est versui subsequenti. — Busl. *non mihi.*

Iacenti. Conf. I, 8, 13.

572. *Candori.* Vid. v. 565. Berol. *est* omittit. Busl. *reddita si qua.* Bersm., Pal. 2., Pirckh. *si qua relicta.* V. 574. Iun. *O pater et patriae.*

575. *In Ausoniam.* Vid. ad I, 3, 6.

576. *Victus,* mitigatus, placatus.

577. *Tutius.* Pol. 1., Serv. et alius Heinsii *mitius,* quod in hac re est v. 185. et IV, 4, 51., unde sine dubio in hunc versum manavit: nihil enim obstat, quominus illis locis duritiem et asperitatem, hoc autem loco periculum exsilii declarare poëta maluerit, ut fecit aliis locis. Seg. *paulumque.* Mor. *paucoque.* Unus *quietius opto.* — V. 578. Busl. et a 1. m. Serv. *poena meo.*

P. OVIDII NASONIS

T R I S T I U M

LIBER III.

ELEGIA I.

Liber e Scythia Romam missus plebi narrat, quomodo in ipso adventu suo in Urbem sit receptus. Postquam, quis esset, narrasset, et orasset, ut se in aliquod diversorium publicum (bibliothecam) ducerent, aegre unum inventum esse, qui hospiti ac peregrino viam monstraret. Ductum itaque se esse per forum Caesaris et viam Sacram iuxta templum Vestae et regiam Numae ad portam Palatii. Inde iuxta domum Caesaris Augusti — quo loco occasionem captat, Principi ingeniose blandiendi veniamque delictorum suorum orandi — venisse ad vicinam domui Augustae bibliothecam et templum Apollinis Palatini, ubi cum non esset receptus, bibliothecam publicam in porticu Octaviae et inde tertiam in templo Libertatis, sed frustra, adiisse. Publico igitur quiescendi loco negato rogat, ut privati sese recipere velint, neu, quae contineat, carmina legere fastidiant.

Ceterum carmen hoc et forma et rebus magnam habet similitudinem cum libri primi elegia prima; nisi quod in illa libro Romam profecturo mandata dantur, quomodo ibi se gerat et quid dicat, hic autem carmen ipsum narrat, quid dixerit et quomodo in Urbe sit receptum.

Pirckh.: *Epistola decima tertia.* Rel. *Epistola decima quinta.*

„Missus in hanc venio timide liber exsulis urbem:
„Da placidam fesso, lector amice, manum;
„Neve reformida, ne sim tibi forte pudori:
„Nullus in hac charta versus amare docet;
„Nec domini fortuna mei est, ut debeat illam 5
„Infelix ullis dissimulare iocis.
„Id quoque, quod viridi quondam male lusit in aevo,
„Heu nimium sero damnat et odit opus.
„Inspice quid portem: nihil hic nisi triste videbis,
„Carmine temporibus conveniente suis. 10
„Clauda quod alterno subsidunt carmina versu;
„Vel pedis hoc ratio, vel via longa facit.

1. *Timide.* Leid. et alius Heins. et Berol. *timidus.* Heinsius primus coniecturam *timidi* recepit, quae minime necessaria erat. Recte habet scriptura reliquorum librorum omnium *timide;* cur autem *nonnisi timide in urbem* venerit in aperto est. — Pol. 1. et II alii Heins. *timide venio.* Serv. et Bern. *exsul in urbem.*

2. *Fesso.* III Heins. *fasso,* q. e. *lasso,* quod legitur v. 26. et V, 4, 2. Petron. c. 101. *Quis non dare manum languentibus volet.*

3. *Pudori.* Franc., III alii Heins., Goth. et Rel. a 1. m. *causa pudoris.* Busl. et alius Heins. *causa doloris.* Bern. c. *coloris.* Mor. pro v. scr. et alius c. *timoris.*

4. *Amare docet.* Conf. I, 8, 12. et not. ad I, 1, 23. et 67.

5. *Nec domini — infelix ullis.* Pal. 1., Guelf., Franc., Bersm., Gall., Mor., Iun., Leid., Dresd., Goth. et Berol. *haec domini — infelix nullis.* Bern. et Seg. et haud dubie etiam plures Heins. *nec — nullis.* Crev. *non ullis.* Vett. edd., Rel., Busl. et haud dubie etiam plures alii codd. Heins. *nec — ullis,* quae scriptura et simplicior et elegantior est: *nullus . . . amare docet: nec domini mei fortuna ea est, ut . . Haec — ullis* si scriberetur, desideraretur quoque coniunctio inter versum 4. et 5. — Varietas illa fluxisse videtur ex I, 9, 37. 38., qui tamen locus ab isto diversus est.

6. *Iocis,* iocosis, ludicris carminibus. II, 493. — Goth. *modis.* Leid. et Mor. *locis.* Berol. *dissimulasse.*

7. *Male,* infeliciter. Conf. I, 10, 27. *Lusit.* Vid. ad I, 9, 61. — *Viridi in aevo.* Vid. ad II, 543. et conf. IV, 10, 17. — Leid. *luserat aevo.* Bern. *lusimus.* — V. 9. Vett. edd. *aspice.* Goth. *quid portem, non sum praeceptor amoris.* Bern. *hic* omittit.

10. *Temporibus.* Conf. I, 1, 4. — Iun. *tempore carminibus.*

11. *Subsidunt.* Ita omnes scri-

„Quod neque sum cedro flavus nec pumice levis;
„Erubui domino cultior esse meo.
„Litera suffusas quod habet maculosa lituras; 15
„Laesit opus lacrimis ipse poëta suum.
„Si qua videbuntur casu non dicta Latine;
„In qua scribebat, barbara terra fuit.
„Dicite, lectores, si non grave, qua sit eundum,
„Quasque petam sedes hospes in Urbe liber.“ 20

pti. Vett. edd. perperam *subsidant.* Burm. Amor. I, 1, 27. de lisdem hexametris et pentametris:

Sex mihi surgat opus numeris, in quinque residat.

12. *Hoc.* Put., Serv., Bern., Bersm., Iun., Franc. a 2. m., Dresd. a 2. m., Busl., Goth. et Crev. *haec.* Dedimus *hoc* cum plurimis et optimis vett. libris. Qui invenerunt scripturam *haec,* iungendum *haec ratio* putarunt. Sed pronomen h. l. referendum ad sententiam versus praecedentis. Her. II, 55.

Nec moveor, quod te iuvi portuque locoque;
Debuit hoc meriti summa fuisse mei.

Goth. *ratio est.* Lepide quidem per se carmen elegiacum, alterum versum uno pede minorem habens, claudicare dicitur; sed in re seria ac tristi tamen erit, cui id genus acuminis minus elegans esse videatur. Vid. I, 1, 18., Pont. II, 5, 1., III, 3, 30., IV, 5, 3., A. A. I, 264., Amor. III, 1, 8. et not. ad II, 219.

13. *Cedro flavus.* Vid. ad I, 1, 7. et 11. — Pal. 1., Guelf., Pal. 2., Leid., Gall., III alii Heins., Dresd. pro v. scr. *fulvus.* Duo Heins. *comptus.* Berol. et Pal. 1. *lenis,* q. e. *leuis* pro *laeuis.* Crev. *laetus cedro.* Serv. *flavus cedro.* Busl. a 1. m. *sim,* a 2. *sum.*

16. *Suum.* Busl. et IX alii Heins., Dresd. pro v. scr., Seg. et Rel. *suis.* Eadem sententia est I, 1, 13. Conf. I, 9, 37., IV, 1, 96., V, 1, 5., V, 4, 5. — Her. III, 3.

Quascunque adspicies, lacrimae fecere lituras.

Prop. IV, 3, 3.

Si qua tamen tibi lecturo pars oblita deerit,
Haec erit e lacrimis facta litura meis.

17. *Latine.* Guelf., Bersm., Put., Serv., Gall., Busl., Pirckh., IX alii Heins., Berol., Rel., Crev. a 2. m., Seg. a 2. m. cum vett. edd. *Latino:* idem Dresd. et Goth., sed uterque pro v. scr. *Latine.*

Casu. Conf. III, 3, 1.

18. *Scribebat.* Zulich. *scribebar.* Recte *scribebat;* nam praecessit v. 16. *laesit ipse poëta.* Strozzae *scribebam.*

Barbara, in qua nullus Latini sermonis usus. Et haec sententia saepe legitur in his carminibus et Epist. e Pont. Vid. III, 14, 30., V, 12, 21. 35. Conf. IV, 1, 90.

19. *Qua.* Pal. 2., Bersm., Franc., Pirckh., V alii Heinsii et ed. Bo-

Haec ubi sum furtim lingua titubante locutos;
Qui mihi monstraret, vix fuit unus, iter.
„Dî tibi dent, nostro quod non tribuere poëtae,
„Molliter in patria vivere posse tua.
„Duc age; namque sequar, quamvis terraque marique 25
„Longinquo referam lassus ab orbe pedem."
Paruit, et ducens „Haec sunt fora Caesaris," inquit;
„Haec est a sacris quae via nomen habet;

non. *quo.* Sed *qua* et maximam habet auctoritatem vetustatis, et copiosius est: *qua via sit eundum* et *quas sedes petam.* Conf. II, 305. *Sedes* autem sunt bibliothecae. Conf. v. 67.

21. *Furtim—titubante,* eleganter de timido. Conf. A. A. I, 598. *Titubante,* haesitante, balbutiente, trepida. Heinsius ex uno Busl. edidit *lingua furtim.* Sine caussa. Serv. et Heins. ed. pr. *sim.* V. 22. Leid. *monstrasset.* Dresd. a 1. m. *monstravit.*

23. *Poëtae.* Libri vett. omnes *poëtae,* nisi quod III pro div. scr. *parenti.* Vid. infra v. 57. et I, 7, 35. Conf. III, 1, 65. Hinc etiam libros suos passim *natos* appellat. I, 1, 115. *si qua est tibi cura parentis.* Pont. IV, 5, 29.

Quidque parens ego vester agam, fortasse requiret.
HEINS.

Sed invitis omnibus libris mutare non audeo. Nam plus quam probabile est, scripturam *parenti* ex his locis in tres illos codd. nescio quos manasse. — *Di tibi dent,* solemnis est bene precandi formula. II, 155. Sed vide h. l. poëtae elegantiam in illo voto suo.

25. *Sequar.* Burmannus ex uno Heinsii codice dedit *sequor.* Ac praesens huic loco non inconveniens esse et ratione confirmatur et exemplis. Quint. I. O. VIII. c. 2.

Duc, sequor, accipe hanc senilem manum.

Vid. Senec. Troad. v. 993. Sed recte etiam futurum h. l. ponitur, cum praesertim de re futura, stat enim adhuc libellus, dicatur. Merkel *sequar* pro coniunctivo accipiendum censet. Perperam. Gall. *nempe sequar.* Bern. *teque sequar.* — V. 26. Leid. *longinquum.*

27. *Fora Caesaris* alii de utroque foro, de C. I. Caesaris et illo, quod Augustus novum instruxit (Suet. Aug. c. 29.), intellexerunt (Vid. Iahn et Platz.); alii de solo foro Augusti. Ac priorem interpretationem falsam esse, nec *Caesaris* recte dici pro *Caesarum,* non opus est pluribus explicare. Nec melior est altera. Poëta enim illa in re, ne obscurus fieret, sequi debebat communem consuetudinem dicendi, qua *forum Caesaris* forum C. I. Caesaris intelligebatur. Intelligendum est unum forum, et quidem C. I. Caesaris; quod ipsius Nasonis usu dicendi mire confirmatur, qui, ubicunque Octaviani forum intelligit, *Augustum forum* di-

„Hic locus est Vestae, qui Pallada servat et ignem;
„Hic fuit antiqui regia parva Numae.“ 30

cit, nusquam *Caesaris.* Pont. IV, 15, 16.

— — — domus Augusto continuata foro.

IV, 5, 9.

Protinus inde domus vobis Pompeia petatur:
Non est Augusto iunctior ulla foro.

Fast. V, 552.

Templaque in Augusto conspicienda foro.

In plurali illo *fora* de uno foro minime haerendum; nota enim est inprimis Nasonis in eo genere consuetudo. Sic in hoc ipso carmine v. 60. de uno Apollinis templo pluraliter dicit *templa.* Vid. Fast. I, 706. Eodem modo *capitolia* pro *capitolium* Tr. I, 3, 29., Met. II, 538. et Pont. IV, 9, 5.; *pectora* Tr. III, 4, 69., III, 6, 10.; *animae* Tr. III, 3, 59.; *corda* Tr. III, 2, 16., II, 235.; *corpora* Tr. III, 3, 39., III, 8, 24., I, 2, 39., Met. I, 527.; *vultus* Tr. III, 8, 9.; *currus* pluraliter de uno curru Tr. IV, 2, 63.; *tunicae* Fast. II, 171., V, 675.; *Ister flumina* Pont. III, 4, 92.; *rogi* Tr. I, 7, 20.; *nomina* pro *nomen* Fast. III, 118. Videlicet numerus pluralis eorum nominum, quae vulgo in prosa oratione singulariter ponuntur, colorem habet poëticum. Vid. quae notavi ad Her. I, 24., et Godofr. Hermann. *de prosa et poëtica oratione.* Opp. T. I. Quid? quod de uno foro Romano *fora* dixit idem Naso Fast. IV, 401.

Hoc, ubi nunc fora sunt, udae tenuere paludes.

Nec denique obstare situm et locum illius fori vel levissimo plagarum geographicarum aspectu cognoscitur. De tribus praecipuis urbis Romae foris vid. not. ad III, 12, 24. — Seg. *páruit hic.*

28. *A sacris quae via nomen habet,* est *via sacra,* celeberrima totius urbis, quae ab amphitheatro incipiens iuxta templum Pacis et per forum Caesaris et Romanum, ubi Vestae templum et regia Numae, ad montem Palatinum ducebat, in cuius pede templum *Statoris.* Varr. de L. L. IV. c. 8. Unde nomen haberet, ipsi Romani ambigebant. Poëta opinionem sequitur ποιητικωτάτην. Vid. Fab. de Roma c. 42. et Fest. in v. — V. 28. Heinsii ed. pr. *haec a Caesareis.*

29. *Vestae.* Vesta numen tutelare urbis Romae, ab Aenea cum *igne aeterno* Troia in Italiam translata. Virg. A. II, 296. ibique interpp., Ovid. Fast. III, 421. In eius templo (Fast. IV, 259., Plut. Num. c. 9. et 11.), sex sacerdotes virgines, Vestales dictae, praeter alia munia ignem illum *inexstinctum* (Fast. VI, 291. sqq.) sustentabant. Ab iisdem Vestalibus in eadem aede *Palladium,* signum Palladis, alterum imperii Romani pignus, incerto fato olim Romam allatum, servabatur. Fast. VI, 417. seqq., Heyn. ad Apollod. III. c. 12., Serv. ad Virg. A. II, 166., Ovid. Met. XIII, 99. De situ illius templi apud forum Romanum vid. Victor. in Regione VIII., Liv. XXVI. c. 27., Faber de Roma c. 87. — Burmannus ex Hercul. dedit *hic focus est. Focus Palladium et ignem servat!!,* et omnium vett.

Inde peteus dextram, „Porta est,“ ait, „ista Palatî;
„Hic Stator, hoc primum condita Roma loco est.“
Singula dum miror, video fulgentibus armis
Conspicuos postes tectaque digna deo;
Et, „Iovis haec,“ dixi, „domus est?“ Quod ut esse putarem, 35
Augurium menti querna corona dabat.

libb. consensus tuetur optimam scripturam *locus*. Fast. VI, 263. ibique Gierig. — Goth. *et ignes*.

30. *Hic*. Ita Pal. 1., Guelf., Put., Reg., Busl., Iun., Leid., VIII alii Heins. et eiusdem ed. pr., Berol., Bel., Crev. et vett. edd. *hic*. Reliqui *haec*. *Hic* verum est; nam regia ipsa tum non amplius exstabat. Serv. ad Virg. A. VII, 153. — Solin. c. 2. *Numa habitabat propter aedem Vestae*. Plut. Num. c. 11. ἐδείματο πλησίον τοῦ τῆς Ἑστίας ἱεροῦ τὴν καλουμένην ῥηγίαν. Fast. VI, 263.

Hic locus exiguus, qui sustinet atria Vestae,
Tunc erat intonsi regia magna Numae.

Qui locus etiam lectionem *parva* huius versus confirmat; nam Put. habet *parca* et Exc. Voss. *celsa*.

Antiqui, qui priscis temporibus fuit. Vid. not. ad III, 7, 34.

31. *Palatî*, sive Palatii, h. e. montis Palatini, in quo Augustus habitabat. Vid. I, 1, 69., IV, 2, 3. De genitivi forma vid. not. ad II, 212.

32. *Stator*. Vulg. *sator*. Scribe *Stator*. Ita Comb. (sive Dresd.), margo Pol., Gronov. Obss. IV. c. 15. Herc. *statio*. Heins. Vellei. I. c. 8. *Sexta Olympiade, post XXII annos, quam prima constituta fuerat, Romulus Martis filius, ultus iniurias avi, Romam urbem Palilibus in Palatio condidit*. Conf. Liv. I. c. 5. 6. 12. *Stator* est aedes Iovis Statoris, quam (Fast. VI, 793.).

— — — — — — Romulus olim
Ante Palatini condidit ora iugi,

sc. *pro eo, quod in bello cum Sabinis ibi acies Romanorum fugientium auxilio Iovis stetit et pugna restaurata hostes fudit*. Liv. I. c. 12. Vid. Senec. de Benef. IV. c. 7., Flor. I. c. 1, ibique interpp. — Iun. *hic pr. c. Roma fuit*. *Hic* etiam Leid. — Busl. et III alii Heins. *est* omittunt.

34. *Postes*. In porta domus Augusti de more illorum temporum suspensa erant arma hostibus in bello erepta; de quo usu veterum vid. interpp. ad Virg. A. VII, 183., Lips. de Milit. Rom. Dial. V. — V. 33. Gott. *dum narrat*.

35. *Et Iovis etc.* Initium huius versiculi triplici scribitur modo. Vett. edd., Pal. 1. et Pirckh. *en* habent, Herc. *an*, quod primus recepit Burmannus; reliqui codd. omnes *et*. Ac scripturae *an* et *en* per se satis commodum sensum habent, nam etiam *en* liber sic dicere poterat, ut confirmationem a

Cuius ut accepi dominum: „Non fallimur,“ inquam,
„Et magni verum est hanc Iovis esse domum.
„Cur tamen apposita velatur ianua lauro,
„Cingit et Augustas arbor opaca fores? 40

comite exspectaret; nisi quod asyndeton illud merito displicet. Verum scriptura omnium prope codd. *et* simplex et elegans est, modo ne cum Merkelio post v. 34. punctum, quo orationis vinculum rumpitur sensusque pervertitur, ponatur, sed comma, aut omnis interpunctio omittatur. Nam sensus et structura loci est: *dum singula miror . . ., video . . . et dixi: haec* (certe) *Iovis est domus.*

Porro Pal. 1. *iocus haec dixi Iovis est.* Guelf. *Iovis est dixi domus hoc.* Vat. 1., II alii Heins. et Bern. *domus haec dixi Iovis est.* Busl. et Iun. *dòmus est dixi Iovis hàec.* Vett. edd. omnes *domus haec dixi Iovis est.* Reliqui codd. *Iovis haec dixi domus est.* Pro utraque scriptura: *domus—Iovis* et *Iovis — domus* disputari potest. Nos secuti sumus codd. et optimos et plurimos. Pal. 2. etiam *ut ipse.*

Ceterum blando illi errori, quod Augusti domum esse, aedem Iovis putaret, ansam praebebat, quod *quercus et habita est Iovi sacra et in eius tutela* (Phaedr. III, 17., Serv. ad Virg. Ecl. I, 17.), et quod supra fores domus Augustae suspensa erat civica corona querna, qua Princeps erat a senatu donatus inscripta: *Ex S. C. ob cives servatos.* Fast. I, 614.

Protegat et vestras querna corona fores.

Vid. Fast. IV, 953., Met. I, 563., Dio LIII. c. 16. De *corona civica* vid. A. Gell. N. A. V. c. 6.

Dresd. pro v. scr., Reg. et II alii Heins. et eiusdem ed. pr. *dedit.* V. 37. Pal. 2. *numen* vel *numerum.*

38. *Magni Iovis*, sc. illius in terris, q. e. Augusti. Vid. ad I, 1, 69.

39. *Apposita.* Ita Iun., Leid., exc. Voss., Gall., Mor., XVII alii Heins. et eiusdem ed. pr. et reliqnae edd. vett., Goth., Guelf., Bern. et nostri omnes. Reliqui *opposita.* Sed scriptura *apposita* etiam aptior videtur ad illud *velatur.* Vid. not. ad Her. VII, 100. — In utraque parte portae domus Augustae laurum stetisse, persaepe memoratur ab illius aetatis scriptoribus. Vid. Dio LIII. c. 16. Eadem re etiam eleganter usus est Naso Met. I, 562., ubi Apollinem de conversa in laurum Daphne praesagientem facit:

Postibus Augustis eadem fidissima custos
Ante fores stabis, mediamque tuebere quercum.

Conf. Fast. IV, 917. Plin. N. H. XV. c. 30. *Laurus triumphis proprie dicatur, vel gratissima domibus ianitrix Caesarum Pontificumque: quae sola et domus exornat et ante limina excubat.*

40. *Fores.* Nonnulli codd. apud Ciofanum, Pal. 1., Reg., Mor., Busl., Hercul., V alii Heins., Crev.

„Num quia perpetuos meruit domus ista triumphos;
„An quia Leucadio semper amata deo est?

et Berol. *fores.* Confirmant eam scripturam Pirckh., et alius Heinsii cum ed. Bonon., qui *domos,* et alius Heinsii, qui exhibet *domus.* — Reliqui Heins., Guelf., Goth., Dresd., Bern., Rel. et vett. edd. *comas;* quae scriptura sensu mihi carere videtur. Merkelius quidem eam nuper revocavit, et *augustas comas* contendit intelligendas esse *coronam civicam ex quernis* (Iovi sacratis atque inde h. l. *augustis*) *foliis,* quam orationem obstrusam atque affectatam quis apud Nasonem probarit? et repugnant illi interpretationi ea quae sequuntur, in quibus nihil aliud declaratur, quam cur laurus domui Augustae apposita sit. Scriptura *fores* recte habere mihi videtur, et vero simplicissima ac planissima est: nam loco ita constituto pentameter repetit et exponit hexametrum, ac verbum *cingit* respondet illi *velatur, Augustas fores* exponit verbum *ianua* (nam *Augustas* est pro *Augusti,* ut Met. I, 563. *postibus Augustis* (Vid. ad III, 8, 13.), et *arbor opaca* respondet voci *lauro. Opaca* cur dicatur laurus, non est quod exponatur. — III Heins. et eiusdem ed. pr. *querna corona fores,* e Fast. I, 614. De illo adiectivo *Augustas* vid. ad III, 8, 13.

41. *Num quia.* Dresd., Franc. a 1. m., Vat. 1., Pol. 1., Pal. 2., Iun., Serv., IX alii Heins. et eiusdem ed. pr. et Guelf. *num.* Confirmant eam scripturam Put., Gall., II alii Heins., Goth., Berol., Rel., qui exhibent *non,* et Crev., qui *numquid.* Reliqui (?) et vett. edd. *an:* quae ferri etiam potest, ut duplicem hoc distichon nec inter se coniunctam contineat interrogationem. Retinuimus scripturam *num,* ut et elegantiorem et disticho sequenti magis congruentem et maiore codicum auctoritate firmatam; nam Heinsianorum multo plures *num* vel *non* habuisse ex eo coniici potest, quod Merkelii et nostri omnes *num* aut *non* exhibent.

Burmannus ex uno Leid. induxit *domus una.* Perperam. *Ista* h. l. est oratio digito monstrantis. Conf. II, 539. Busl. *illa.* Berol. *ipsa.* Put. *habuit.*

42. *Deo est.* Ita Pal. 1., Guelf., Goth., Bern., Put., Franc., Pal. 2., Reg., Busl., Iun., Leid., Berol., Crev., Dresd., ed. pr. et reliquae vett. — Reliqui codd. *est* omittunt.

42. *Leucadio deo* per periphrasin dicit poëta pro *Apollini,* significans simul Augusti victoriam apud Actium et Leucadiam insulam, vel peninsulam. Strab. X. p. 311., Liv. XXXIII. c. 17. *Leucadium* autem *deum* Apollinem dicit, quia in Leucadiae promontorio Leucata celebre fuit Apollinis templum (Serv. ad Virg. A. III, 274.); nisi forte poëtam Apollinem Actiacum, cuius templum ab Augusto propter illam victoriam ampliatum atque exornatum esse constat (Suet. Oct. c. 18., Virg. Aen. VIII, 764., Prop. III, 10, 69.), in animo habuisse putemus. Vid. de ea re nondum satis explorata interpp. ad Virg. A. III, 274. — V. 43. Busl. *ipsaque.* Rel. *ipsane festiva est.* Guelf. *quid festa.* Pal. 1. *est* omittit.

„Ipsane quod festa est, an quod facit omnia festa?
„Quam tribuit terris, pacis an ista nota est?
„Utque viret semper laurus nec fronde caduca 45
„Carpitur, aeternum sic habet illa decus?“
Causa superpositae scripto testata coronae
Servatos cives indicat huius ope.
Adiice servatis unum, pater optime, civem,
Qui procul extremo pulsus in orbe latet; 50
In quo poenarum, quas se meruisse fatetur,
Non facinus causam, sed suus error habet.

44. *Quam tribuit terris pacem. Tertium post U. C. DCCXXV. Ianus clausus fuit post bellum Actiacum ab imperatore Caesare Augusto pace terra marique parta,* ut auctor est Liv. I. c. 19. Vid. Suet. Oct. c. 22. et Vellei. II. c. 89.

45. Pal. 1., Busl. et nonnulli alii Heins., Rel. et Goth. *laurus semper.*

46. Pol. 1. *ista.* Vid. ad I, 1, 31.

47. *Scripto testata.* Ita Gall., Pal. 2., Franc., Pol. 1. et 2., Guelf., Goth., Dresd. a 1. m., Bern., Crev., quod primus recepit Heinsius. Pal. 1., Busl. et XXII alii Heins., Dresd. pro v. scr., Berol., Rel. et vett. edd. *testante;* quod nescio, an verum putem: nam *scripto testante* est, si barbare loqui licet, *dum scriptum sive inscriptio eam testatur,* q. e. *quam scriptum testatur,* itaque fere idem valet, quod *scripto testata.*

Testata modo patiendi, Pont. IV, 7, 53.

Vincitur Aegyptus, testataque tempus in omne
Sunt tua, Vestalis, carmine facta meo.

Conf. Met. IX, 277. Sic etiam *comitata,* alia.

Superpositae, sc. super foribus. Vett. edd. et Busl. *causaque, suppositae.*

Eleganti autem variatione orationis haec, cum inscriptio ipsa significaret, libellus affirmans enuntiat; unde aptissima ad illas preces v. 49. et seqq. transitio.

50. *Latet,* Pol. 1., Mor. et V alii (accedit Berol.) *iacet.* Recte. Infra III, 3, 5.

Quid mihi nunc animi dira regione iacenti?

ibidem v. 13.

Lassus in extremis iaceo populisque locisque.

Pont. I, 3, 49.

Orbis in extremi iaceo desertus arenis.

Pont. I, 7, 5.

Ecquis in extremo positus iacet orbe tuorum?

Pont. III, 1, 85.

Ut minus infesta iaceam regione, labora,

Heins.

Me miserum, vereorque locum vereorque potentem,
Et quatitur trepido litera nostra metu.
Adspicis exsangui chartam pallere colore; 55
Adspicis alternos intremuisse pedes?
Quandocumque, precor, nostro placata parenti
Isdem sub dominis adspiciare domus!

Ac scriptura *iacet* afflictae exsulis conditioni accommodatior videtur. Sed tamen repugnantibus vett. libris nil censeo mutandum. — V. 51. Pal. 1. *in qua.*

52. *Error.* Vid. ad I, 2, 99.

53. *Vereorque locum, vereorque potentem.* Serv., Pol. 1., Pal. 2. et III alii Heinsii *venerorque—venerorque.* Male. Perperam etiam Heinsius ex uno Vat. dedit *vereorque—venerorque.* Dedi cum omnibus prope codd. et vett. edd. *vereorque — vereorque,* quae scriptura et per se optimum habet sensum, et versu subsequenti confirmatur. Nihil autem huiusmodi repetitionibus apud elegorum scriptores, et imprimis apud Nasonem, frequentius. Trist. V, 12, 17.

Ut veniant patriae, veniant oblivia nostri.

V, 4, 3.

Lassaque facta mari, lassaque facta via.

A. A. II, 35.

Possidet et terras et possidet aequora Minos.

II, 423.

Ovaque sumantur, sumantur Hymettia mella.

Met. VI, 78.

At sibi dat clypeum, dat acutae cuspidis hastam.

XIV, 240.

— — — — merguntque viros, merguntque carinas.

Her. XIV, 92.

Territaque est forma, territa voce sua.

Conf. Trist. II, 65. 66., V, 12, 36., Amor. II, 8, 13., Her. XIV, 51.

Potentem universe pro: *qui potestatem habet et imperium.* Her. V, 85.

Dignaque sum et cupio fieri matrona potentis.

Conf. Trist. III, 4, 7. Merkel interpretatur: *potentem loci.* Quidam codd. (?) Naugerii, Herc. et unus Vat. *parentem.*

54. *Trepido.* Guelf., Vat. 1. et 2., Pal. 2., Put., Franc., Gall., Serv., Busl., Pirckh., Leid., Iun., XII alii Heins., Seg., Crev. et ed. Bonon. *rapido.* Unus *pavido.* Pal. 1. et II alii Heins. *queritur.* Rel. *trepido—pede,* var. *trepida—manus.*

55. Paullo argutius dicta videntur illa de pallore chartae ac tremore pedum ac literarum. *Alterni pedes* sunt hexametri et pentametri. Vid. not. ad v. 12. — Pal. 1. *exiguo — cruore.* Serv. *rubore.* Alii *timore, tremore, rigore.*

57. *Quandocunque,* aliquando sive ocius sive serius. Vid. Met. VI, 544., Bentl. ad Hor. Sat. I, 9, 33., Hand. ad Tursell. I. p. 248. — Leid. et II alii Heins. et vett. edd. *placare.* Reg., Pal. 2. et II alii *placere.* Put. *placanda.* II Vat., Maff. et reliqui *placata.*

Inde tenore pari gradibus sublimia celsis
Ducor ad intonsi candida templa dei; 60
Signa peregrinis ubi sunt alterna columnis
Belides et stricto barbarus ense pater;

58. *Dominos* intellige domum Augusti. Duo enim optat libellus, ut Ovidius patriae redditus videat Augusti domum, atque in ea Augustum, Liviam et reliquos salvos et incolumes adspiciat. Serv. *domibus.*

59. *Tenore pari.* E II Vatt. legendum *timore.* Cior. *Timore* etiam Pal. 1. — *Tenore* vett. edd. et scripti prope omnes, q. e. eadem ratione eundi, qua ad eum usque locum perveneram. Pont. I, 10, 6.

Et peragit soliti vena tenoris iter.

Her. VII, 111.

Durat in extremum, vitaeque novissima nostrae
Prosequitur fati, qui fuit ante, tenor.

Vid. Her. XVII, 12., Met. III, 113. *Inde,* a domo Augusti, ubi constiterant.

60. *Templa,* ut v. 27. *fora.* Nam Apollinis dicit templum, quod teste Dione LIII. c. 1. Augustus a. U. C. DCCXXVI. in Palatio perfecit atque dedicavit, *addita porticu cum bibliotheca Latina Graecaque,* Suet. Oct. c. 29. Vid. not. ad II, 420. *Intonsum* poëtae Apollinem passim fingunt. Hor. Od. I, 21, 2.

Intonsum, pueri, dicite Cynthium.

Tibull. I, 4, 37.

Solis aeterna est Phoebo Bacchoque iuventus;
Nam decet intonsus crinis utrumque deum.

Conf. Met. I, 564., Apoll. Rhod. II, 708. *Candida,* de candido marmore. Prop. II, 31, 9. de eodem templo:

Tum medium claro surgebat marmore templum.

61. *Peregrinis — columnis.* In summa Romanorum illo tempore, quo Naso fuit, luxuria marmora e diversissimis ac remotissimis regionibus tam ad publica, quam ad privata aedificia ornanda maximo sumtu Romam portabantur, memoranturque a scriptoribus *Parium* e Paro insula (Hor. Od. I, 19, 5., II, 18, 4. ibique interpp., Ovid. Pont. IV, 8, 31., Virg. Georg. III, 34. Conf. Plin. N. H. IV. c. 22.), *Hymettium* ex Attica (Hor. Od. II, 18, 3., Val. Max. IX. c. 1., Plin. XXXVI. c. 3. Conf. Strab. IX. p. 275.), *Phrygium,* h. e. Synnadense ex Asia (Tibull. III, 3, 13., Hor. Od. III, 1, 41., Plin. XXXV. c. 1., Strab. IX. p. 437.), *Carystium* ex Euboea insula (Tib. III, 3, 13., Plin. XXXVI. c. 7.), *Taenarium* (Prop. III, 2, 9. Conf. Strab. VIII. p. 367.) aliaque permulta, imprimis Africana. — Iahn illud *peregrinis* de Pario marmore intelligit. Sed Propertius diserte illas columnas ex Africano marmore fuisse testatur II, 31, 1.

Quaeris cur veniam tibi tardior? Aurea Phoebo
Porticus a magno Caesare aperta fuit.
Tota erat in speciem Poenis digesta columnis,

Quaeque viri docto veteres cepere novique
Pectore, lecturis inspicienda patent.

Inter quas Danai femina turba senis.

Utrum autem vere e lapide Punico, an e Numidico, qui apud Romanos in deliciis fuit (Plin. N. H. V. c. 2., XXXVI. c. 6., Hor. Od. II, 18, 14.), non reperi; nisi quod e *Punico* fuisse confirmare videtur locus ille Propertii, si *Numidicum, Libycum* et *Punicum* sive *Poenum* non idem fuit, ut legimus in Descript. urbis Romae a Platnero, Bunsenio, Gerh. et Roest. edita P. I. p. 344., quanquam qui eam commentationem scripsit, Platnerus nulla sententiae suae testimonia e veteribus scriptoribus attulit. Nam *Aegyptium* (Aegypti enim quoque plura marmoris genera memorantur) intelligi vix potest. Senec. Epist. 115. *Nos delectant ingentium maculae columnarum sive ex Aegyptiis arenis, sive ex Africae solitudinibus advectae porticum aliquam, vel capacem certe populi coenationem ferunt.*

De re, sc. statuas Danaidum et Danai patris imaginem illas inter columnas stetisse, Scholiastes Persii Sat. II.: *Acron tradit, quod in portico Apollinis Palatini fuerunt Danaidum effigies, et contra eas sub dio totidem equestres filiorum Aegypti.* Prop. l. l.

Inter quas (*columnas*) Danai femina turba senis.

Eandem porticum commemorat Naso Art. I, 73.

Quaque parare necem miseris patruelibus ausae
Belides, et stricto stat ferus ense pater.

Item Amor. II, 2, 3. 4.

Hesterna vidi spatiantem luce puellam
Illa, quae Danai porticus agmen habet.

Porticus veterum signis ac picturis ornatas fuisse notissimum est. Vid. interpp. ad Prop. II, 23., Dio Cass. LIII. c. 27., Ovid. Heroid. XXI, 97. Fabula denique, quam significabant illae statuae, haec est: Filiae L Danai, qui fuit filius Beli (unde *Belides*), sponsos suos patrueles, filios Aegypti, qui erat frater Danai, prima coniugii nocte praeter unam Hypermnestram omnes iussu patris iugularunt. Hyg. F. 168. seqq., Apollod. II. c. 1., ubi vid. Heyn., Ov. Her. XIV., Hor. Od. III, 24. — *Stricto gladio,* ut filiabus necem minitans, nisi mandata sua exsequantur.

Goth., Pol. 1., Pal. 2., Busl., IX alii Heins., ed. pr. et reliquae vett. edd. praeter Bonon. *stat ferus ense,* quod fluxisse videtur e l. l. A. A. I, 73. Iun. *stat pater ense ferus.*

63. *Cepere,* excogitarunt. Ita antiqui fere omnes. Veram lectionem vidit Gronov. Obss. II. c. 3., qui consulatur. *Heins.* *Cepere* Guelf., Pol. 1. et 2., Pal. 2., Leid., Franc., Iun., Pirckh., Reg., Put., Gall., Mor., Serv., Busl. et XVII alii Heins. et eiusdem ed. pr., Goth., Bern. et nostri praeter Crev. — Reliqui codd. et vett. edd. *fecere,* ut I, 1, 45. Unus Dresd. *cecinere.* Pont. II, 7, 16.

Pectore concipio nil nisi triste meo.

Put. et Berol. *quoque.* Lied. *docte.* V. 64. Busl. *talent.*

Quaerebam fratres exceptis scilicet illis, 65
Quos suus optaret non genuisse parens;
Quaerentem frustra custos e sedibus illis
Praepositus sancto iussit abire loco.
Altera templa peto, vicino iuncta theatro;
Haec quoque erant pedibus non adeunda meis. 70
Nec me, quae doctis patuerunt prima libellis,
Atria Libertas tangere passa sua est.
In genus auctoris miseri fortuna redundat,
Et patimur nati, quam tulit ipse, fugam.

65. *Fratres,* ut I, 1, 107. Post poëtae exsilium omnes eius libros e bibliothecis publicis esse eiectos ex hoc loco coniectarunt. Verum equidem neque illud in hoc loco reperire possum — nam illud *nati* v. 74., quamvis universe dictum sit, ad hunc librum tertium referendum —; nec magis confirmatum reperio, quod alii asseverant, Nasonis libros nunquam fuisse in bibliothecas publicas receptas. Nihil aliud mihi h. l. libellus dicere videtur, quam se non esse receptum, et a custode, postquam ille, cuius liber esset, audisset, abire iussum. Certe parum probabile est, illustria Ovidii carmina non inter reliqua Latinorum poëtarum monumenta publico usui fuisse proposita.

66. *Optaret,* sc. si liberum id sibi, vel sua in potestate esset. Pal. 1. et II alii *optarat. Parens* meliores scripti (Pal. 1. et 2., Pol. 1. et 2. et VI alii) et vett. edd. pro vulg. *pater.* Heins. *Parens* etiam Dresd., Berol. et Crev.; atque eo vocabulo fere constanter in ea re utitur poëta. Vid. I, 1, 115., Pont. IV, 5, 29.

67. *E sedibus illis.* Pirckh. *desidibus,* q. e. *de sedibus.* Rel. *asedibus.* Seg. et Goth. *ex sedibus.* Heinsius primus dedit *me sedibus.* Scriptura reliquorum codd. et vett. edd. omnium *e sedibus* recta est: *quaerentem custos, sancto loco praepositus, e sedibus illis abire iussit. Me* h. l. non magis desideratur quam III, 9, 25. *eius,* III, 5, 20. *mei,* aut IV, 3, 58. *tuus.* — Vett. edd. praeter Bonon. *illos.* Goth. *quaerebam.*

69. *Altera templa,* Bersmannus templum Veneris intelligit, vicinum theatro Pompeii. Sed probabilius est, quod Verpoorten et Verburg censuerunt, significari delubrum Apollinis, iuxta quod porticus Octaviae, vicina theatro Marcelli, in qua Augustus alteram bibliothecam publicam (vid. ad II, 420.) instruxit. — V. 71. Rel. *primo patuere.* Busl. a 1. m. *tabellis,* a 2. *libellis.*

72. *Atria* sunt atrium templi Libertatis in monte Aventino, in quo Asinius Pollio *ex hostilibus exuviis* primam bibliothecam publicam aperuit. Vid. ad II, 420. De plur. *atria* vid. ad v. 27. V. 73. Serv. *ingenio.*

Forsitan et nobis olim minus asper et illi, 75
Evictus longo tempore, Caesar erit.
Di, precor, atque adeo (neque enim mihi turba roganda est)
Caesar, ades voto, maxime dive, meo!
Interea, quoniam statio mihi publica clausa est,
Privato liceat delituisse loco. 80
Vos quoque, si fas est, confusa pudore repulsae
Sumite plebeiae carmina nostra manus!

75. „*Forsitan Caesar olim, longo tempore victus* (mitigatus), *et nobis* (natis) *et illi* (auctori) *minus offensus erit.*“ Iun. *convictus.* Reg. pro v. scr. *evictus.* Bern. *et ipsi.*

77. *Di, precor.* Guelf., Put., Franc., Busl., XVI alii Heinsii et eiusdem ed. pr., Bern., Berol., Crev., Seg. *deprecor.* Pal. 1., IX alii Heins., Dresd., Goth. et ed. Bonon. *te prec.* Rel. *est* omittit.

Adeo est *maxime, praecipue.* Vid. Virg. Georg. I, 94., II, 323., I, 24. ibique Serv.

Neque enim. Vid. not. ad I, 1, 1. *Turba.* Conf. IV, 1, 54. et V, 3, 47. *Maxime dive.* Vid. ad I, 1, 71. — Busl. et Crev. *nec enim.* Serv. *est* omittit. Gall. *votis—meis.*

79. *Statio publica,* bibliotheca publica. Scilicet libellus (h. e. hic Tristium liber tertius) postquam in publica loca sese receptum non esse narravit, a plebe ac privatis, ad quos totam hanc eius orationem conversam esse supra diximus, rogat, ut loco (bibliotheca) *privato* latere possit. Conf. Pont. I, 1, 5. et seqq.

Gall., Mor., Pirckh., Leid., Iun., Bern., Seg. et Rel. *statio quoniam,* quod sine idonea caussa induxit Heinsius. Reliqui omnes et vett. edd., ut dedimus, nisi quod Busl. *quoniam mihi statio.* — Put., II alii Heins. et Dresd. *intranti.*

81. *Vos quoque. Quoque* dictum est cum respectu ad illa *privato* loco, sic: *liceat privato loco delit . . ., et vos quoque plebeiae manus sumite carmina nostra.* .

Si fas est, si licet, non vetitum est a Principe. — De *confusa,* conf. III, 5, 11. — Pal. 1. et Guelf. *repulso.* Pol. 1. *rubore.*

82. *Plebeiae.* I, 1, 88.

Et satis a media sit tibi plebe legi.

Serv. *Phebeiae.* Ed. pr. Heins. *Phebeae.*

ELEGIA II.

Poëta lamentabili carmine miseram exsilii sortem deplorat et mortem evpetit.

Videntur esse primi post adventum in Scythiam sensus.

Ergo erat in fatis Scythiam quoque visere nostris,
Quaeque Lycaonio terra sub axe iacet?
Nec vos, Pierides, nec stirps Latonia, vestro
Docta sacerdoti turba tulistis opem?

ELEGIA II.

Hoc carmen in Pal. 1., Put., Franc., Pirckh., Serv., Berol., Busl., ed. pr. et ed. Bonon. superiori cohaeret. Serv. primum distichon non habet.

1. *Ergo* sine et cum interrogatione eleganter querelas inchoat. Vid. I, 2, 17., III, 10, 77., Pont. IV, 14, 17., Amor. I, 4, 2., Her. XVIII, 183., Hor. Od. I, 24, 5. *Scythia* Asiae et Europae pars septentrionalis incertis finibus. Strab. XI. et VII. Poëta suo iure utens, quo maior sit exsilii species longinquitatis, Scythiae fines usque in Thraciam, ubi Tomi fuerunt, extendit. Conf. III, 9., I, 2, 85., II, 197. Guelf. *Scithiamque.*

2. *Quaeque—terra.* „*Et illam terram, quae . .*“ Vid. I, 10, 31., II, 437., IV, 8, 10. — *Lycaonio sub axe,* h. e. sub Ursa sidere sive in extrema septentrionis plaga. Vid. ad I, 3, 48., II, 190., III, 11, 8., IV, 8, 41. Bern. *quaque.* Vid. ad I, 10, 31.

3. *Pierides,* Musae (Vid. ad II, 13.), ita dictae, quia in Pieria, quae est regio Macedoniae (Strab. X. p. 324., Plin. H. N. IV. c. 8.), Mnemosyne eas Iovi peperit. Hesiod. Theog. v. 1—103. Conf. notata ad Trist. III, 7, 15.

Latonia. Reg. *Latoica.* Heins. e duobus nescio quibus codd. primus dedit *Latoïa.* Ac dicitur *Letoius* a Graeco *Λητώιος*, *Latoius* a Dorica forma *Λατώιος*, et Latino modo *Latonius.* Forma, quae maximam difficultatem habet, firmatur Hor. Od. I, 31, 18. (si locus ille non corruptus est), ubi est *Latoe* pro *Latoie* a forma Dorico *Λατῷος.* Conf. A. Gell. N. A. XIII. c. 22. Sed quum illorum codd. incerta auctoritas sit, et Naso in Graecis nominibus nunc formis Graecis nunc Latinis utatur, cum omnibus prope codd. et vett. edd. omnino scribendum est *Latonia,* uti etiam legitur V, 1, 57. Sensus est: *nec vos, Musae, nec tu Musarum dux* (*Μουσηγέτης*), *Apollo . . .* Nam stirpem Latoniam esse Apollinem intelligendam, non Dianam ut V, 1, 57., apparet ex loci natura. Vid. V, 3, 16. Poëtas autem esse sacerdotes Apollinis ac Musarum, ipsi ad fastidium repetunt poëtae. Amor. III, 8, 23.

Ille ego Musarum purus Phoebique sacerdos.

Nec mihi, quod lusi vero sine crimine, prodest, 5
Quodque magis vita Musa iocosa mea est:
Plurima sed pelago terraque pericula passum
Ustus ab assiduo frigore Pontus habet?
Quique fugax rerum securaque in otia natus,
Mollis et impatiens ante laboris eram, 10
Ultima nunc patior, nec me mare portubus orbum
Perdere, diversae nec potuere viae;
Suffecitque malis animus: nam corpus ab illo
Accepit vires, vixque ferenda tulit.

Conf. Hor. Od. III, 1, 3., Tib. II, 5, 1., Trist. III, 7, 32., Virg. Georg. II, 476.

Turba. Vid. Trist. III, 1, 77. — Guelf. et Leid. *nostro.* V. 4. Iun. et Leid. *dedistis.*

5. *Vero,* quod mihi vere ac merito obiectari posset. Conf. I, 9, 61. et vid. not. ad I, 9, 59. — Reg. pro v. scr. *carmen sine crimine.* Bern. *verbo sine crim.* Busl. *quod lusi nunc sum sine crimine.* Goth. *quod leso lusi.* Ab hoc versu ad IV, 1, 4. in Gothano lacuna est.

6. *Magis vita Musa iocosa.* Sic libri vett. et recte. *Cior.* II, 354.

Vita verecunda est, Musa iocosa mea.

Visa Mor., Put., Reg., Iun., Leid., Franc. (omisso in fine *est*), Busl. a 1. m., XII alii Heins. et ed. pr. et Crev. — Gloss. Leid.: *inde illud* (II, 354): *vita verec* . . . — Berol. *viso* a corr. *iusto.* — *Visa est Musa* (omisso in fine *est*) Pal. 1. et 2., Bersm., Gall., Serv., Pirckh., II alii Heins., Dresd., Bern., Bel. — Crev. *Musa visa — mea est.* Vett. edd. *Musa est visa.* Vat. 1. *iocata.*

7. *Terraque,* sc. cum per Thraciam (terra) Tomos proficisceretur. Vid. I, 10., I, 5, 47., I, 11, 27., IV, 1, 21., IV, 10, 107. Dresd. pro v. scr. *me pelago.*

8. *Ustus.* Rich., Pirckh. et alius Heins., et ed. Bonon. *vinctus.* Iun. *iunctus.* Sed *ustus* de frigore passim. Sic III, 4, 48. *perustus.* Her. XII, 180. *adustus,* ubi vid. not. De Ponto supra dictum est.

9. *Rerum,* sc. publicarum. Conf. IV, 10, 35. seqq., V, 3, 9. et I, 5, 72.

11. *Ultima nunc patior.* II, 187. *Portubus orbum.* Vid. III, 12, 48. et IV, 4, 58. Franc. a 1. m. et Serv. *portibus.* Conf. Met. XI, 474., XIII, 710., Her. XVI, 125. et vid. L. Schneider Gr. Lat. II. 1. p. 335.

12. *Diversae — viae,* viae terrestres intelligendae. Vid. supra v. 7. et not. ad V, 4, 2. — Iun. *non.* Serv. *valuere.*

13. *Suffecit,* satis validus fuit. Leid. *sufficit atque.* Busl. *ab illis.*

14. Mor. et alius *nec patienda.*

Dum tamen et terris dubius iactabar et undis, 15
Fallebat curas aegraque corda labor;
Ut via finita est et opus requievit eundi,
Et poenae tellus est mihi tacta meae;
Nil nisi flere libet, nec nostro parcior imber
Lumine, de verna quam nive manat aqua. 20
Roma domusque subit desideriumque locorum,
Quicquid et amissa restat in urbe mei,

15. *Et terris.* Ita Guelf., Put., Reg., Gall., Serv., Pal. 2., Leid., exc. Voss., Iun., XVI Heins. et eiusdem ed. pr., Dresd., Bern., Rel. et Berol. — Pol. 1. et 2. *et ternis.* Mor. et II alii *et terra* e versu 7. Reliqui cum vett. edd. *et ventis,* nisi quod Busl. *in ventis.* Atque *et ventis,* quod nunc pro vulg. est, poni posse, negari non potest, ac saepe *ventos* ac *undas* ita coniungi exemplis ostendimus ad Her. II, 35. Sed hoc loco mihi rectior et genuina scriptura videtur esse *et terris,* quum duplex iter *et terra et mari* etiam versu 7. tetigerit, et hic locus ad illum respiciat: supra enim dixit: *postquam plurima pericula pelago et terra passus sum, . . .;* hoc loco: *Attamen dum et terris iactabar et undis...* Prorsus eodem modo IV, 8, 15.

— — — — — qui me terraque marique
Actum Sarmaticis exposuere locis.

Conf. IV, 10, 107. et I, 11, 9. — Virg. Aen. I, 3.

— — — multum ille et terris iactatus et undis.

16. *Labor.* Pal. 1., Iun. et IV alii Heins. *dolor.* Sed *labor,* q. e. molestia et periculum itineris, confirmatur et natura sententiae et versus subsequentis verbis *opus requievit eundi.*

17. Conf. IV, 1, 61.

18. *Tacta.* Vett. edd. praeter Bonon. *facta.*

Poenae tellus, Tomi. Vid. ad I, 2, 85.

19. *Libet.* Bersm., Put., Pal. 2., Berol., Crev., Rel. a 1. m. *licet.* Hafn. *vacat.*

Imber. I, 3, 18. *Nec nostro lumine parcior imber, quam de verna nive m. a.* Praepositiones persaepe primo loco a poëtis omitti notum est. Vid. interpp. ad Hor. Od. III, 25, 2. et ad Epist. II, 1, 25. Exempla Ovidii sunt Met. VII, 708., XII, 124., Her. VIII, 110., A. A. I, 333. Quanquam *manare* etiam cum simplici ablativo construitur. Met. III, 85.

20. *De verna quam.* Ita Pal. 1., Guelf., Put., Gall., Franc., Mor., Iun., Leid. et XVII alii, Seg., Berol. et Dresd. — Pal. 2., Serv., Pirckh., ed. pr. et reliquae vett. *de verna quae.* Busl. *quam de verna.* Reliqui codd. *quam verna de.* V. 22. duo Heins. *mihi.* Guelf. a 2. m. *mea.*

Hei mihi, quod toties nostri pulsata sepulcri
Ianua, sed nullo tempore aperta fuit!
Cur ego tot gladios fugi, totiesque minata 25
Obruit infelix nulla procella caput?
Di, quos experior nimium constanter iniquos,
Participes irae quos deus unus habet,
Exstimulate, precor, cessantia fata, meique
Interitus clausas esse vetate fores! 30

ELEGIA III.

Aegrum se esse uxori scribit durissimamque conditionem ope eius atque solatio in morbo carendi et in barbara terra moriendi conqueritur, ultimis additis mandatis, ut ossa sua Romam referenda curet, pieque sepeliat, manesque suos muneribus feralibus placet.

Haec mea, si casu miraris, epistola quare
Alterius digitis scripta sit: aeger eram;

23. *Hei.* Busl., Guelf. a 2. m. et multi alii *heu.* Unus Med. *nostri toties,* quod dedit Heinsius. Reliqui cum vett. edd. *toties nostri.*

24. *Ianua sepulcri.* Met. I. 662.

Sed nocet esse deum, praeclusaque ianua leti.

Lucret. I, 1105.

— — — — haec rebus erit pars ianua leti.

Hor. Od. I, 4, 13.

Pallida mors aequo pulsat pede pauperum tabernas,
Regumque turres.

Leid. *sub titulo.* Pal. 2., Guelf. a 1. m. et Busl. *sub nullo,* sed in Guelf. corr. *sed.* Reg. pro v. scr. *aperta subit* vel *premit.*

25. Conf. I, 10, 23. et I, 2. et 4. Serv. *quid.*

28. *Quos.* Ita Pal. 1., Guelf., Put. et XXII alii Heins., item Bern., et nostri. Reliqui cum ed. pr. Heins. et ceteris edd. vett. *quam deus.*

Participes irae. Vid. I, 2, 59. seqq. *Unus deus* est Augustus.

29. *Exstimulate.* „Incitate, quaeso, mortem tardantem, ac prohibete eius ianuam diutius mihi esse obseratam.“ Pal. 1. *extenuate.* Guelf. *exstimulare.*

ELEGIA III.

Pirckh. hanc elegiam Epistolam XIV. numerat.

1. *Casu,* vett. libri. Sequor. *Coniux* glossema est. *Cior.* Busl., VI alii Heins. et vett. edd. *coniunx.* Unus Heins. *quare—casu.*

Aeger in extremis ignoti partibus orbis,
Incertusque meae paene salutis eram.
Quem mihi nunc animum dira regione iacenti 5
Inter Sauromatas esse Getasque putas?
Nec coelum patior nec aquis adsuevimus istis,
Terraque nescio quo non placet ipsa modo.

Si casu pro *si forte*, ut III, 1, 17. *Coniux* allocutio omitti a poëta poterat, cum eius nomen carmini, quippe epistolae formam habenti, esset praescriptum.

2. *Aeger eram*, scil. cum haec scriberem. Vid. Zumpt. Gram. Lat. §. 503.

3. *Ignoti*, longinqui. Tib. I, 3, 3.

Me tenet ignotis aegrum Phaeacia terris.

Quod Tibulli carmen non hunc unum locum cum elegia ista Nasonis habet communem. Vid. ad I, 1, 128. Medic. *finibus*.

5. *Quem mihi nunc animum*. Leid., Berol. et Rel. (?) *quid—animi*. Busl., Pal. 1., Guelf., Vat. 1. cum reliquis codd. omnibus *quem mihi nunc animum*, praeter Iun. et Franc., qui cum ed. pr. et reliquis vett. edd. *quem mihi tunc animum*. *Tunc* etiam Berol. Heinsius primum dedit *quid animi* e cod. Leid., allatis exemplis Met. I, 358., Her. XI, 87., Met. V, 626., VII, 582., Caes. B. G. VII. c. 77., Gell. N. A. X. c. 3. Vid. etiam Cic. pro Deiot. c. 3. Verum cum parva ac prope nulla sit huius scripturae auctoritas, cumque locutio *quem animum*, etiamsi insolentior, non tamen non Latina sit, ac Naso, si codicibus fides habenda, etiam aliis in locis permultis ita sit locutus; hanc scripturam omnium codd., praeter duos illos aut tres, et vett. editionum revocavi. Busl. *latenti*. Conf. III, 1, 50. Leid., Pal. 1., Gall., Pirckh., V alii Heinsiani et Crev. *dura regione*. Vett. edd. *dura in reg.*

6. *Putas*. Leid., Iun., Gall., Mor. et VIII alii Heins., Berol., Rel. et Crev. *putes*, quod primum recepit Heinsius, qui vir nescio qua falsa opinione occupatus plus centum locis inducto coniunctivo Ovidii scripturam corrupit. Prorsus similes locos vide Her. III, 40., XI, 87., XVI, 305., XVII, 99., XIX, 41., quibus locis omnibus Heinsii delicias expulimus. V, 6, 26.

Finge tamen motam (*mentem*): quoties Agamemnone natum
Dixisse in Pyladen verba proterva putas?

I, 5, 45. 46., III, 8, 17., IV, 2, 2—15., IV, 3, 74. 78., IV, 4, 64., IV, 6, 49., V, 1. 80., V, 4, 8., 47., V, 11, 5. 6., V, 8, 6.

De *Sauromatis* dictum est ad II, 198. *Getae*, gens Thraciae Germaniam versus habitans, proxime Tomis, *feri et ad mortem paratissimi*, ut tradit Mela II. c. 2. Vid. Strab. VII. p. 204.

7. *Patior*. (Unus Heinsii *patimur*.) Praetuli propter illud *adsuevimus*. Burm. Dedi *patior*, cum omnibus codd. et vett. edd., qua transitione a singulari ad plu-

Non domus apta satis, non hic cibus utilis aegro,
Nullus, Apollinea qui levet arte malum; 10
Non, qui soletur, non, qui labentia tarde
Tempora narrando fallat, amicus adest.
Lassus in extremis iaceo populisque locisque,
Et subit affecto nunc mihi, quicquid abest.

ralem et vice versa nihil apud Nasonem frequentius. Met. IX, 372.

— — — — — patior sine crimine poenam.
Viximus innocuae; si mentior, . . . perdam, etc.

Conf. v. 23—28. et vid. ad V, 2, 3.

Male etiam Ciofanus cum uno codice scribi volebat *aquis ipsis*. Nam scriptura *istis* plenam habet auctoritatem veterum librorum integerrimamque sententiam: *aquis istis*, h. e. *pestiferis*. Ne illud dicam, *ipsis* si scribatur, parum eleganter sequi *terraque—ipsa:* nam scripturam *ipsa*, quam e Vat. et Maff. Ciofanus primus recepit multique codd. confirmant, postulat orationis natura: *ipsa terra* (humus), quam similem sibi ubique putes, *nescio quomodo non placet*. Quanquam *ista* exhibent Reg., Gall., Serv., Iun. et XIX alii Heins. cum vett. edd., item Bern., Crev., Rel. et Berol., qui a 1. m. habet *tectaque—ista*. De aquis Scythiae sive Tomorum Pont. III, 1, 17.

Nec tibi sunt fontes, laticis nisi paene marini,
Qui potus dubium sistat alatne sitim.

Conf. Pont. I, 3, 86., I, 10, 35., IV, 10, 60., IV, 14, 27., II, 7, 74., Trist. IV, 8, 26. De coelo Tomitano conf. III, 8, 23., IV, 8, 25., Pont. II, 7, 74. Busl. *illis* et v. 8. *illa*.

9. *Apta satis*. Mor. *ampla*. Bern. *nec — acta*. Guelf. *ipsa satis*. Pirckh. *et non cibus*. Duo Heins. *apta mihi*. Rel. *aegro est*.

10. *Apollinea*, medica arte, cuius Apollo inventor. Remed. A. v. 76.

Carminis et medicae, Phoebe, repertor opis.

Vid. Met. I, 521., Her. V, 151., Hyg. F. 274., Pind. Pyth. IV, 480. De Apolline medico est dissert. Mitscherl. Götting. 1820.

Vett. edd. *malum est*, sed Heinsius secundum Pal. 1. et XXIV. alios codd. *est* delevit, quod neque Guelf., Bern. et nostri V agnoscunt. — V. 11. Serv. *solatur*. Busl. *nec qui lab*. Crev. *tollat a. abest*.

12. *Fallat*. Vid. IV, 10, 114.

13. *Lassus*. Pal. 2., Vat. 1., exc. Voss., Seg., Bersm. et IV alii Heinsii et Crev. *lapsus*. Iun., Reg., Put., Busl. et II alii Heins. *laesus*. Bern. *solus*. Franc. *externis*. Conf. I, 1, 128.

14. *Affecto* ex vett. legendum pro vulg. *affectu*. *Nava*. Unus tantum Heinsii habet *affecto* et alter *afflicto*. Pal. 2. et Rel. pro v. scr. *affectum*. Reliqui codd. et edd. vett. omnes *affectu;* sed *affectus* pro morbo apud scriptores illius aetatis non reperi. Scriptura *affectum* contortam facit structu-

Omnia cum subeant, vincis tamen omnia, coniux, 15
Et plus in nostro pectore parte tenes.
Te loquor absentem, vox te mea nominat unam,
Nulla venit sine te nox mihi, nulla dies.
Quin etiam sic me dicunt aliena locutum,
Ut foret amentis nomen in ore tuum. 20
Si iam deficiam suppressaque lingua palato,
Vix instillato restituenda mero:

ram, nec ipsa auctoritatem habet vett. librorum. Itaque *affecto* retinui, quod de graviter aegrotante saepe legitur. Prop. II, 21, 1.

Iupiter affectae tandem miserere puellae.

Amor. II, 2, 21.

Ibit ad affectam, quae non languebit, amicam.

Cic. ad Att. XIV. Ep. 18. *Caesarem Neapoli affectum graviter videram.* Vid. Terent. Hecyr. III, 2, 43. et interpp. ad Liv. V. c. 18.

Subit. Vid. ad I, 3, 1. De re conf. III, 2, 21.

15. *Omnia cum subeant.* Guelf. *si.* Bersm. *optima.* Serv. *nunc subeunt.* Franc. *vinces.*

16. *Plus parte.* Reg., Busl., Pirckh., Leid., Iun., IV alii Heins., ed. pr. et pro v. scr. Rel. et Dresd. *plus partis habes.* — Reg. pro v. scr. *tenes.* Bersm., VI alii Heins., Rel. et Berol. a 1. m. *cara tenes,* sed uterque pro v. scr. *parte tenes.* Reliqui codd. et vett. edd., ut dedimus. V, 10, 30.

— — — et tecti plus quoque parte tenet.

Her. XXI, 8.

Illa tamen iusta plus tibi parte favet.

Virg. Georg. I, 35.

— — — et coeli iusta plus parte relinquit.

17. *Te loquor.* Reg. *alloquor.* Franc. a 2. m. *te alloquor.* Franc. *vox et mea.* — V. 18. Seg. *nulla mihi — nox venit n. d.,* et in marg. *nulla dies sine te nox mihi nulla venit.*

20. *Amentis—in ore.* Vat. 1. *amanti.* Seg. *amenti—ore.* Heins. Vides, unde, quod nunc vulgo legitur *amenti,* originem habeat; ac plus centum locis hanc dictionem idem Heinsius Nasoni obtrudit, ut Met. I, 541., 637., VI, 226., VII, 308., quibus locis Iahn nuper veram scripturam restituit. Scribendum *amentis.* Vid. ad IV, 10, 46. et ad II, 522. — Guelf. *amenti* addita superne *s.*

Foret. Vid. I, 5, 6., III, 9, 18.

21. *Si iam deficiam.* Heinsius ex coniectura dedit:

Si iam deficiat suppresso lingua palato.

Quae scriptura nunc pro vulgata est. Ne illam inutilem coniecturam multis refutem, scriptura omnium veterum librorum, quam dedimus, integra ac plana est: *Si iam deficiam* (animo) *suppressaque* (sit) *lingua* (poëtica copia addit nomen loci) *palato* — *nuntiet* (mi-

Nuntiet huc aliquis dominam venisse; resurgam,
Spesque tui nobis causa vigoris erit.
Ergo ego sum vitae dubius; tu forsitan illic 25
Iucundum nostri nescia tempus agis!
Non agis, affirmo: liquet hoc, carissima, nobis,
Tempus agi sine me non nisi triste tibi.

hi) *huc aliquis, dominam* (te, uxorem meam) *venisse,* (et statim) *resurgam et spes tui nobis caussa vigoris erit* (spes tua me reficiet et ad vitam revocabit). — Interpretationem illam verbi *palato* confirmat et illustrat Amor. II, 6, 47.

Nec tamen ignavo stupuerunt verba palato:
Clamavit moriens lingua: Corinna vale.

Apodosin autem incipere a verbo *nuntiet,* non, ut multi interpretantur, ab *resurgam,* neminem, qui attente locum legerit, fugere potest. Ne tamen *et* ante *resurgam* desideres, confer Amor. II, 4, 32.

Illic Hippolytum pone; Priapus erit.

Vid. Trist. III, 8, 16., III, 11, 47. 48. Scriptura *deficiam* confirmatur etiam Pont. I, 3, 9.

Et iam deficiens sic ad tua verba revixi,
Ut solet infuso vena redire mero.

Conf. IV, 6, 39. Verbi in modo coniunctivo omissi apud poëtas non desunt exempla. Met. X, 651.

Hippomenen adii docuique, quis usus in illis (sc. esset).

Conf. XIV, 2., Prop. I, 8, 37. Unus Heins. *reficienda.* Berol. a 1. m. *supremaque.* Meri usus in languentibus ac deficientibus apud scriptores veteres saepe memoratur.

Merkel, deleto post verbum *palato* commate, construit: *et si lingua suppressa mero* (per merum) *palato* (dativ.) *vix restituenda* (*sit*). Parum eleganter. Conf. II, 94. 357.

23. Bersm., Pirckh., Iun. et V alii Heinsii *hic.* Leid. *huic.* — Pal. 1., Iun. et Berol. *nuntiat.* V. 24. Busl. *erat.*

25. *Ergo ego sum.* Apte post tot enumerata mala ingemiscit: *ergo ego sum* . . . Vid. ad III, 2, 1. Put., Gall., Mor., XII alii Heins., Bern., Guelf. a 2. m., Dresd. a 1. m. et vett. edd. *dumque ego sum,* quae scriptura et ipsa ferri potest; sed prior tamen, huic affectui accommodatior videtur. Iun. *dum quoque sum.* Pirckh. *hic ego sum.* Crev. *en ego sum.*

Vitae dubius, ut v. 4. *incertus salutis.* Vid. Met. XV, 438., Lucan. VII. 611. et Rudimann. Gramm. Vol. II. p. 72. — Serv., Busl., Leid., Pirckh. et Bern. *dubius vitae.* Ed. Ven. 1486. et Vicent. *dubius, cum tu forsitan.* Franc. *sic forsitan.* Porro ed. Bonon. et dimidia fere pars codd. *istic.* Ed. pr., edd. Venn., codd. Guelf., Bern., Pal. 1., Put. et multi alii Heins. et nostri, praeter Busl., *illic.*

26. Berol. *iocunde.*

27. *Liquet hoc, carissima, nobis.* Pal. 2., II Heins. et fortasse

Si tamen implevit mea sors, quos debuit, annos,
Et mihi vivendi tam cito finis adest: 30
Quantum erat, o magni, morituro parcere, divi;
Ut saltem patria contumularer humo?
Vel poena in tempus mortis dilata fuisset,
Vel praecessisset mors properata fugam.
Integer hanc potui nuper bene reddere vitam: 35
Exsul ut occiderem, nunc mihi vita data est.

etiam Bern. *liquet, o car., nobis,* quod primus recepit Heinsius. Berol. et vett. edd. *liquet haec—tempora.* Leid. *liquet hic.* Pal. 1., Guelf. et reliqui codd. omnes *liquet hoc,* quod verum puto, neque tamen cum Merkelio iungendum censeo *hoc tempus,* etiam propter illud *nobis* quod pertinet ad *liquet:* sed posito post *nobis* commate construo: *liquet hoc nobis, carissima* (coniux), *tempus a te . . .*

Serv. et Bern. *carissima coniux.*

29. Leid. *sed tamen.* Reg. *si non.* Iun. *implerat.* Burm. Conf. Tib. I, 3, 53. et Trist. IV, 10, 77.

31. *Morituro.* Sic Pal. 1., Guelf., Put., Franc., Reg., Gall., Mor., exc. Voss., Leid., XIII alii et ed. pr. Heinsii, Bern., Berol. et Crev., quod cum Merkelio dedimus tum propter horum librorum auctoritatem, tum quod rationem fatalis necessitatis, quam h. l. urget poëta, distinctius declaret. Reliqui codd. et vett. edd. cum vulgata *perituro.*

Quantum erat, fuisset. Met. IV, 74.

Quantum erat, ut sineres nos toto corpore iungi?

32. *Ut saltem patria . . .:* nam in peregrina sepeliri terra triste veteribus. Vid. Amor. III, 9, 47., Tib. I, 3, 3., Virg. A. IX, 485., Sophocl. Electr. v. 1126. Conf. Trist. I, 2, 54. — Pal. 1. *et saltem.*

33. *Tempus mortis.* Ita Pal. 1., Guelf., Put., Mor., Franc., Reg., Serv., Pirckh., Leid., XXI alii et ed. pr. Heins., Seg., Rel. et Crev., quod cum Merkelio dedimus, propter vett. librorum auctoritatem. Vulgo *mortis tempus.* Hamb. *fuisses.* Iun. *in longum nobis.*

34. *Praecessisset.* Nostri quinque, excepto fortasse uno Berolinensi, Vatt., Mor., Leid., Iun., exc. Voss., et, Merkelio teste, XVII alii Heinsii, ut ego coniicio, tantum non omnes, vett. edd. omnes, Reg. pro v. scr. et Guelf. a 2. m. *praecessisset* h. e. *praevertisset,* quod donec codd. accuratius excussi fuerint, revocandum censuimus, siquidem ad sensum satis aptum est. Vulgo nunc editur *praecepisset,* quod quam auctoritatem veterum librorum habeat, si quam habet, nescitur. Heinsius coniiciebat *praevenisset,* ut est Trist. V, 4, 32., aut *praevertisset,* ut est Met. II, 657.

35. *Reddere vitam. Lucem* Vat. 1. et Leid. Recte. Heins. Caussam non video, cur scripturam omnium codicum praeter duos illos,

Tam procul ignotis igitur moriemur in oris,
Et fient ipso tristia fata loco?
Nec mea consueto languescent corpora lecto,
Depositum nec me qui fleat, ullus erit? 40
Nec dominae lacrimis in nostra cadentibus ora
Accedent animae tempora parva meae?
Nec mandata dabo, nec cum clamore supremo
Labentes oculos condet amica manus?

et veterum edd. *reddere vitam* mutandam putem; cum praesertim nec satis proprie *accipere* et *reddere lucem* de vita dicatur, contra *reddere vitam* Naso etiam alibi dixerit, ac *vita data est* et *reddere vitam* sibi apte respondeant. — Her. XII, 5.

Tunc potui Medea mori bene: quidquid ab illo
Produxi vitae tempore poena fuit.

37. *In oris.* Mor. *in armis.* II alii Heins. *in arvis.* Conf. IV, 10, 110., V, 3, 8., V, 1, 13. — V. 38. Leid. *fiant.* De futuro in hoc affectu vid. ad Her. VI, 75. Bersm. *solo.* Vid. I, 2, 90.

39. *Languescent.* Duo Heins. et Berol. *languescant,* sed Berol. pro v. scr. *languescent.* Pal. 1., Guelf., Mor., Serv. et XIII alii Heins. et eiusdem ed. pr., Dresd., Crev., Rel. et Seg. (?) *languescunt.* Dedimus cum reliquis codd. et vett. edd. futurum, non quasi praesens per se inter futura habere locum non possit; sed quia verbum hoc, ut reliqua, de re futura sc. de morte, quam sibi instare putat, intelligendum est. *Corpora* pro singulari. Vid. ad III, 1, 27.

40. *Depositum,* desperatum, animam agentem. Pont. II, 2, 47.

Iam prope depositus, certe iam frigidus, aegre
Servatus per te, si modo servor, ero.

Vid. de ea voce Serv. ad Virg. A. XII, 395., Ascon. ad Cic. Verr. I. c. 2., Forcell. in v. — Pal. 1. *qui me nec.* Bern. *unus erit.*

42. *Parva.* Duo Heins. *grata.* IV, 6, 39.

Credite deficio, nostroque a corpore, quantum
Auguror, accedent tempora parva malis.

Animae, spiritui, vitae. — Leid. et Heins. ed. pr. *accedant.* Mor., VI alii Heins., Berol. et Crev. *accedunt.* Berol. tamen pro v. scr. *accedent.*

43. *Nec mandata dabo.* Vid. I, 2, 55. — Reg. *nec quae clamore.*

44. *Labentes.* Ita Guelf., Put., Vat., Pal. 2., Iun., Leid., Pirckh., Reg., Serv., VIII alii Heins., ed. pr. et reliquae edd. vett., Berol., Rel. et Dresd. — Reliqui *languentes* e glossa; sunt enim *labentes oculi* i. q. languentes, deficientes, moribundi. Quemadmodum enim caput, corpus, anima, ita etiam oculi *labi* proprie dicuntur. Prop. I, 10, 7.

Quamvis labentes premeret mihi somnus ocellos.

Virg. Aen. XI, 818.

Sed sine funeribus caput hoc, sine honore sepulcri 45
Indeploratum barbara terra teget?
Ecquid, ubi audieris, tota turbabere mente,
Et feries pavida pectora fida manu?
Ecquid, in has frustra tendens tua brachia partes,
Clamabis miseri nomen inane viri? 50
Parce tamen lacerare genas, nec scinde capillos:
Non tibi nunc primum, lux mea, raptus ero;

— — — — labuntur frigida leto
Lumina.

Vid. Burm. ad Art. A. III, 742. et ad Prop. IV, 11, 64.

Condet Pal. 1., Put., unus Vat., exc. Voss., Leid., Iun., Reg., Serv., XI alii Heins., ed. pr. et reliquae vett., Bern., Berol. et Dresd. — Seg. et Crev. *cum det*, q. e. *condet*. Busl. *condat*. Reliqui *claudet*, perpetua horum verborum in codicibus varietate. Vid. ad Her. I, 113. Sed Ovidius verbo *condere* frequentius utitur in hac re, quam *claudere*, et exquisitius est. Vid. Her. I, 113., X, 120., Art. A. III, 742. — Ceterum mos apud veteres erat, ut propinqui eius, qui exspirasset, ter alta voce inclamato nomine, oculos claude-rent. Vid. Virg. Aen. IX, 487., Donat. ad Ter. Eun. II, 3, 56., Guth. de Iure Manium I. c. 13., Kirchm. de Fun. Rom. I. c. 6. Conf. Hom. Od. XI, 426., XXIV, 295. Alius erat clamor supremus in ipsis funeribus combusto rogo *vale vale vale*, de quo vid. Heyn. ad Virg. A. III, 68. et Kirchm. III. c. 8.

46. *Indeploratum*, ut Met. XI, 670., fortasse ab Ovidio novatum verbum, ut alia huius generis permulta. Vid. ad I, 5, 28. — Bern. *turba*. Crev. *inde plorent omnes*.

47. *Ecquid ubi*. Ita Plurimi Heins., Guelf., Berol., Seg., Busl. et vett. edd. praeter Bonon. — Pol. 2., Iun. et VIII alii Heins., quibus Bern., Crev. et Dresd. accedunt, *ecquid ut*, quod dedit Heinsius, grassatus etiam in particulam *ubi*, quam plus centum locis temere eiecit. Nam cur h. l. rectius dicatur *ut*, quam *ubi*, intelligi non potest. Vid. IV, 3, 21. et ad Her. XV, 1. — Put., Gall., Pirckh., IV alii Heins. et ed. Bonon., Dresd. et Rel. *hec simul*. Mor. a 1. m. *hac simul*, a 2. *hec simul*.

48. *Pectora fida*. II Heins. *nuda*. Mor. *moesta*. Mor. *efficies — postera* (!) *nuda*. Berol. *feries panda*.

49. Her. X, 145.

Has tibi, plangendo lugubria pectora lassas,
Infelix tendo trans freta longa manus.

Conf. Hor. Od. IV, 5, 19. — Gall., Pirckh. et Dresd. *numquid*. Ed. Bonon. *heu quid*. Plures, etiam Crev. *et quid*, vulgari errore. Guelf., Leid., Gall., Franc. et ed. pr. Heins. *tendes*. Busl. *tendas frustra*.

51. *Scinde*. Pal. 1. et unus Vat.

Cum patriam amisi, tum me periisse putato:
Et prior et gravior mors fuit illa mihi.
Nunc, si forte potes, (sed non potes,) optima coniux 55
Finitis gaude tot mihi morte malis.
Quod potes, extenua forti mala corde ferendo,
Ad quae iampridem non rude pectus habes.

tende. *Burm.* Rel. a 2. m. *laniare.* Conf. Her. XIV, 51., Met. V, 472.

Parce, abstine, noli; solemnis Nasoni circumlocutio imperativi.

Ceterum mos ille in luctu capillos solvendi ac scindendi persaepe tangitur a vett. scriptoribus. Nonn. in v. *praeficae.* Virg. A. XI, 35., Met. XI, 683., Her. X, 16. —

Sed veteres in luctu etiam pectora nudabant ac percutiebant, discindebant vestimenta, et heroes apud Homerum in pulvere volvuntur eoque sese cooperiunt. Conf. Met. III, 480., IV, 138., V, 472., XI, 680. 725. Delr. ad Senec. Hippol. p. 212.

Pari fere modo Tib. I, 1, 66.

Tu Manes ne laede meos, sed parce solutis
Crinibus et teneris, Delia, parce genis.

52. *Lux mea.* Blanda allocutio, a Tibullo imprimis ac Propertio frequentata. Quanquam Cicero quoque ad Terentiam suam: *en, mea lux, etc.* Mor. *tunc.*

53. *Tum.* Put., Iun., Leid. et Bern. (?) *tunc.* De sententia conf. I, 4, 28. Reg. *putavi.* V. 54. Pol. 1. *mei.* V. 56. Rel. *tot modo.*

57. *Quod potes.* Pal. 1., X alii Heinsii, Bern., Berol. et Rel. *quam.* Mor., Busl., Pirckh. et II alii Heins. *qua.* Reliqui omnes et vett. edd. *quod.* Scriptura *quam,* ab Heinsio primum recepta, nunc pro vulgata est. Nec de Latinitate dubitari potest. Terent. Hec. IV, 4, 12. *turbent porro, quam velint.* Sed restituendum est *quod;* ita integra sententia erit: *Nunc si forte potes,* (sed *non potes,*) *gaude . .; quod* (tamen) *potes, extenua mala forti corde* (ea) *ferendo.* Ac sic plus centies unus dixit Ovidius. Met. I, 657., IV, 684., VI, 203., VII, 147., Fast. V, 472., Trist. I, 7, 8., IV, 2, 57., IV, 3, 18., IV, 10, 112., Her. X, 53., XIII, 41., Amor. I, 4, 65., Art. A. II, 633., Pont. II, 10, 47. Quos locos Heinsius et Burmannus prope omnes corruperunt, uti etiam plane similem huic loco Her. VIII, 5.

Quod potui, renui, ne non invita tenerer;
Cetera femineae non valuere manus.

Vid. etiam Eleg. ad Liv. [v. 237. Busl. *attenua.* Bern. *forti m. mente.* Merkel dedit: *quam potes.*

58. *Ad quae.* Vulg. *ad mala,* et sic etiam vett. edd., nisi quod Veneta I., Ven. a. 1486., et Vic. *at.* Guelf., Reg., Gall., Mor., Busl., Pal. 2., VII alii Heins., Seg., Berol., Dresd., Franc. a 2. m., Rel. a 2. m. *ad quae.* Pal. 1., Put., Serv., Leid., Iun., XII alii Heins., Rel. a

Atque utinam pereant animae cum corpore nostrae,
Effugiatque avidos pars mea nulla rogos! 60
Nam si morte carens vacuus volat altus in auras
Spiritus, et Samii sunt rata dicta senis;

1. m., Bern. *ut quae.* Franc. a 1. m. et Crev. *et quae.* *Mala* e glossa natum videtur, quanquam ad sensum ferri potest. *Ut quae* deberi grammaticis videtur, qui in illo *rudis ad* haererent. Dicitur autem non solum *rudis rei,* sed etiam *in re,* ut Cic. pro Marc. c. 7. et Prop. II, 25, 82. et *ad rem.* Pont. III, 7, 17.

Nos, quibus assuevit fatum crudeliter uti,
Ad mala iam pridem non sumus ulla rudes.

Vid. Broukh. ad Prop. II, 8, 7. et Ruhnk. ad Vellei. II. c. 23. Eodem modo *avidus ad aliquid* Senec. Herc. Fur. v. 839. — Franc., Dresd. et Crev. *habet.*

59. *Animae — nostrae.* Sic libri vett. pro *nostro.* Cror. *Nostro* vett. edd., Dresd. et Crev., et haud dubie etiam plures Heins. — *Animae* pluraliter, ut *corpora* de uno homine. Vid. ad III, 1, 27.

60. *Pars mea. Pars mihi* V (Gall., Pirckh., Leid. et II). Rectius. Heins. *Pars mea,* scriptura omnium prope codd. et vett. edd., recte h. l. dicitur, et ego si quid sentio, etiam rectius, quam *mihi.* Vid. omnino I, 7, 11. Cic. *multas literas tuas uno tempore accepi.* Virg. Ecl. II, 21.

Mille meae Siculis errant in montibus agnae.

Vulgaris oratio est *pars mei.* Ad sententiam, vid. not. ad I, 5, 12.

61. *Vacuas — in auras. Vacuam — auram* primus edidit Heinsius, quod exhibent Put., Pol. 1. e 2., Reg., Mor., Serv., Iun., Franc., X alii Heins. et eiusdem ed. pr., Dresd., Bern. et Rel. — Pal. 1. *vacua — aura.* Guelf. *vacua — auram.* Gall. et Crev. *vacuus — auram.* Reliqui omnes cum vett. edd. *vacuas — auras,* quod cum maiorem habere auctoritatem vetustatis videatur, revocavimus. IV, 3, 41.

Spiritus hic per te patrias exisset in auras.

Pirckh. *vacuus — auras.* Rel. *transibit in auras.*

62. *Dicta.* Iun. et alii *verba.* Sed *dicta* proprie usurpatur de philosophorum placitis ac decretis. Lucret. II, 23. 65., Pont. I, 3, 86. Leid. *sunt sacra.* Burm.

Samius senex per periphrasin est Pythagoras, clarissimus ille philosophus, qui in Samo, maris Aegaei insula (Strab. XIV. p. 438.), natus postea in Italiam venit, *exornavitque eam Graeciam, quae magna dicta est, et privatim et publice praestantissimis et institutis et artibus.* Cic. Tuscul. V. c. 4. Docebat is *τὴν μετεμψύχωσιν,* h. e. animos hominum post mortem non interire, sed usque alios in alia animantium corpora transmigrare, quam doctrinam carmine illustravit Naso Met. XV, 60. seqq. Sed h. l. poëta illud tantum e Pythagorae doctrina est amplexus, quod Pythagoras animos hominum post

Inter Sarmaticas Romana vagabitur umbras,
Perque feros manes hospita semper erit.
Ossa tamen facito parva referantur in urna: 65
Sic ego non etiam mortuus exsul ero.
Non vetat hoc quisquam: fratrem Thebana peremtum
Supposuit tumulo rege vetante soror.
Atque ea cum foliis et amomi pulvere misce,
Inque suburbano condita pone solo; 70

mortem permanere doceret. — Simplicior tamen interpretatio mihi videtur haec, ut Ovidium vulgarem opinionem, animam hominis post mortem evolare in aëra et umbram fieri, auctoritatis caussa tribuere Samio seni putemus. De Pythagora praeter libros, qui sunt de historia philosophiae, vid. Voss. et Heyn. ad Virg. Georg. IV, 221. *Senem* autem quoque auctoritatis caussa Pythagoram appellat. Eodem modo a discipulis suis philosophi saepe *patres* appellantur. Hor. Sat. I, 3, 126., II, 1, 12., Epist. I, 7, 37. ibique interpp. De illo *Samius*, conf. Fast. III, 153. et vid. not. ad III, 7, 20.

63. *Sarmaticas.* Pal. 1., Pirckh., III alii Heins., Seg., Rel., Bern. et ed. Bonon. *Sauromatas.* — Pal. 1., Guelf., exc. Voss., Reg., Leid., Iun. et IV alii Heins. *umbra. Umbras* praeter quod gravius, etiam concinnius est aptiusque verbis illis *feros manes*, quae per copiam poëticam addita idem valent, quod *Sarmaticas umbras.* De Sarmatia dictum est ad II, 198. Manes insepultorum errare communis vetustatis superstitio erat, quam poëtae alebant. Met. VII, 611.

Qui lacriment desunt, indefletaequae vagantur
Natarum matrumque animae, iuvenumque.

Conf. Tertull. de Anima c. 56. et Ov. Pont. I, 2, 60. 113.

64. *Per manes* fere dictum est, ut Virg. Georg. IV, 562. *per populos.* Val. Flacc. VI, 492.

Lilia per vernos lucent velut alba colores.

De re conf. V, 7, 24.

65. *Facito referantur.* Vid. ad 1, 1, 119. — Prop. II, 10, 31.

Deinde, ubi suppositus cinerem me fecerit ardor,
Accipiat manes parvula testa meos.

Mor. *parva ut referantur.*

66. *Si non ex toto* unus. Burm. Crev. *namque m. non semper exsul.*

67. *Non vetat.* Pirckh. et V alii Heins., Crev. a 2. m. et ed. Bonon. *nec*, quod primum recepit Heinsius. Ad sensum utrumque ferri potest. Igitur cum omnibus fere codd. et vett. edd. restituimus *non*, quod mihi etiam h. l. elegantius videtur. Conf. not. ad I, 7, 27. Mor. et Bern. *negat.*

Thebana soror, periphrasis, qualis *Samius senex* v. 62. Dicit autem Antigonam, de qua vid. ad II, 402.

69. *Amomi.* Cineres combusto-

Quosque legat versus oculo properante viator,
Grandibus in tumuli marmore caede notis:
HIC EGO QUI IACEO, TENERORUM LUSOR AMORUM,
INGENIO PERII NASO POETA MEO.

rum cadaverum collecti miscebantur odoribus, velut pulvere amomi, floribus foliisque odoratis. Tibulli locum, quo haec res illustratur, apponam. III, 2, 17.

Pars quae sola mei superabit corporis, ossa
Incinctae (*mater cum Neaera*) nigra candida veste legant;
Et primum annoso spargant collecta Lyaeo,
Mox etiam niveo fundere lacte parent;
Post haec carbaseis humorem tollere velis,
Atque in marmorea ponere sicca domo.
Illuc, quas mittit dives Panchaïa merces,
Eoique Arabes, pinguis et Assyria,
Et nostri memores lacrimae fundantur eodem, etc.

Conf. Tib. I, 3, 7., Prop. I, 17, 22., Virg. Aen. VI, 212., Pont. I, 19, 51., Kirchm. de Fun. R. p. 226. — De *amomo* Plin. N. H. XII. c. 13., XVI. c. 22., Salm. exercitt. Plin. p. 284., Dioscor. I. c. 14.

70. *Inque.* Unus Heins. et vett. edd. *atque*, e versu praecedenti. Eaedem vett. edd. *crede*, quod recentiorem Latinitatem redolet. — *Solo* Pal. 1. et 2., Guelf., Reg., Gall., Serv., Leid., Iun., Franc., XV alii Heins. et eiusdem ed. pr., Bern. et nostri V, nisi quod Seg. a 1. m. *loco*. Reliqui codd. et vett. edd. *loco*.

Suburbano, proxime Urbem. Sepulcra autem Romanorum exstruebantur ad vias publicas, praecipue Flaminiam, Aureliam, Latinam et Appiam. Inde h. l. *quos legat viator* et v. 75. *qui transis*, ac tam frequens in inscriptionibus mentio viatorum, ut *sta viator*, al. Kirchm. de Fun. R. II. c. 13. 22. et aliis locis, Suet. Calig. c. 59. Prop. IV, 7, 83.

Hoc carmen media dignum me scribe columna,
Sed breve, quod currens vector ab legat.

Gall. *corpora pone*. V. 71. Dresd. *leget*.

72. *Grandibus — notis*. *Notae* sunt literae, genus pro specie, ut *notare* pro *scribere* dicitur. Vid. Her. I, 62. *Grandibus* ut longe *conspicuis*, uti a praetereuntibus legi facile possent. Cic. Verr. IV. c. 34. *Haec* (Diana) *erat posita Segestae, sane excelsa in basi: in qua grandibus literis P. Africani nomen erat incisum*.

Hamb. et Serv. *in tituli*. Male. Fast. III, 545.

Compositusque cinis tumulique in marmore carmen
Hoc breve, quod moriens ipsa reliquit, erat.

Metam. XIV, 441.

— — — — urnaque Aeneïa nutrix
Condita marmoreo tumulo breve carmen habebat.

III Heins. *scribe*. Rel. a 1. m. *margine*.

73. *Hic ego*. Naso sibi ipse inscriptionem sepulcri facit, in quo genere hic poëta excellit. Vid. Her. II, 146., V, 29., VII, 195., XIV,

At tibi, qui transis, ne sit grave, quisquis amasti, 75
Dicere: nasonis molliter ossa cubent!
Hoc satis in tumulo est: etenim maiora libelli
Et diuturna magis sunt monumenta mei;
Quos ego confido, quamvis nocuere, daturos
Nomen et auctori tempora longa suo. 80
Tu tamen exstincto feralia munera ferto,
Deque tuis lacrimis humida serta dato.

129., XV, 183., Amor. II, 6, 61., Met. II, 326. Praeiverant ei Virgilius, Tibull. I, 3, 27., III, 2, 29., Prop. II, 13, 15., item Naevius, Pacuvius, Plautus, alii. Vid. Gell. N. A. I. 24. *Amorum.* Conf. IV, 10, 1., V, 1. 22. Gall. *doctor.*

74. *Ingenio perii.* II, 12.

— — ingenio poena reperta meo.

Pont. III, 5, 4.

Laesus ab ingenio Naso poëta suo.

75. *Quisquis.* Vat. 1. *quicquis.* III *quicquid.* Modon. *quisquid.* Heins. *Quicquid* etiam Seg. et Leid. a 1. m. Bern. *dum transis.* Idem *ne sit male.* Prop. IV, 7, 33.

Hoc etiam grave erat, nulla mercede hiacynthos
Iniicere et fracto busta piare cado.

76. *Molliter ossa cubent.* Haec verba idem declarant, quod solemnis illa sepultis bene precandi formula, quae sepulcris etiam inscripta reperitur his notis S. T. T. L. q. e. *sit tibi terra levis.* Vid. III. 11, 25., Her. VII, 162., Amor. III, 9, 68., Tib. II, 4, 49., Kirchm. de Fun. R. III. c. 9., Brisson. de Form. I. n. 146.

77. *In tumulo est.* Heinsius ex Put., Vat. 1., Pal. 2., utroque Pol., Serv. et IV aliis (quibus Berol., Dresd. et Rel. accedunt) edidit *in titulo.* Malc. Verba *in tumulo,* illa *in tumuli marmore* v. 72. brevius repetunt. Ac sensus loci est: *Hoc* (hi versus) *in tumulo sive sepulcro satis est: etenim maiora,* quam sepulcri monumentum est, *et magis diuturna monumenta.* . . . — Bern., Crev. et Rel. *est* omittunt.

78. *Mei.* *Mihi* Guelf., Pal. 2., Leid., Iun., Serv., Franc., IX alii Heinsii cum Rel. et prima ed. Conf. I, 7, 11. Ad sententiam conf. III, 7, 50., IV, 10, 130., Metam. XV, 871. seqq.

81. *Tu tamen.* Put. et Iun. *et tamen.* Rel. *aeterno.* Reg. *exst. coniux haec munera f.* V Heins., Berol., Rel., Crev. *federa.* Ed. pr. *funera.* *Munera semper* vett. edd. et Leid. — *Feralia munera* sunt inferiae, quae mortuis imprimis in Feralibus ferebantur. Quae illae fuerint docet Fast. II, 537.

Tegula (*sepulcri*) proiectis satis est velata coronis,
Et sparsae fruges parcaque mica salis,
Inque mero mollita Ceres, violaeque solutae.

Quamvis in cinerem corpus mutaverit ignis,
Sentiet officium maesta favilla pium.
Scribere plura libet, sed vox mihi fessa loquendo 85
Dictandi vires siccaque lingua negat.
Accipe supremo dictum mihi forsitan ore,
Quod tibi qui mittit non habet ipse, vale.

ELEGIA IV.

Amicum monet, ut intra mediocritatem fortunae sese contineat, potentiumque familiaritatem, quae nocere possit, vitet, laudataque eius fide precatur, ut sui memoriam conservare velit.

O mihi care quidem semper, sed tempore duro
Cognite, res postquam procubuere meae,

Adde preces positis et sua verba focis.

Vid. Tibull. II, 6, 31., Virg. A. V, 94., III, 66., VI, 243., Kirchm. de Fun. Rom. p. 560. — V. 82. Bern. *suis.*

83. *In cinerem.* Busl., Leid., et IV alii Heins. *in cineres.* Klein hac in re *in cinerem* unitatis numero semper praeferri statuit cum Heinsio ad Her. I, 24. et Burm. ad Prop. II, 10, 31. Sed non recte eos id docuisse pluribus explicavimus ad Her. l. l. Pont. I, 2, 111. de suis cineribus poëta loquens:

Nec male compositos, ut scilicet exsule dignum,
Bistonii cineres ungula pulset equi.

Vid. Trist. V, 12, 68. et not. ad III, 1, 27. Retinuimus tamen *in cinerem,* nimirum propter auctoritatem veterum librorum.

84. *Sentiet officium.* Prop. II, 10, 41.

Interea cave sis nos aspernata sepultos:
Non nihil ad verum conscia terra sapit.

Put., Gall., Busl. et VI alii Heinsii *tuum.*

85. *Fessa.* „*Vox mihi fessa est loquendo et sicca lingua negat vires dictandi* vel *ad dictandum.*“ *Que* in quarto loco vid. IV, 1, 40. Pal. 1. *vox mea.* Bern. *mens mihi.* Idem v. 86. *dictanti.* Gall. *linguaque sicca.* Iun., Seg., Crev. et Rel. *vetat.* V. 87. Iun. *tibi.*

88. *Vale.* Ὠκύμορον; *vale* enim h. l. positum est et formulae loco et proprie pro salute. Vid. ad V, 13, 1. et conf. II, 434. Bern., Iun. et vett. edd. *ille.*

ELEGIA IV.

2. *Procubuere* ducta metaphora a ruinosa domo. Vid. Fast. IV, 233., Pont. I, 9, 14., et conf. Trist.

Usibus edocto si quicquam credis amico,
Vive tibi, et longe nomina magna fuge.
Vive tibi, quantumque potes praelustria vita: 5
Saevum praelustri fulmen ab arce venit.
Nam quanquam soli possunt prodesse potentes;
Non prosit potius, si quis obesse potest.

I, 6, 5., I, 9, 19. Iun. male: *succubuere.* V. 3. Bern. *versibus.*

4. *Nomina magna fuge.* Hor. Epist. I, 10, 31. *fuge magna,* ubi vid. interpp.

5. *Praelustria.* Nasoni frequens ac proprium vocabulum. Sic *praesignis* Met. III, 32., *praenubilus* Amor. III, 13, 7. Vid. not. ad I, 5, 28.

6. *Ab arce.* Guelf., Put., Pal. 2., Leid., Pirckh., Reg., Gall., Mor., Serv., XV alii Heins. et ed. pr., Segu., Bern., Dresd., Rel., Berol. et Crev. *ab igne.* Iun. *ab hoste.*

Arcem et *fulmina* coeli dicit, sed ita, ut innuat arcem capitolii, unde fulmen in ipsum venerat. I, 1, 72.

Venit in hoc illa fulmen ab arce caput.

V. 7. Serv., Iun., Dresd. et Heinsii ed. pr. *possint.*

7. *Non prosit potius, etc.* Vett. edd.:

Non prosunt, potius plurimum obesse solent.

Unus Vat., Pal. 2. (et Berol.) habent:

Non potius prodest, si quis obesse potest.

Aldus et Maff.: *Non prosit potius.* *Crop.* H. Stephanus Animadv. in Adag. Erasmi: *Procul a Iove et fulmine,* eiecto illo versu:

Non prosunt, potius plurimum obesse solent —

reponit ex melioribus II. (?):

Non prosit potius, si quis obesse potest.

Recte id quidem; sed nec sic in his verss. Nasonem agnosco. *Heins.* Non video, quid offenderit Heinsium in illa scriptura, quam plurimi agnoscunt (?). Sensus etiam clarissimus: *licet soli potentes beneficia et munera conferre possint, careas potius amicitia, quae etiam nocere potest. Potentes* Ciceronem et alios simpliciter usos esse, lexicographi docent. Epist. V, 85.

— — — —.cupio fieri matrona potentis.

Et hic *potentes* sunt illi amici et magnae amicitiae, quas fugiendas docet Naso. Oppositio verborum *prodesse* et *obesse* est etiam V, 1, 66., Met. XI, 320.; et Nasoni antitheta illa fuisse in deliciis quis nescit? *Burm.*

Guelf. a pr. m., ut veteres edd., a sec. *vel non prodest, si quis obesse potest. Non prodest* Franc., Reg., Busl., Pirckh., Iun., Bern. et Crev. *Prosunt* Gall. et Serv. — Scripturam:

Non prosit potius, si quis obesse potest —

habent Leid. nisi quod *si quid* vel *sed quid,* uterque Pol., sed in postremo tantum hemistichio, et Berolinensis.

Effugit hibernas demissa antenna procellas,
Lataque plus parvis vela timoris habent. 10
Adspicis, ut summa cortex levis innatet unda,
Cum grave nexa simul retia mergat onus.
Haec ego si monitor monitus prius ipse fuissem;
In qua debebam, forsitan urbe forem.
Dum tecum vixi, dum me levis aura ferebat, 15
Haec mea per placidas cymba cucurrit aquas.

9. Monitum hoc a simili confirmat. *Antenna* iugum sive lignum transversum et mobile in navis malo, cui velum alligatur et quo demittitur. Opponitur igitur versus 9. versui 10.; nam *lata vela* sunt expansa, turgida. Hirt. Bell. Alex. c. 45. *demittere antennas ad medium malum.* — Pal. 1. et VII alii apud Burm. *dimissa.*

11. *Cortex* per onomasiam pro *subere* sive *tragula,* reti piscatorio adhaerente, de quo vid. Plin. H. N. XVI. c. 8. 14. *Onus,* pondus plumbi vel lapidis. *Innatet* cum scriptis suis dedit Ciofanus loco scripturae veterum edd., quam etiam Pirckh. exhibet, *innatat.* Ac sunt qui doceant, *adspicis* et *adspice ut* recte cum indic. poni, cuius usus dicendi multa imprimis e Virgilio citantur exempla. Verum in illis apud Virgilium locis plerisque duae sunt interrogationes sive sententiae absolutae, quae tunc locum habere possunt, si res praesentes sunt, ut quasi digito monstrentur; velut Aen. VI, 856.

Adspice, ut insignis spoliis Marcellus opimis
Ingreditur, victorque viros supereminet omnes.

Ubi Germani diceremus: *Schau, wie geht dort Marcellus .... einher.* At illud in hunc locum Ovidii non cadit; neque in I, 9; 7.

Adspicis, ut veniant ad candida tecta columbae.

13. *Haec ego si monitor.* Construe: *Si ego monitor* (h. e. qui nunc moneo) *ipse prius haec monitus fuissem.* Vett. edd., Reg., Put., Iun., V alii Heins., Seg. et Crev. *his ego si monitis.* Leid. *his ego si monitus monitis.* Exc. Voss. *his ego quae moneo monitus.* — — *Haec ego quae monitor* Guelf. a 1. m., Franc., uterque Pol., Serv., Dresd., Rel., qui *monitis monitus. His ego si monitor monitus* Pal. 1., Gall., Mor., Busl., IX alii Heins., Bern., Berol. et Ed. pr. — Ad sensum nihil differt; et *haec* sive *his* refertur ad ea quae monuit a v. 4 — 12. Itaque sola vetustatis auctoritate res diiudicari poterit; nisi quod *his* insolentius est et e scriptura *monitis* originem traxisse videtur. Franc. *prius ante fuissem.*

14. *Debebam.* Sic vett. edd., Guelf. et reliqui codd., nisi quod pr. Pal., III Heins., aliquot (?) Ciof. et Rel. habent *debueram.* Sed *debebam* aptissimum est ad illud *forem;* certe *debueram* novandi nulla videtur esse caussa.

15. *Dum tecum vixi.* Intellige:

Qui cadit in plano (vix hoc tamen evenit ipsum),
Sic cadit, ut tacta surgere possit humo;
At miser Elpenor, tecto delapsus ab alto,
Occurrit regi flebilis umbra suo. 20
Quid fuit, ut tutas agitaret Daedalus alas,
Icarus immensas nomine signet aquas?

Dum tecum in mediocri conditione vixi, nec altiores amicitias quaesivi. De metaphora illa *levis aura ferebat* conf. Hor. Epist. II, 2, 201. Gall. *vixi tecum.* — V. 16. Serv. *placitas.* Leid. *recurrit.* — V. 17. Busl. *evenit unquam.*

19. *Elpenor.* Pal. 1., Guelf., Bern. et Leid. *Alphenor.* Quidam Heins., et nostri *Alpenor. Elpenor* fuit unus e sociis Ulixis, qui quum in insula Circes venenatis poculis, a Circe mixtis, ebrius factus esset, de tecto vel de scalis delapsus periit. Hic regi, Ulixi, in tartaro occurrit fatumque suum narrat. Hom. Od. X, 552. seqq. et XI, 51. seqq., Metam. XIV, 252. De Ulixe rege vid. ad I, 5, 57. — Mor. *dilapsus.*

20. *Flebilis umbra.* Guelf., Vat. 1., uterque Pol., Pal. 2., Pirckh., Leid., Reg., Serv., Busl., Bern. et ed. pr. *debilis.* Alluditur ad lapsum Elpenoris. *Claudum* et *debilem* coniunxit Apul. Met. III., et L. VI. *debilem* vocat asinarium, quem paullo ante *claudum* dixerat. Heins. Ita passim veteres vocabant *debiles,* qui membro aliquo capti aut debilitati erant. Suet. Vesp. c. 7. *debilis crure,* et Minuc. Fel. Vulcanum claudum et *debilem* vocat. Vid. Gif. Indic. Lucret. Burm. Sed ego non video, cur non maiorem auctoritatem librorum sequamur et vulgatam retineamus, quam etiam Homerus, quem poëta in hac fabula sequitur, confirmat in Od. XI, 55.

Τὸν μὲν ἐγὼ δάκρυσα ἰδὼν ἐλέησά τε θύμῳ.

Conf. Hor. Od. I, 24, 9.

21. *Agitaret.* Lege *agitarit,* ut illi *signet* melius respondeat. Heins. *Agitaret* recte habet, quod actionem significat illius tantum temporis, recte etiam mutato tempore *signet*, quod rem adhuc durantem declarat; nam *signet* est fere pro *signare etiam nunc pergat.* Ad sententiam pertinet Her. XVII, 208.

Et qui Myrtoas crimine signet aquas.

Reg., Mor., Leid., Iun. et IV alii Heins. *signat.* Gall., Busl., Pirckh., V Heins., Bern., Segu., Rel. *fecit.* Bern. et II alii apud Burm. *Icarias* pro *immensas,* probante Bentleio ad Hor. Od. II, 20, 13. Sed fluxit ea scriptura ex I, 1, 98. — *Immensae — aquae* circumlocutio *maris.* Duo ap. Burm. *aequoreas.* Leid., Serv., Berol. et Heinsii pr. ed. *immersas.* Barb.:

Icarias aequor nomine sumat aquas.

Fabula haec est: Daedalus cum a Minoe Cretensium rege, cui Labyrinthum fabricarat, iniuste detineretur, factis sibi et Icaro filio alis cera compactis avolavit. Icarus

Nempe quod hic alte, demissius ille volabat: ....
Nam pennas ambo non habuere suas.
Crede mihi, bene qui latuit, bene vixit, et intra 25
Fortunam debet quisque manere suam.

vero quum nimis alte volaret, cera solis calore liquefacta, in mare Aegaeum prope insulam, Samo vicinam, decidit, indeque ea insula Icaria, mare autem vicinum Icarium appellatum est. Daedalus salvus in Siciliam pervenit. Hyg. F. 4., Apollod. III. c. 15., Virg. A. VI, 14., Metam. VIII, 183. seqq. Conf. Trist. I, 1, 90.

23. *Nempe* confirmantis est, ita ut, ad quem conversa oratio est, rem concedere significetur aut exspectetur; ac plerumque post interrogationes, et saepe non sine ironia et acerbitate ponitur. Metam. XIII, 93.

Ecce ferunt Troes ferrumque ignemque Iovemque
In Danaas classes: ubi nunc facundus Ulixes?
Nempe ego mille meo protexi pectore puppes,
Spem vestri reditus.

Fast. II, 667.

Quid, nova cum fierent Capitolia? Nempe deorum
Cuncta Iovi cessit turba locumque dedit.

Tibull. II, 3, 27.

Delos ubi nunc, Phoebe, tua est? ubi Delphica Pytho?
Nempe Amor in parva te iubet esse casa.

Virg. Georg. III, 298.

Quid iuvenis, magnum cui versat in ossibus ignem
Durus amor? Nempe abruptis turbata procellis
Nocte natat caeca serus freta, etc.

Conf. Trist. III, 7, 41., V, 5, 56., Her. VI, 144., VII, 141., IX, 61. 70., XVII, 223., XX, 93., Amor. III, 7, 47., Hor. Epist. I, 10, 22., Sat. II, 7, 80. et I, 10, 1.

Pirckh. et ed. Bonon. *dimissus at ille.* Dresd. et Gall. *demissus et ille.* Bern., Pal. pr. *demissus ille.*

14. *Pennas non h. suas.* Bentleius ad Hor. Od. II, 20, 13. coniungit *non suas,* q. e. *non naturales,* vel ut Hor. Od. I, 3, 35. loquitur, *non homini datas.* Sic Virg. Georg. II, 82.

Miranturque novas frondes et non sua poma.

Metam. III, 203. de Actaeone in cervum mutato:

— — — — lacrimaeque per ora
Non sua fluxerunt.

Her. XIV, 90. de Io in vaccam mutata:

Cornuaque in patriis non sua vidit aquis.

Sed h. l. *non* recte iungitur verbo, quo fert positio: *nam ambo non habuere alas, quae propriae ipsis ac naturales essent.*

25. *Bene qui latuit.* Rem, quae fieri solet, ut factam enuntiat, quod vulgo praeteritum *cum potestate solere* appellant. Imprimis in comparationibus frequens oratio. Hor. Epist. I, 17, 10.

Nec vixit male, qui natus moriensque fefellit.

Ubi vid. Lambin. Ceterum est Epicuri illud λάθε βιώσας.

Non foret Eumedes orbus, si filius eius
Stultus Achilleos non adamasset equos;
Nec natum in flamma vidisset, in arbore natas,
Cepisset genitor si Phaëthonta Merops. 30

Intra fortunam. Praefero *infra* ex V codd. (Pal. 1., Mor., Busl. et II aliis), nec aliter Prop. III, 7, 1.

Maecenas eques Etrusco de sanguine regum,
Infra fortunam qui cupis esse tuam.
Heins.

Errat Heinsius. Bene Propertius illo loco *infra*, et bene Ovidius isto loco *intra:* nam Ovidius amico mediocris conditionis suadet, ut intra mediocritatem sese contineat neu extra sive supra eam sese extollat; Maecenas autem ipsa fortuna sua (nam erat e genere regio) minorem sese gerebat, certe ita poëtae adulabantur. V. 26. Gall. *latere.* Crev. *fortunam quisque debet amare suam.*

27. *Eumedes,* Troianus, qui filium habuit Dolonem:

Qui quondam, castra ut Danaum speculator adiret,
Ausus Pelidae pretium sibi poscere currus:
Illum Tydides alio pro talibus ausis
Adfecit pretio; nec equis adspirat Achillis.

Ut est apud Virg. A. XII, 349. Rem copiose et elegantissime narrat Hom. Il. X. a v. 314. Conf. Met. XIII, 243. seqq. et Ib. v. 629.

Eius a poëtis, praecipue in fine versiculi raro usurpatur. Est tamen apud Nasonem Met. VIII, 16., Pont. IV, 16, 6. Vid. etiam Virg. A. I, 413., Prop. IV, 6, 67., Tib. I, 7, 25. et quos locos collegit Steuber in Seebodii Biblioth. Crit. a. 1820. p. 60.

Ceterum scripturam *Eumedes,* de qua dubitari non potest, paucissimi tantum codices servarunt: Serv., Reg. et Bern. — Pal. 1., Guelf., Franc., Dresd., Busl. et multi alii et vett. edd. *Eumenides.* Put. *Emetrides,* alii alias ineptias. — V. 28. Unus Heins. *agitaret* a sciolo.

29. *In flamma.* Pal. 1., Put., Reg., Mor., Iun. et VIII alii Heins. *in flammas.* Duo et ed. pr. Heinsii *in flammam.* Pal. 2., Pirckh., Franc., Gall., III alii Heins., Rel. et Dresd. *in flammis.* Gall. *in* omittit.

Fabulam vide ad IV, 3, 66.

30. *Cepisset.* Eleganter dicitur: *Merops Phaëthonta non cepit,* quia Phaëthon stolide ad maiora adspirabat, non contentus patre mortali, sed cupiens solis se filium haberi. Perperam igitur *flexisset* coniecerunt. Notum est illud Maronis Aen. IX, 644. *nec te Troia capit.* Claud. de Ruf. II, 155.

— — — — — — non orbita solis,
Non illum natura capit.

Senec. Herc. Fur. v. 960. *non capit terra Herculem.* Sed Naso audacius loquitur: *nam Merops Phaëthonta non cepit,* quia is prae fastu immortalem ac patre mortali ampliorem se ipse censebat, at Herculem terra non cepit, quia vere magnus erat.

Unus Heins. *Phaëth. suum.* Iun. *genitum. Phethonta* vett. libri, ut *hec* pro *haec, certe* pro *certae,* al.

Tu quoque formida nimium sublimia semper,
Propositique precor contrahe vela tui.
Nam pede inoffenso spatium decurrere vitae
Dignus es, et fato candidiore frui.
Quae pro te ut voveam, miti pietate mereris 35
Haesuraque mihi tempus in omne fide.
Vidi ego te tali vultu mea fata gementem,
Qualem credibile est ore fuisse meo;
Nostra tuas vidi lacrimas super ora cadentes,
Tempore quas uno fidaque verba bibi. 40

32. *Precor.* Heinsius primus recepit *memor,* cum Busl., Pirckh. et II aliis et ed. Bonon. Sed *memor* si scriberetur, hoc propositum amicus iam ante habuisset. At poëta amico suadet, ut intra mediocritatem se contineat, neu vota sua longius extendat. Accedit omnium prope vett. librorum in optima scriptura *precor* consensus. Conf. Hor. Od. I, 5, 17., II, 10. in fine, ubi vid. Mitscherl., et Pont. I, 8, 72.

33. *Decurrere.* Pal. 2, et vett. edd. *procurrere.* Pirckh. et Dresd. pro v. scr. *percurrere.* Franc. pro v. scr. *nam per inoffensae.*

Inoffenso. Vid. I, 9, 1.

34. *Candidiore,* laetiore. Tib. III, 6, 30.

Sis felix et sint candida fata tua.

Vid. not. ad V, 5, 8.

35. Unus Heinsii *ut* omittit. Vett. edd. *quod pro te ut.* Berol. et Iun. *hoc pro te ut.* Leid. *tanti pietate.* Ed. Bonon. *meriti pietate.*

36. *Haesura mihi,* animo meo infixa mansura. Conf. v. 63.

37. *Vultu* ne cum Heinsio suspectum aut non Ovidianum habeamus, monet ipsa consuetudo dicendi significatioque verborum *vultus* et *os,* et est geminus locus Met. V, 206.

Marmoreoque manet vultus mirantis in ore.

Conf. Trist. III, 5, 11. De *ore* pro *in ore* vid. Met. III, 408., VII, 547. et Zumpt. Gramm. L. §. 481. Busl. *vidi te talem.* Rel. *vultu tali.*

39. Busl. *caducas.* Vid. III, 3, 41. Conf. Pont. I, 9, 19. Mor. et Franc. *lacrimas vidi.*

40. *Bibi.* Vett. edd., Gall., Mor., V alii Heins., Bern., item pro v. scr. Dresd. et Rel. *dabas,* quae scriptura ad *lacrimas* satis apta est (vid. indices Ovidii), at non ad *verba:* nam *verba dare* est *fallere,* ut supra docuimus. Integra est scriptura omnium prope codd. *bibi.* Conf. III, 5, 14. et Prop. III, 4, 8. — Busl. a 1. m. et Rel. pro v. scr. *dedi.* Reg. *tuli.* Pal. 1., Vat. 1. et 2. et II alii Heins. *verbaque fida.*

Nunc quoque summotum studio defendis amicum,
Et mala, vix ulla parte levanda, levas.
Vive sine invidia, mollesque inglorius annos
Exige, amicitias et tibi iunge pares,
Nasonisque tui, quod adhuc non exsulat unum, 45
Nomen ama: Scythicus cetera Pontus habet.

ELEGIA V. (IV.)

Vulgo, quae nos duo carmina fecimus, quartum et quintum, in unum coniuncta leguntur, atque ita etiam veteres editiones et plurimi codices manu scripti exhibent. Nonnulli tamen apud Heinsium codd. et e nostris Reland. v. 46. Elegiam claudunt, et a v. 47. incipiunt novam. Glossa codicis Francof.: Alii dixerunt hic incipere Epistolam, in qua alloquitur omnes suos amicos. Atque versus 1—46. plenum per se conficere carmen, affirmare non dubito: nam primum elegia versibus 43—46. apte ac prorsus de more Ovidiano concluditur; deinde sic per totam elegiam ad unum tantum ubique conversa oratio est, nihil enim esse ineptius videtur, quam poëtam in fine carminis cum

41. *Summotum.* Sic plurimi veteres et edd. priscae, quod est efficacius, quam scriptura X codicum *semotum.* IV, 2, 57.

Haec ego summotus qua possum mente videbo.

IV, 9, 17.

Quod Scythicis habitem longe summotus in oris.

Pont. III, 4, 91.

Nec mea verba legis, qui sum summotus ad Istrum.

Conf. Fast. II, 140. *Heins. Semotum* etiam Rel.

43. *Sine invidia,* consequens pro antecedente; est enim sine splendore nominis, cuius comes invidia. *Inglorius.* Virg. Georg. II, 485.

Rura mihi et rigui placeant in vallibus amnes,
Fluminaque amem silvasque inglorius —

Reg. et Mor. *que* omittunt.

44. *Exige.* Busl. *excipe.* Virg. A. I, 75.

Omnes ut tecum meritis pro talibus annos
Exigat.

45. *Quod—unum.* Conf. I, 7, 8. et III, 14, 8.

46. *Scythicus Pontus,* q. e. Pontus, qui est prope Scythiam, vel qui Scythiam alluit.

Habet, tenet.

per versus LVI cum uno locutus sit, ad multos vel omnes amicos sermonem convertere. Denique in uno eleganter hi versus LVI versantur argumento: periculosum esse magnas affectare amicitias, idque poëta ita in iis persequitur atque absolvit, ut artis legibus atque sensui quem aestheticum appellamus, plane satisfaciat. Pari modo qui sequuntur versus triginta (v. 47—77.) et ipsi totum ac plenum carmen conficiunt; in quo poëta exsilii longinquitatem desideriumque suum patriae apud amicos conqueritur rogatque, ut sese amare pergant et mala sua quo possint modo levare studeant. Atque hoc quoque carmen propria, argumentoque illi aptissima ac vere Ovidiana conclusione finitur. Quod autem ad tot veterum librorum consensum attinet, similem inventionem librariorum videmus etiam I, 4. III, 2. IV, 5. III, 8. III, 9.

Amicis exsilii longinquitatem desideriumque suum Urbis queritur, rogatque, ut se amare pergant, et mala sua quo possint modo levare studeant.

Proxima sideribus tellus Erymanthidos Ursae
Me tenet, adstricto terra perusta gelu.
Bosporos et Tanaïs superant Scythiaeque paludes,
Vixque satis noti nomina pauca loci. (50)
Ulterius nihil est nisi non habitabile frigus. 5
Heu quam vicina est ultima terra mihi!

ELEGIA V.

1. *Erymanthidos Ursae.* Vid. ad IV, 3, 1., II, 190., I, 3, 103.

2. *Adstricto. Adstringit* frigus, calor laxat. *Frigus* autem, res efficiens, adiectivum *adstrictus* sumit ab effectu. Bern. *attrito.* De *perusta* vid. ad III, 2, 8. Bonon. *praeusta.*

3. *Scythiaeque.* Sic Bern., Dresd., Iun., Leid., Pal. 1., Guelf. et vett. edd. — Put., XXIV Heins., Rel., Berol. et Crev. *Scycieque,* q. e. *Scytiaeque.* Reliqui non multi *Scythicaeque.* — — Intelligenda autem *palus Maeotis,* ut patet ex coniunctis; nam *Bosporos* est Cimmericus (Vid. II, 298.), quo freto palus Maeotis Ponto Euxino iungitur, et Tanais, fluvius Scythiae, in paludem Maeoticam sese exonerat. Strab. XI. p. 341. et VII. p. 314., Mela I. c. 19. *Superant,* ulterius sunt versus septentrionem. Dresd. *Bosphorus.*

4. Pal. 1. *vix satis et noti.* Busl., Pirckh., Iun., Bern., Berol. *novi.* Serv. *noto n. p. loqui.* Put. *nom. tuta.* Reg. pro v. scr. *nom. plura.* Leid. *vix s. est nato n. p. legi.* Pal. 2. *vix s. est noto n. p. loci.* V. 5. Busl. *nil.*

At longe patria est, longe carissima coniux,
Quicquid et haec nobis post duo dulce fuit.
Sic tamen haec absunt, ut, quae contingere non est (55)
Corpore, sint animo cuncta videnda meo. 10
Ante oculos errat domus, Urbs et forma locorum,
Succeduntque suis singula facta locis.
Coniugis ante oculos, sicut praesentis, imago est;
Illa meos casus ingravat, illa levat. (60)
Ingravat hoc, quod abest; levat hoc, quod praestat amorem, 15
Impositumque sibi firma tuetur onus.

7. *At longe patria est.* Conf. IV, 6, 45. — Gall., Serv., Berol. et vett. edd. *longe est patria.* Iun. *fidissima.*

9. *Non est,* non licet, οὐκ ἐστὶν, a poëtis, imprimis a Nasone, frequentata oratio. I, 2, 110., III, 13, 15., V, 11, 19., Her. XVIII, 135. Heins. ad Art. A. II, 27. Franc. et VIII alii ap. Burm. *non sunt.* Gall. *si tamen.* V. 10. Leid. *corpora.*

11. *Errat.* Numeri duriores satis arguunt versum esse mendosum. *Errant* Gall., Iun., tres alii (etiam Bern. et Rel.). Busl. *aderat.* Leid. a 1. m. *exstat.* Medon.:

Ante oculos urbs ac haeret fortuna locorum.

Hamb.:

Ante oculos domus urbis erat et forma locorum.

HEINS.

Non video duriores quam par est numeros; et praeterea Naso inter res, quas in exsilio suo desiderat, suam saepissime domum ponit. III, 2, 21.

Roma domusque subit desideriumque locorum.

III, 8, 45.

En ego cum patria caream, vobisque domoque.

III, 9, 9. Mallem tamen cum V illis *errant.* BURM. Revocavi cum longe maiore vett. librorum auctoritate *errat.* Vid. II. 501., III, 3, 23., III, 2, 21. Berol. *domus urbsque et forma.* II Heinsii, Seg. et Crev. *domus et fortuna loc.* — Ceterum, ut h. l. *errare* dicitur, Senec. Herc. fur. v. 1280. *oberrare. Iam dudum mihi monstrum impium saevumque oberrat,* q. e. obversatur.

12. Leid., Pal. 2., Pirckh., Dresd. a 1. m. et vett. edd. *acceduntque.*

13. Guelf. a 1. m. cum permultis aliis codd. et vett. edd. *est* omittunt. Seg. *tanquam.*

14. *Ingravat.* Serv. et tres alii Heins. et vett. edd. *aggravat.* Idem eaedem edd. et Serv. et alter cod. Heinsii v. 15. — Heinsius cum Put. et XVI aliis (accedit Guelf.) primus dedit *hoc.* Reliqui codd. et vett. edd. *haec.* — V. 16. Guelf. *fida.* Pal. 1. cum nonnullis Heins. et Ciofani *opus.*

Vos quoque pectoribus nostris haeretis, amici,
Dicere quos cupio nomine quemque suo;
Sed timor officium cautus compescit, et ipsos (65)
In nostro poni carmine nolle puto. 20
Ante volebatis, gratique erat instar amoris,
Versibus in nostris nomina vestra legi.
Quod quoniam est anceps, intra mea pectora quemque
Alloquar, et nulli causa timoris ero; (70)
Nec meus indicio latitantes versus amicos 25
Protrahet: occulte si quis amavit, amet.
Scite tamen, quamvis longa regione remotus
Absim, vos animo semper adesse meo;
Et, qua quisque potest, oro mala nostra levate, (75)
Fidam proiecto neve negate manum. 30

17. *Haeretis.* Conf. III, 4, 36., III, 9, 35., Pont. I, 9, 7.

18. *Cupio.* Neque propter illud *nostris* opus est cum Auct. Elect. Eton. scribere *cupimus* (Vid. III, 7, 25. 26., III, 8, 7. 8., IV, 10, 119. 120., Pont. I, 3, 91., Her. V, 45. ibique not.), neque audiendus est Heinsius, qui scribere volebat *cupiam.* Vid. ad III, 3, 6.

19. *Officium.* In quibusdam est *officii,* in aliis etiam *cautos.* Burm. *Officium,* h. l. pro grati animi et amoris significatione. Vid. V, 9, 33., IV, 4, 11., Pont. III, 9, 56. — Pirckh. *compressit.*

21. *Amoris.* Heinsius sine idonea caussa dedit *honoris* ex uno Vat., qui habet *omen honoris. Gratus amor* est *amor,* qui sese gratum praestat: quae oratio aptissima est versui 19. — Bern. *gratumque.* Reg. *quantique.*

23. *Anceps,* periculosum. Franc. *quanquam.*

26. *Protrahet.* Bersm. *protrahat.* Duo *ne protrahat.* Pal. 1. et XII alii *protrahit.* Leid. *siquis amabit.* Burm.

Protrahet, prodet, patefaciet. V. 27. Franc. *longa quamvis.*

29. *Qua.* Pal. pr., Iun., Leid., Pirckh., Gall. et X alii (Bern., Berol., Dresd. a 1. m., Rel. et Crev.) *quam—potest,* pro *quantum.* Vid. ad Remed. A. v. 325. Deinde pro *oro* Vat. 1. et alius Vat., Rott., Pal. 2. *aliqua* (idem Guelf.). Heins. Videmus originem, quae nunc pro vulgata habetur, scripturae: *Et quam quisque potest, aliqua m. n. l.* In qua primum illud *quam* suspectum videtur, quum *qua* optimam sententiam habeat, et ea oratio imprimis frequens apud Nasonem sit, sed ab Heinsio in multis locis depravata. Vid. I, 9, 65.,

Prospera sic vobis maneat fortuna, nec unquum
Contacti simili sorte rogetis idem.

ELEGIA VI. (V.)

Amici recentioris fidem atque eximium in se animum laudat rogatque, ut eloquentia sua opem sibi ferat; spem enim se habere tum propter Augusti clementiam tum propter peccati sui levitatem, fore ut Principis animus mitigari possit.

Usus amicitiae tecum mihi parvus, ut illam
Non aegre posses dissimulare, fuit,
Ni me complexus vinclis propioribus esses,
Nave mea vento forsan eunte suo.
Ut cecidi, cunctique meam fugere ruinam 5
Versaque amicitiae terga dedere meae:

III, 3, 57., III, 7, 54., III, 14, 8. Her. VIII, 5. Novata autem ab eodem Heinsio scriptura *aliqua* pro *oro* et languet et parvam habet auctoritatem librorum. — Leid. *levare.*

30. *Proiecto.* Vid. I, 8, 17. et V, 1, 13.

31. *Vobis maneat.* Guelf., Pal. 1., Franc., Gall., Leid., XIII alii Heins. et vett. edd. *maneat vobis.*

32. *Rogetis idem. Contracti* Guelf. *Opem* ex Comb., Hamb. et aliis nonnullis sese deprompsisse dicit Heinsius; in schedis tantum *Comb.* adscripserat. Nobis donec certius de illis codd. constabit, reliquorum libb. omnium in scriptura minime ineleganti *idem,* consensus potior habetur. Merkel. Dresd. sive Comb. pro v. scr. *opem,* a 1. m. *idem.* De illo *sic* vid. ad II, 159. *Opem* etiam Seg.

ELEGIA VI.

1. Sententiae structura haec est: *Usus amicitiae mihi tecum parvus fuit, ut illam facile . . . posses, nisi illo me tempore propioribus vinculis complexus esses, quum navis mea fortasse suo vento iret. Suus* sic saepe ponitur pro *secundo.* Vid. ad V, 5, 60. Sed hoc l. ita significat *secundus,* ut illum ventum navi suae (rebus suis) propter vitae innocentiam maxime deberi declaret; inde illud *forsitan.* Guelf. *osus.*

2. *Posses.* Pal. 1. et maior Heins. numerus, Rel. et vett. edd. *possis.*

3. *Meam fugere ruinam. Metu fugere* Vat. 1. aliique multi (?). Scribe *metu fug. ruinae,* cum Pal. 2. et Naugerii codd. (?). Heins. Vett. edd., Pal. 1., Guelf., V alii Heins., Bern. et nostri quinque et Busl. *ruinam,* quod optimum sen-

Ausus es igne Iovis percussum tangere corpus,
Et deploratae limen adire domus;
Idque recens praestas nec longo cognitus usu,
Quod veterum misero vix duo tresve mihi. 10
Vidi ego confusos vultus, visosque notavi,
Osque madens fletu pallidiusque meo;

sum praebet. Est autem *ruina* h. l. translata a domo iam collapsa; nam intelligendus poëtae lapsus sive ruina. Deinde scriptura *meam*, quam Dresd., Bern., Crev. et plurimi Heinsii exhibebant, Franc. et Gall. (qui *mei*) confirmant, mihi etiam eam ob caussam praeferenda videtur, quod in scriptura *metu* incertum sit, utrum *ruina* ipsorum, an, quae vere significatur, poëtae intelligenda sit. Iun. *timuere*, ex I, 9, 19.

6. *Meae.* Reg. et Pirckh. *fugae.* Seg. in margine *suae.*

7. *Igne Iovis.* Vid. ad I, 1, 72., I, 5, 3., III, 4, 6.

8. *Deploratae.* Vid. I, 3, 46. Bern. *deploratum.* V. 9. Pal. 1. et ed. Bonon. *praestans.*

10. *Vix duo tresve.* Conf. I, 5, 33. et not. ad III, 4, 6.

11. *Confusos*, perturbatos, a fluidis translatum. Her. XVIII, 129.

Cur ego confundor, quoties confunditur aequor.

Amor. III, 9, 15.

Nec minus est confusa Venus moriente Tibullo,
Quam iuveni rupit cum ferus inguen aper.

Vid. Fast. VI, 581., Pont. I, 3, 3., Trist. III, 1, 81. Contraria potestate dicitur *diffusus*, q. e. exhilaratus. Vid. Gier. ad Met. III, 318.

Octo codd. (etiam Guelf. a 2. m., Pol. 1., Mor., Leid. et Reg. pro v. scr.) *visus.* An *videre* et *notare* non est unum idemque hoc loco? an *visuque notavi?* Heins. *Notare* h. l. est quasi nota in animo sive pectore inscribere, igitur bene cum *videre* constat, in poëta praesertim sensus suos adeo extenuante. Stat. Silv. II, 6, 21.

— — — — vidi ipse animosque notavi.

Met. XIII, 788.

— — — — — auribus hausi
Talia dicta meis, auditaque mente notavi.

Porro illud *visosque* praecedente *vidi*, quod cum vi positum est pro *eos* (epizeuxin figuram appellant), vere Nasonianum est. En tibi pauca exempla, ut poëtae rationem in eo quoque genere cognoscas. Trist. II, 21., III, 9, 27., III, 10, 13., V, 2, 18., Met. I, 402., IV, 64. Her. XX, 73.

Idem, qui facimus, factam tenuabimus iram.

Met. I, 33.

Congeriem secuit, sectamque in membra redegit.

Met. II, 768.

— — — — — videt intus edentem
Invidiam, visaque oculos avertit.

Fast. III, 21.

Mars videt hanc, visamque cupit potiturque cupita.

Franc. a 2. m. *visosque.* Ed. Bo-

Et lacrimas cernens in singula verba cadentes,
Ore meo lacrimas, auribus illa bibi;
Brachiaque accepi moesto pendentia collo, 15
Et singultatis oscula mixta sonis.
Sum quoque, Care, tuis defensus viribus absens;
(Scis Carum veri nominis esse loco)
Multaque praeterea manifesti signa favoris
Pectoribus teneo non abitura meis. 20
Di tibi, posse tuos, tribuant, defendere semper,
Quos in materia prosperiore iuves.

non. et Put. *ego* omittunt. Gall. *confusus*. Pal. 1. *vultu*.

12. *Osque*. Vid. III, 4, 37—41. Bern. *meo est*.

14. *Ore etc.* Paullo argutius. Prop. III, 13, 12.

— — — suspensis auribus ista bibam.

Conf. Trist. III, 4, 40. Put. *ipse bibi*. Rel. pro v. scr. *lacrimas, quae cecidere bibi*.

15. *Accepi*. Ita meliores cum ed. pr. Reliqui et vett. edd. *excepi*. Heins. Pro *moesto* Leid., Iun. et III alii Heinsiani *nostro;* vett. edd. et Pal. 2. *presso*.

16. *Singultatis*, cum singultu emissis. — Atque eam scripturam nonnulli apud Nauger., Pal. 1. et plurimi Heins. tuentur. Put., Pal. 2., Serv., Busl., Iun., Leid., XII alii Heins., Bern., Rel., Berol., Crev. et vett. edd. *singultantis*. Guelf. *insingultantis*. Gall. *singultosis*. *Singultare* modo active Naso videtur novasse. Conf. Met. V, 133. V. 17. Pal. 1. *defessus*.

18. *Carum*. Argute ludit poëta, quum *carus* et adiectivum sit, et nomen Romanum. Quis autem ille Nasonis amicus fuerit, nescitur; at illud certum est, *Carum* non, ut Burmannus opinatur, verum fuisse eius nomen nec eundem esse *Carum* intelligendum, ad quem est Pont. IV, 13., alioquin ineptus esset totus iste versiculus, et sane etiam verba: *Carum veri nominis loco esse*. Dresd. *carmen*.

19. *Favoris*. Vat. 1., Put., Busl., Reg. pro v. scr. et III alii Heins. *pudoris*. Rel. pro v. scr. *favoris* et *pudoris*, a 1. m. *doloris*.

20. Conf. I, 5, 9.

21. Accusativus pronominis in acc. cum inf. saepe omittitur. Vid. v. 50., V, 9, 14. — Busl. *di quoque*.

22. *In materia prosperiore*, in re meliore, quam in exsilii caussa. Elegans est h. l. usus relativi. Simplex structura erat: *eosque in materia prosp. iuves*. Notandus etiam usus vocis *materia*, quae apud Nasonem permultis in locis est pro ratione, statu et aliis huius modi. Vid. not. ad Her. XVI, 146.

Si tamen interea, quid in his ego perditus oris,
Quod te credibile est quaerere, quaeris, agam:
Spe trahor exigua, quam tu mihi demere noli, 25
Tristia leniri numina posse dei.
Seu temere exspecto, sive id contingere fas est;
Tu mihi, quod cupio, fas, precor, esse proba,
Quaeque tibi est linguae facundia, confer in illud,
Ut doceas votum posse valere meum. 30
Quo quisque est maior, magis est placabilis irae,
Et faciles motus mens generosa capit.
Corpora magnanimo satis est prostrasse leoni;
Pugna suum finem, cum iacet hostis, habet:

23. *Perditus.* Vid. I, 5, 24. De structura verborum vid. I, 1, 18. Leid. *proditus.* Pr. ed. et Serv. *perditus ipse.* V. 25. Mor. *nolis.*

26. *Dei. Dei* est *Augusti.* Ad *tristia* conf. II, 133. — Pol. 2. *duci.* Gall., Pirckh., Mor. pro v. scr. et II alii Heins. *molliri.* Gall. *nomina.*

27. *Sive id* multi veteres, inter quos Pal. 1., Guelf., Put., Franc. Reliqui cum vett. edd. *sive hoc.* Serv. *seu tamen.* V. 28. Barb. *fave.* Exc. Voss. *probum.*

29. *Tibi est linguae* revocavimus. Heinsius ex uno Medon. primus dedit *tibi linguae est.* Crev. *linguae stat facundia.* Leid., IV alii Heins. et Dresd. *est* omittunt.

30. *Posse valere.* Vid. ad II, 204. Put. *doceat.*

31. *Quo quisque est maior.* Vat. 1., Leid. et II alii Heins. *quo quis enim,* nisi quod Leid. *quo quis enim est.* Serv. *quo quisquam maior.* Reliqui codd. omnes et vett. edd. *quo quisque est maior,* quod cum Heinsio in *quo quis enim maior* mutandi caussae nihil video. Particulam caussalem ne desideres, conf. II, 257. 327. Vinc. Bellov. Spec. hist. VII. 119. et Spec. doctr. V. 68. *quanto quis maior.* Gott. *ira.* Heinsius *magis placabilis irae* intelligit *placabilioris irae.* Ego *placabilis* nominativum esse censeo, *irae* autem genitivum, qualis est *integer aevi, anxius furti, metuendus belli,* et similia. — Cic. Off. I. c. 25. *Nihil laudabilius, nihil magno et praeclaro viro dignius placabilitate atque clementia.* — Put. *magis implacabilis.*

Magis pro *eo magis* conf. Met. XI, 438. et X, 460.

32. Grat. Cyneg. v. 275.

— — — — validis tum surgat pectus ab armis,
Quod magnos capiat motus, magnisque supersit.

Leid. *sed faciles.* Gott. *animosa.*

33. *Leoni.* Plin. H. N. VIII. c. 16. *Leo eum, qui telum quidam*

At lupus et turpes instant morientibus ursi, 35
Et quaecumque minor nobilitate fera est.
Maius apud Troiam forti quid habemus Achille?
Dardanii lacrimas non tulit ille senis.
Quae ducis Emathii fuerit clementia, Poros
Praeclarique docent funeris exsequiae. 40

miserit, sed tamen non vulneraverit, correptum rotatumque sternit nec vulnerat.

34. *Turpes.* Virg. Georg. III, 247.

— — — — — — — nec funera vulgo
Tam multa informes ursi stragemque dedere.

Halieut. v. 57.

Foedus Lucanis pervolvitur ursus ab antris.

De eadem ursi deformitate vid. Oppian. Cyneg. III, 139. Conf. Plin. H. N. VIII. c. 36. Gall. *et lupi.* — V. 36. *Est* Guelf. a 1. m., Vat. 1., Pal. 2., Mor., Serv., Busl. et Berol. omittunt.

37. *Maius.* Hor. Od. IV, 1, 37.

Quo (*Augusto*) nihil maius meliusve terris
Fata donavere bonique divi . . .

Conf. Hor. Od. I, 12, 17., Ov. Pont. I, 2, 100. Busl. et alius Heins. *habetur.* Met. II, 62.

. . . . et quid Iove maius habemus?

De Achille, maximo exercitus Graecorum in bello Troiano duce, conf. I, 9, 28. et II, 405. 411. 19. Seg. *fortique videtur,* pro v. scr. *habemus.*

38. *Dardanius senex* est infelix ille Troianorum rex Priamus. Conf. III, 3, 62. *Dardanius* dictus, a Dardania, quod est nomen vel regionis in Troade vel regni Troiani, et fortasse etiam ipsius urbis Troiae. Vid. Virg. A. II, 281. ibique Heyn. Nomen autem ortum a Dardano, Iovis et Electrae filio, qui e Samothrace (I, 10, 20.) in Phrygiam migrasse urbisque Dardaniae et regni Troiani conditor fuisse dicitur. Heyn. ad Virg. A. III. Exc. III., Voss. ad Virg. Georg. III, 35., Hom. Il. XX, 215. Eundem alii etiam Troiam condidisse tradunt. Virg. A. VIII, 134.

Dardanus Iliacae primus pater urbis et auctor.

Unde *Dardana Troia* V, 10, 4. Quam urbem aliis auctoribus Ilus, Dardani pronepos et Priami avus aut proavus, condidit. II, 404. 406.

Senex autem solemne Priami appositum, expressum ex Homero. Vid. Her. I, 34., Met. XII, 607. Fabula notissima ex Homero. Quum Hector, Priami filius, ab Achille occisus esset, cadaverque eius inhumatum indigne tractaretur (IV, 3, 30., V, 4, 11.), Priamus monitu deorum noctu in castra Graecorum ad Achillem supplex venit, qui senis precibus ac lacrimis mollitus filii corpus ei reddidit. Il. XXIV. Conf. V, 1. 55. Leid. *ipse.*

39. *Poros.* Vett. libri *Pharos.* Leid. *Porus,* quod etiam cum Naugerio probarunt Fabricius et Bersmannus. Gall. *foros,* q. e. *Poros.* Recte. Pro *praeclarique* Put. *Dar-*

Neve hominum referam flexas ad mitius iras,
Iunonis gener est, qui prius hostis erat.
Denique non possum nullam sperare salutem,
Cum poenae non sit causa cruenta meae.
Non mihi, quaerenti pessumdare cuncta, petitum 45
Caesareum caput est, quod caput orbis erat;

daniique. Duo *Pompeiique.* Serv. *Phariique.* HEINS. Franc. pro v. scr. *praeclaraeque.* Bern. *quod ducis Eumachii.*

Emathia est regio Macedoniae (Strab., Mel., Plin., interpp. ad Virg. Georg. I, 493.), unde pro ipsa Macedonia. *Emathius dux* est Alexander. Duplex autem memorat Alexandri clementiae exemplum, alterum in *Poro* Indiae rege probatum, quem quum proelio superatum captivum abduxisset, postea non solum dimisit, sed etiam ampliore regno donavit; alterum in Dario Codomanno Persarum rege, quem, quum praelio victus fraude suorum misere esset occisus, regio more humandum curavit; unde *praeclari* (nobilis) *funeris exsequiae.* Curt. VIII. c. 14., Iust. XI. c. 15., XII. c. 8., Arrian. III. et V., Plut. Alex. Claudian. Epist. ad Hadrian.

Darium famulis manibus doluisse peremtum
Fertur et ingenti solatus fata sepulcro;
Tradita captivo spatiosior India Poro.

Mendum latere in voce *praeclari* putarunt. Verum quum duo illa Alexandri magnanimitatis exempla notissima essent, sufficiebat ea universe significare. Merkel coniecit *Bactrini* et *collati.* Rel. *fuerat.*

De choriambo in fine pentametri vid. ad I, 3, 6.

41. *Ad mitius.* III Heins. et Crev. *ad amicius.* Pal. 1. *flexas modo amitius.* Seg. *ad mitius aures.*

42. *Iunonis gener.* Hercules est, qui omnibus laboribus ac certaminibus, quibus eum Iunonis invidia, quod Iupiter (II, 402.) illo e pellice filio esset gloriatus, per Eurystheum obiecerat, perfunctus et venenata illa Deïanirae veste (II, 405.) consumtus in coelum sublatus est, Hebenque Iunonis et Iovis filiam in matrimonium accepit. Hom. Il. V, 392., Met. IX, 179., Apollod. II. c. 7. ibique Heyn.

43. Conf. Pont. I, 6, 25. seqq., Trist. V, 2, 33. et vid. not. ad I, 2, 99. — Pal. 1. *missam sperare.* V. 44. Pal. 1. et unus *cum non sit culpae.* Crev., Bersm., Bern. et VIII alii apud Heins. et vett. edd. *cum non sit poenae.*

45. *Pessumdare.* Significat coniurationes, quas *permultas Augustus detexit atque oppressit.* Suet. Oct. c. 19. Vid. ad II, 51. — Pont. II, 2, 11.

Nec nos, Enceladi dementia castra secuti,
In rerum dominos movimus arma deos.

Rel. *nec mihi.* Berol. *cuncta parentum.* V. 46. Rel. pro v. scr. *Augustum caput.*

Non aliquid dixi, violentaque lingua locuta est,
  Lapsaque sunt nimio verba profana mero:
Iuscia quod crimen viderunt lumina, plector,
  Peccatumque oculos est habuisse meum. 50
Non equidem totam possum defendere culpam,
  Sed partem nostri criminis error habet.
Spes igitur superest, facturum, ut molliat ipse
  Mutati poenam conditione loci.
Hoc utinam nitidi solis praenuntius ortus 55
  Afferat admisso, Lucifer albus, equo!

47. *Non aliquid dixi.* Non obscure innuit Gallum, de quo vid. ad II, 445. Vat. 1. et Guelf. *violataque lingua loquendo est.* Scriptura *dixit,* quam alii citant, nec in codd., nec in vett. edd. reperitur.

48. *Lapsaque.* Ita maior pars Heins., Dresd., Berol., Crev., Rel. et Bern. Recte: exponit enim hic versus versum, qui praecedit. Reliqui codd. et vett. edd. *lapsave.* Bern. *non nimio.*

49. *Inscia quod—viderunt lumina,* h. e. quod imprudens vidi. Vid. II, 103. Mor. *nescia.*

50. *Meum.* Sic recte Pal. 2., Gall., Mor. a 1. m., V alii Heins., Dresd., Bern., Berol., Rel. et ed. Bonon. — Reg., Mor. pro v. scr. et III alii Heins. *mihi.* Reliqui et vett. edd. *meos,* paullo argutius.

51. *Totam passum.* Pal. 1., Leid., Busl. et IV alii *possum totam,* quod cum Merkelio recipiendi non idonea caussa adest. Berol. *totam possim.* Barb. *possum tantam def. causam.* Ed. Bonon. *coram possum.* Busl. *defendere vitam.*

53. *Facturum.* Pal. 2. *fatorum* Busl. *tacturam.* Hafn. *superest, ut nostram molliat ipse.* III *ut* omittunt. Comb. (sive Dresd.) pro v. scr. *futurum.* Recte. *Heins.* Periphrasis illa per *facere* non tam parum Latina est, ut non defendi possit veterum edd. et codd. prope omnium scriptura *facturum.* Vid. ad Quint. L. IV. prooem. *Burm.* Subiectum autem, quod vocant, verbi *facturum* e sequenti *ipse* repetendum. *Ipse* est Augustus. De re vid. II, 185. 575. Merkel coniecit *fauturum.* (!)

55. *Hoc—ortus.* IV codd. *haec utinam.* Barb. et Hafn. *hunc.* Scribe *hunc ortum. Ortum* pro die oriente posuit, aut solis exortu. Senec. Oed. *Iam matutinos praedicit Lucifer ortus. Heins.* Videmus, quae nunc pro vulgata est, Heinsii scripturam, quam Merkel nuper repetiit, praeter corruptum illud *hunc* duorum codicum, omni auctoritate carere. Itaque omnino cum codd. et vett. edd. reponendum *hoc —ortus,* quae scriptura satis commodam habet sententiam: *Hoc* (sc. ut molliat poenam mutati loci conditione) *utinam, solis praenuntius, Lucifer albus ortus admisso* (laxis habenis concitato) *equo afferat. Al-*

ELEGIA VII. (VI.)

Amicum veterem, collaudata eius fide ac probitate, monet, ut omnes vires adhibeat, ut Augustus placetur, siquidem non consilio ac malitia, sed errore ac stultitia deliquerit, Principisque iram concitarit.

Foedus amicitiae non vis, carissime, nostrae,
  Nec, si forte velis, dissimulare potes.
Donec enim licuit, nec te mihi carior alter,
  Nec tibi me tota iunctior Urbe fuit;
Isque erat usque adeo populo testatus, ut esset 5
  Paene magis quam tu, quamque ego, notus amor;
Quique est in caris animi tibi candor amicis,
  Cognitus est illi, quem colis ipse, viro.

bus equus Luciferi est etiam Met. XV, 189., quod est *fulgens.* Sic *Aurora candida* est alibi. *Admisso* pro impulso, incitato, crebro apud Nasonem reperitur. Her. I, 36., Amor. III, 2, 78., I, 8, 50., I, 9, 26., I, 15, 50., Art. A. II, 435. De *Lucifero* vid. ad I, 3, 72. — Amor. II, 11, 15.

Haec mihi quam primum coelo nitidissimus alto
Lucifer admisso tempora portet equo.

ELEGIA VII.

1. *Non vis.* Sic vett. edd. et circa XX codd. Heinsii, quae scriptura etiam confirmatur variante *nobis carissima,* quam exhibent Pal. 1., Put., Bersm., Pirckh., Rel. (qui tamen pro v. scr. *non vis*), Crev. et VI Heins. — Franc., Seg., Bern., Guelf. et nonnulli Heins. *nec vis.* Sed quum vulgata et maximam habeat fidem veterum libb., et sententia constet, et in disticho sequenti *nec—nec* sequatur, mihi nil mutandum videtur.

2. *Nec, si.* Pirckh. et Bersm. *non si.* V. 3. Mor. *notior alter.*

5. *Populo.* Ed. pr. *populis.* *Testatus.* Met. IX, 277. de Alcmena, matre Herculis:

— — — — — — longis anxia curis,
Cui referat nati testatos orbe labores.

7. *Quique est.* Pal. 1., exc. Voss., Busl., Bersm. *quique erat.* Leid. *qui fuit.* Berol. *quisquis es.* Revocavi cum reliquis codd. et vett. edd. omnibus *quique est;* dicit enim de amici candore animi in amicos in universum, qui adhuc durat. *In caris—amicis* dixit, ubi nil obstante versu ac numeris vulgari poëta loqui modo poterat: *in caros —amicos,* sed praetulit orationem insolentiorem. Vid. not. ad V, 2, 26. — Rel. a 1. m. *raris.*

Nil ita celabas, ut non ego conscius essem,
Pectoribusque dabas multa tegenda meis; 10
Cuique ego narrabam secreti quicquid habebam,
Excepto quod me perdidit, unus eras.
Id quoque si scisses, salvo fruerere sodali,
Consilioque forem sospes, amice, tuo.
Sed mea me in poenam nimirum fata trahebant; 15
Omne bonae claudunt utilitatis iter.

8. *Illi — viro.* Augustum dicit. Vid. III, 6, 53. Pal. 1. et 2., Bersm., Guelf., Franc., Reg., Mor., Serv., Leid., XIV alii Heins., pr. ed., Seg., Rel., Berol. et Crev. *ipsi.* Vett. edd., Put., Gall. et II alii *illi.* Reliqui cum Busl. et Politianeis *isti.* Porro Vat. 1., Guelf., Pal. 2., Serv. *iste viro.* Reliqui *ipse viro.* Quaeritur igitur, cum vulgata *illi — ipse,* an *ipsi — iste* scribendum sit. Atque auctoritate veterum libb. 'eae scripturae fere pares sunt. Nam si in priore illud *illi* veteribus libris minus confirmatur, in altera *iste* minorem etiam fidem vetustatis habere apparet. Ac Latinitatem quoque posterioris salvam esse ostendit ad hunc locum Merkel, allato Serv. ad Virg. Ecl. IV, 43. *ipse aries: ipse autem quod addidit, non vacat: nam sunt quaedam pronomina quae addita nominibus faciant dignitatem etc.* Her. XX, 90.

Tam bene qui servit, serviat iste mihi.

Sed mihi potior videtur scriptura prior, quae et simplicior est et, quod poëtam in his carminibus ubique spectare constat, Principi magis blanditur, neque parum illa scriptura *isti* firmatur; quam erit, qui propter summam, quam habet, auctoritatem veterum librorum praeferendam existimet, neque ego valde repugnem. V. 9. Unus Vat. *qaod non ego.* Berol. *nil mihi celabas.*

10. *Pectoribus.* Vid. not. ad I, 3, 29. Nexus versus 9. et 10. hic est: *nil ita celabas ....; ac multa* (sane) *erant, quae mihi tegenda dares.* Inepta est coniectura Tenaq. Fabri *cuncta,* certe minime necessaria.

12. *Excepto,* huiusmodi ablativi absoluti sine substantivo quod vocant aut pronomine inprimis apud Caesarem et Tacitum frequentes sunt. Pont. IV, 14, 3.

In quibus, excepto quod adhuc utcunque valemus,
Nil, te praeterea quod iuvet, invenies.

Vid. Zumpt. Gramm. L. §. 648., interpp. ad Liv. I. c. 41. et ad Sil. XIV, 97. De re, vid. II, 207., III, 5, 49. — V. 13. Bern. *scires.*

16. *Claudunt.* Illud *et* abest a plerisque. Hoc etiam distichon male feriati nescio cuius interpolatoris est. Sequentibus etiam versibus otiosa illa repetitio particulae *tamen* suspecta est. *Heins.* Distichon hoc non solum omnes libri tenent, sed etiam sententia eius ad

Sive malum potui tamen hoc vitare cavendo,
  Seu ratio fatum vincere nulla valet:
Tu tamen, o nobis usu iunctissime longo,
  Pars desiderii maxima paene mei, 20
Sis memor et, si quas fecit tibi gratia vires,
  Illas pro nobis experiare, rogo:
Numinis ut laesi fiat mansuetior ira,
  Mutatoque minor sit mea poena loco;
Idque ita, si nullum scelus est in pectore nostro, 25
  Principiumque mei criminis error habet.

contextum orationis necessaria est, cum post illa *id quoque si scisses*, excusatio, cur amicum hanc rem celarit, exspectetur, quae in verbis *sed mea etc.* ita continetur, ut simul poëtae silentium eleganter excusetur. Nec perspicui sunt sine illo disticho versus 17. et 18. Nam ordo sententiae hic est: *Id quoque si scisses . . . . sospes forem; sed fata mea me in poenam trahebant,* (quae) *omne bonum consilium claudunt. Attamen sive malum hoc* (exsilium) *cautione et prudenti consilio vitare potui* (respicit v. 13. 14.), *sive nullo consilio fatum vitari potest: tu tamen* (utcunque se res habet) *sis memor etc.* Atque ita manifestum est, repetitionem illam particulae *tamen* ad sententiam omnino requiri. *Et* coniunctio tertio loco (nam in nonnullis edd. post saeculum XV. legitur: *omne bonae et claudunt*), quae scrupulum movebat editori Lipsiensi, apud Nasonem minime insolens videri debet. Pont. I, 10.

Me quoque debilitat series immensa laborum,
Ante meum tempus cogit et esse senem.

Sed commode ea particula cum plerisque Heinsii libris et vett. edd. omittitur. Adiectivum *bonae* sane omitti poterat, ac parum elegans est; sed talia apud poëtas non nimis videntur urgenda. Sic *moestus dolor* est ap. Claud. R. P. I, 276., *moestae querelae* apud Nas. Met. III, 339., *iucunda voluptas* apud Prop. IV, 6, 85.

Pal. 1., Guelf., Serv., unus Vat. *omne locum claudunt.* Bern., Iun., Rel. *omne mihi claudunt.* V. 17. Exc. Voss. *carendo.*

18. Bernensis:

Seu fatum ratio nulla vitare potest.

Potest etiam Pirckh., Iun., Reg. pro v. scr. et Gall. *Burm.*

19. Vat. 1. *iucundissime.* Barb. *usu iunctissime firmo.*

21. Leid. *Si memor et si quas tibi fecit.*

Berol. etiam *si memor.* Busl. *vires—si quas.*

23. *Numinis.* Vid. I, 1, 69. Seg. *numinis illaesi.* Dresd. pro v. scr. *fiat mihi mitior ira.*

24. *Mutatoque.* Vid. ad II, 185. et 575. Iun. et Busl. *loco—minor.*

25. *Ita,* ea conditione. Bern. *facque ita.*

Nec breve nec tutum est, quo sint mea, dicere, casu
Lumina funesti conscia facta mali;
Mensque reformidat, veluti sua vulnera, tempus
Illud, et admonitu fit novus ipse dolor; 30
Et quaecumque adeo possunt afferre pudorem,
Illa tegi caeca condita nocte decet.
Nil igitur referam, nisi me peccasse, sed illo
Praemia peccato nulla petita mihi;
Stultitiamque meum crimen debere vocari, 35
Nomina si facto reddere vera velis.

26. *Error.* Vid. III, 5, 49. et not. ad I, 2, 99. — Ed. pr., Guelf., Seg., Reg. et VII alii Heins. *principiumve.* Pirckh. et Mor. *principium nostri.*

27. *Nec breve.* Gott. *nec leve.* Bene. Heins. Optimam scripturam omnium librorum *nec breve* revocavimus. *Est* permulti omittunt: Pal. 1., Guelf. a 1. m., Reg., Gall., Serv., Bern., Leid., XII alii Heins. et Berol.

30. *Admonitu fit novus ipse dolor.* Pal. 1., Vat. 1., Mor. pro v. scr. et II alii *pudor.* Quod si admittamus, sequens distichon delendum erit, quod non uno nomine suspectum est: in quo *possunt* pro *possint* Pal. 1. et X alii (cum vett. edd. et Ciof. scriptis), et *caeca nube* pro *nocte* (Pal. 1., Bersm., Busl., Pirckh., Leid., Mor., Rel. pro v. scr. et IV alii.) Heins. Ne difficultates excitemus, ubi nullae sunt. Duas caussas profert, cur delictum illud reticeat: primam, quod narratio dolorem suum renovet, deinde, quod pudenda occultari deceat. *Dolor* igitur integrum est, et quoties ista sententia apud Nasonem redit! *Nube* mendum videtur librariorum, ad quam corruptelam facile ducebat similitudo et literarum et significationis; certe secretum, penitus occultandum, rectius *caeca nocte nos tegere* dicimus, quam *caeca nube;* uti etiam *caeca* rectius *nocti* quam *nubi* iungitur in tali quidem ratione sententiae. *Possunt* utrum scribatur an *possint,* nil refert; nisi quod *possint* minus definite dictum est.

31. *Adeo.* Vid. ad III, 1, 77. — Vat. 1. *quaec. at eo.* Serv. *quaec. deo.* Pal. 1. *et quodcunque.* Bern. *dolorem.* V. 32. Pal. 1. *decent,* et v. 33. Gall. *refero.*

34. *Mihi.* Busl. et exc. Voss. *meo.* Gall. *nulla fuere.*

36. *Facto.* Sic VI Heins., Guelf., Bern., Rel., Berol. — Vett. edd. et multi codd. *factis,* ut II 148. Pal. 2. *fato.* Pirckh. *fatis addere.* Pal. 1., Crev. *nomina si ficto.* Bersm. *nomina sic ficto.* XVI Heins., in his Put., Franc., exc. Voss., Busl. *nomine si ficto.* Pal. 1., Pol. 2., Reg. *reddere verba.* Seg. *nomine si vero reddere verba velis.*

Quae si non ita sunt, alium, quo longius absim,
Quaere, suburbana est hic mihi terra locus.

37. *Quae si non ita sunt.* Pont. I, 3.

Ut tamen haec ita sint, munus tua grande voluntas
Ad me pervenit.

Ed. pr. et IV Heins. *sint.* Pal. 2., Iun. *alium quoque longius.* Pirckh. *alium quoque longius orbem.* Serv. *absum.*

38. *Suburb. est hic mihi terra locus.* Vulg. cum vett. edd.:

Quaere, suburbana haec sit mihi terra, locum —

quam etiam nonnulli codd. Heins. habent. — Guelf., Bersm., VI Heins. *suburb. est haec mihi terra locum.* Quidam alii *est hic mihi t. locum.* Crev. *suburb. est mihi t. locum.* Pirckh. *est hoc mihi terra loco.* Bern., Berol., Serv., Iun. *est haec mihi terra locus.* Pal. 1., Pol. uterque, Put., Franc., Reg., Gall., Mor., Rel., Dresd., Seg., Busl. et IX alii apud Heins. *est hic mihi terra locus.* Pauci *hic sit mihi terra locus.* Quaeritur igitur de scriptura *locum* et *locus, est* et *sit.* Ac scripturam *locus* longe maiorem habere auctoritatem vett. librorum videmus, quae etiam ad sententiam praestat: nam si scribimus *locus;* magis apparet, enuntiatum illud: *suburb.* — *locus* esse primarium, cui subiunctum sit: *quaere alium, quo l. absim.* Nam sensus hic est: *Quae si non vera sunt; hic locus mihi suburbanus est* vel *sit; alium quaere* (quod non potes) *quo longius absim.* Iam de scriptura *est* vel *sit,* possunt quidem illa *suburb.* — *locus* pro imprecatione accipi; sed libri prope omnes tuentur *est,* et affirmatio simplicior et elegantior: *tam vera loquor, quam vere in suburbano non sum.* Commode laudat Merkel ad h. l. Claudian. in Eutrop. I. 350.

— — — — — — si talibus, inquit,
Creditur, et nimiis turgent mendacia monstris;
Iam testudo volat, profert iam cornua vultur,
Prona petunt retro fluvii iuga, Gadibus ortum
Armenii texere diem etc.

ELEGIA VIII. (VII.)

Amicae poëtriae, Perillae, cum qua olim familiariter vixerat, quamque ipse ad carmina componenda excitarat, scribit, ne ideo, quod ipse carminibus exsilium meruerit, carminum studium remittat, verum suo potius exemplo aeternam ex iis famam nominisque immortalitatem quaerat.

Sunt qui Perillam hanc Nasonis esse filiam existiment. Nam filiam poëtae fuisse pluribus ipse locis prodidit. IV, 10, 75., I, 3, 19., Fast. VI, 219. Verum cum in exsilium abiret, filia eius non etiam iuvenis, et in secundo iam matrimonio vivebat, patrisque domum reliquerat. Perillam autem huius carminis adhuc innuptam fuisse atque in paterna domo ac sub matris tutela vixisse discimus e versu 3.

Aut illam invenies dulci cum matre sedentem.

Neque magis illi sententiae favet ratio atque conformatio totius carminis, in quo nusquam dulce nomen filiae commemoratur, neque usquam quidquam rationis fidaeque familiaritatis, quae patrem inter et filiam intercedit, tangitur. Neque in tribus illis, quos in eam sententiam excitarunt carminis locis, quidquam inest, quod eam confirmare videatur; quorum primus est v. 11. et 12.

Tu quoque, dic, studis communibus ecquid inhaeres,
Doctaque non patrio carmina more canis?

in quo patrio more declarare censuerunt more patris Ovidii. Sed nihil obstat, quominus cum aliis more Romanorum sive patriae intelligamus, quo sensu Nasonem patrio more prope constanter dicere reperimus, velut Metam. VI, 648., XII, 11., Pont. I, 5, 19. Utrum vero illud patriae more ita accipiendum sit, ut Graeco sermone, non Latino, scripsisse Perillam putemus, an praeter Romanum morem et in femina Romana prope sine exemplo quaeritur. Priorem sententiam secutus est Iahn eamque confirmari censet v. 19. et 20.

Ergo, si remanent ignes tibi pectoris idem,
Sola tuum vates Lesbia vincet opus —

in quam alii etiam illud docta v. 12. attulerunt. Ego malim de lyricis carminibus intelligere, quod poëmatis genus Graecae originis itaque Romanis non patrium erat. Hor. Od. II, 16, 38.

Spiritum Graiae tenuem Camenae —

Nam quod Iahn opponit, iam tum Horatii carmina lyrica exstitisse, primum cum Ovidius haec scriberet, Horatii carmina haud

ita diu fuerant vulgata, neque praeterea Graecae originis et esse hoc genus et haberi tum desierat, et quod probe tenendum est et in hoc quaestione valet, poëta illis non patrio more amicissimae poetriae blandiri voluit, ut eum probabile sit, dummodo Perillae placeret, haud magnopere cavisse, ne paullo insolentius dicere videretur. Quod autem v. 20. Perillam Lesbiae poëtriae comparat, vereor ne parum inde, eam quoque, ut Lesbiam, Graeca carmina composuisse efficiatur. Quemadmodum enim Homerus apud veteres pro summo poëta erat, ita ab iisdem tam Romanis quam Graecis Sappho summa poëtria habebatur: ut quo magis aliqua femina in poëtica excelleret, eo propius ad Sapphus laudem accedere diceretur; atque ut Ennius, poëta Latinus, a veterum poëtarum admiratoribus (Hor. Ep. II, 1, 50.) alter Homerus vocabatur, ut Ponticus, qui et ipse Latine scripsit, primo Homero contendere dicebatur (Prop. I, 7, 1.): eodem modo Nasoni dicere licebat, quin Graece Perilla scriberet, a sola eam Lesbia superari. Qui vero patrio more pro paterno acceperunt, aliam difficultatem non videntur perspexisse, nimirum qui mos paternus esset intelligendus. Si enim non patris numeris et modis intelligeres, contorta et parum perspicua oratio foret. Infelicius alii a poëta dici censuerunt, eam non patris ad exemplum obscoena composuisse. Sane si Naso nihil nisi turpia et obscoena cecinisset, idque ipse concessisset, tum illa oratio, praeter quod hoc loco parum opportuna videretur, non omnino vituperanda esset. Quum autem poëta, quoties de ludicris suis carminibus loquitur (Vid. ad I, 1, 23.) ubique, reliquis carminibus exclusis unam tantum Artem amatoriam intelligat, nihil ea interpretatione potest esse absurdius. Quibus autem appositum illud docta Graecorum carminum studium declarare est visum, non satis cognovisse videntur poëtae usum dicendi, a quo docti omnes dicuntur, qui in aliqua sive arte sive doctrina sive re quacunque, in qua ingenii vis cernitur, excellunt. Sic doctus Pythagoras Met. XV, 74.; doctus Germanicus, doctus Catullus, poëtae, Pont. IV, 8, 77., Amor. III, 9, 62.; docti poëtae sine discrimine Art. III, 551.; doctus Brutus, doctus Salanus, oratores, Pont. II, 5, 15., I, 1, 24.; doctae artes Daedali Met. IX, 743.; docta manus sculptoris Fast. III, 832.; doctae manus lyram pulsantis Amor. II, 4, 28.; docta brachia texentium Met. VI, 60. Hoc dico ex illo quidem loco nihil certi colligi posse, eumque eodem, si non maiore, iure in contrariam partem afferri. Alter est locus, qualis quidem nunc post Petrum Burmannum in plurimis libris exstat, v. 17.

Primus id (*ingenium*) adspexi teneris in virginis annis,
Utque patet, venae duxque comesque fui.

Sed in eo primum illa utque patet—duxque comesque non satis commodum sensum praebent. Nam etiamsi haec primo non

in publicum usum, sed soli Perillae scripta fuisse intelligamus, ne sic quidem recte; et certe non sine maxima arrogantia a poëta dici poterat: et ut patet (ex carminibus tuis et facultate tua versus faciendi) ego tibi dux et comes vel quod inelegantius etiam est: utque patet, venae duxque c. f. — Accedit, quod ea scriptura parvam auctoritatem veterum librorum habet. Sic enim nonnisi Pal. 1., Mor., Comb. Nam Gall., Pirckh., Franc. pro v. scr. et II alii Heins. utque pater venae. II alii Heins. pater venis. Reg. et alius Heins. pater veni. Pol. 2., Hamb., Med. unus, Franc. a 1. m., Segu. a 1. m. pater veneris. Iun. puter iuveni. Pol. 1. pater nemo. Berol. pater patriae. Put. pater nati. Crev. pater natis. Reliqui codd. omnes pater nate, q. e. natae cum vett. edd., nisi quod Guelf. patet nata. Aptissime ad sententiam. Qua scriptura restituta locus hanc Perillam poëtae filiam non fuisse declarat atque confirmat. Quod autem tertio loco attuleruut versus 27—30., parvi aut potius nullius illi sunt momenti, siquidem poëta idem, ne dicam, ad puellam cuius studia ab eius laude atque exhortatione fere penderent, eadem cum elegantia ad quemvis e familiaribus et intimis, qui et ipse versus componeret, scribere potuerit. Conf. not. ad IV, 10, 75.

Vade salutatum, subito perarata, Perillam,
Litera, sermonis fida ministra mei!
Aut illam invenies dulci cum matre sedentem,
Aut inter libros Pieridasque suas.

ELEGIA VIII.

1. *Subito perarata.* Pont. II, 11, 1.

Hoc tibi, Rufe, brevi properatum tempore mittit
Naso —

2. *Sermonis fida ministra.* Her. XVIII, 24.

Est tamen (*manus*) et sensus apta ministra mei.

Conf. V, 13, 29, 30.

3. *Dulci cum matre sedentem.* Eadem elegantia de innupta virgine Hesiod. Op. v. 521.

ἥ τε δόμων ἔνθοσδε φίλη παρὰ μητέρι μίμνει,
οὔπω ἔργ' εἰδυῖα πολυχρύσου Ἀφροδίτης.

Verbo *dulcis* eodem sensu usus est Virg. Georg. II, 523.

Interea dulces pendent circum oscula nati.

4. *Suas.* Vat. 1., Pol. 1. et Pal. 2. *tuas.* Serv. *meas. Pieridesque,* ut solent, vett. edd. cum uno et altero codice. Merkel. *Libros* intellige *carmina sua,* quod confirmat exponendi caussa additum illud *Pieridasque suas.* Conf. V, 7, 32. De *Pieridibus* vid. not. ad III. 2, 3.

Quicquid aget, cum te scierit venisse, relinquet, 5
Nec mora, quid venias quidve, requiret, agam.
Vivere me dices, sed sic, ut vivere nolim,
Nec mala tam longa nostra levata mora;
Et tamen ad Musas, quamvis nocuere, reverti,
Aptaque in alternos cogere verba pedes. 10
„Tu quoque," dic, „studiis communibus ecquid inhaeres,
„Doctaque non patrio carmina more canis?"
Nam tibi cum fatis mores natura pudicos,
Et raras dotes ingeniumque dedit.

V. 5. Gall. *te cum.* Mor. *scierit cum te.*

6. *Quid agis* vulgaris est post primam salutem quaerendi formula. Hor. Sat. I, 9, 4. *Quid agis, dulcissime rerum?* ubi vid. Heindorf. Trist. I, 1, 18., III, 5, 24., V, 8, 5. Cic. pro Planc. c. 14. *idem tribuno plebis — quum ille eum salutasset, ut fit, dixissetque, quid agis, Grani, respondit: immo vero, tu Druse, quid agis? Venire* saepe sic absolute. Met. VI, 412.

Iun. et Serv. *agat.* Bern. *cur venias.* Leid. *venies.* V. 7. Bersm. et Pirckh. *dices sic ut me.*

8. *Tam longa.* Post duos fere exsilii annos. Vid. Prolegomena.

9. *Quamvis nocuere.* Vid. ad I, 2, 11.

10. *Alternos,* alternantes hexametri et pentametri. Vid. not. ad II, 219. et III, 1, 12.

Gall. *verba referre.* Leid. *modos.*

11. *Tu quoque.* Hactenus loquebatur poëta ad epistolam sive carmen; reliquam orationem ipse ad Perillam convertit. Conf. IV, 3.

Put. *haec quoque.* Guelf. *hàec quid* pro *ecquid.* Alii Heins. *et quid, ut quid, inquit.* — Reg. Put., Busl., Iun., Arond., Bersm., XIII alii Heins. et ed. Bonon. et Dresd. *dic Musis.* Bern. *dic scriptis.* Reg. pro v. s. *dic tu diis.* Crev. *dic et diis.* Seg. *dic musis et carminibus quid inh.* Gall. *ecquid communibus haeres.*

12. *Non patrio.* Vid. praefatio huius carminis.

Unus Vat. et Seg. *num.* Leid. *nec.* Serv. *canas.*

13. *Cum fatis.* Sic XXXII codd., in quibus meliores omnes (etiam Guelf. et nostri omnes et vett. edd.). Reliqui libri *facie.* *Natura cum fatis dedit* pro natura et fata dederunt. De facie et forma v. 33. agit. *Heins.* Conf. I, 6, 24. Pont. IV, 9, 9.

Atque ego si fatis genitus melioribus essem.

Fata h. l. fere eadem cum Parcis, quas nascentibus adesse et vitae fata canere vel nere fingebat fabula. Vid. V, 3, 17. 25.

14. *Et raras dotes.* Vat. 1.,

Hoc ego Pegasidas deduxi primus ad undas, 15
Ne male fecundae vena periret aquae.
Primus id adspexi teneris in virginis annis,
Utque pater natae duxque comesque fui.
Ergo si remanent ignes tibi pectoris idem,
Sola tuum vates Lesbia vincet opus. 20

Guelf., Rott., Gott. *caras.* Richel. *claras.* Amor. II, 4.

Sive est docta (*puella*), placet raras dotata per artes,
Sive rudis, placita est simplicitate sua.

Berol. *ingenuisse dedit.*

15. *Pegasidas.* Guelf. a 1. m. *hoc pegasidas.* Pal. 1. et Dresd. *pegaseas.* Mor. a 1. m. et VI alii Heins. *pegasias.* Gall. *pegasidis ab undis.* Leid. *pelasgas eduxi.* — *Pegasidae undae* pro fonte Musarum, Hypocrene, igitur *Pegasidas ad undas* intelligendum *ad studium poëticae.* Pegasus, equus alatus, ex Medusae (IV, 7, 12.) sanguine natus, quum in Heliconem, Boeotiae montem (IV, 10, 39.) avolasset, ungula terram percussit, unde fons *Hippocrene,* h. e. *equi fons* erupit Musis sacer, quae inde *Pegasides* dictae sunt. Apollod. II. c. 4., Hyg. Poett. Astron. in *equus.* Met. V, 256. seqq., Fast. V, 7. 8. ibique interpp. Pleni sunt hoc fonte poëtae. De Musis vid. ad III, 2, 3. Pal. 2., Bern., Pirckh. *in undas.*

16. *Ne male fecundae.* Pal. 1., Guelf. a 1. m., Leid. a 1. m., exc. Voss. *male e fundo.* Berol. *male effunde.* Seg. *male e funde.* — *Male* vel *malee fundo* codd. Heins. XXIII, quibus accedunt Bern. et Bersm. — Rel. *malee in fundo.* Crev. *male fundo.*

17. *Primus id aspexi.* Busl., Pal. 2., Bersm., VII alii Heins. et Dresd. *primus et aspexi.* Pirckh. *primus id amplexus.*

18. *Utque pater natae.* Vid. praefatio huius carminis. — Post v. 18. in Pal. 1., Dresd. et multis aliis apud Heinsium codd. et vett. edd. hoc distichon legitur.

Tunc quoque, si (*vel* sed) forsan nostrum delevit amorem
Tempus, eram nimio iunctus amore tibi.

(Abest ab ed. Parm. 1477., Guelf., Franc., Bern., Reg., Put., Serv., Busl., Berol., Pirckh., Crev.) „Et nothos esse ipsa quoque sententiarum series declarat, quum neque cum praecedentibus recte cohaereant neque cum sequentibus. Deinde ineptum fuerat, amicam et virginem de illicito amore admonere.“ *Micyll.* Iidem versus etiam in scriptis diverse leguntur. Leid. *tunc ego securum forsan delevit amorem.* Gall. *tunc ego si nostrum forsan.* Mor. *tempus eras nimio i. a. mihi,* alii aliter. *Burm. Ignes pectoris,* ardores, qui olim ingenium sive pectus tuum movebant atque incendebant. Notum est illud:

Est deus in nobis (*poëtis*), agitante calescimus illo.

Exc. Voss. *aestus.* Iun. *idem* — *ignes.* — V. 19. Put. et II alii Heins. *si maneant.* Franc. hoc distichon omittit.

Sed vereor, ne te mea nunc fortuna retardet,
Postque meos casus sit tibi pectus iners.
Dum licuit, tua saepe mihi, tibi nostra legebam;
Saepe tui iudex, saepe magister eram:
Aut ego praebebam factis modo versibus aures, 25
Aut, ubi cessaras, causa ruboris eram.
Forsitan exemplo, quia me laesere libelli,
Tu quoque sis poenae facta remissa meae.

20. *Vincet.* Tres apud Ciof., Bersm., Busl., Pirckh., Crev., VII Heins. et vett. edd. *vincit.* Leid. *vincat. Lesbia vates,* Sappho. Vid. ad II, 365. et praefatio huius carminis.

21. *Sed vereor, ne nunc mea te.* Put. et II alii Heins., Guelf., Bern., Berol. *ne te mea nunc,* quem verborum ordinem primus recepit Heinsius: sine iusta caussa. Mor. *sed ne nunc mea te timeo.* Tres Heins. *sed ne nunc mea te vereor.* Sententiarum nexus hic est: *vereor, ne post meos casus, cum incitatore et exhortatore careas, carminum studium abieceris:* (nam) *dum licuit . . . . ruboris eram. Forsitan* (alteram caussam subiicit) *etiam meo exemplo, quia . . . meas.* (Verum) *pone metum etc.* — V. 22. Franc. *perque meos.* Mor. *corpus.*

23. *Legebam.* Vid. IV, 10, 45. et III, 15, 39. Conf. Pont. II, 4, 13., IV, 12, 15.

Busl. *tua scripta mihi.* Serv. *legebas.* V. 24. Reg. *fui iudex.* II Heins. *tuus.* V. 25. Crev. *modo factis.*

26. *Cessaras,* nullos versus feceras. Cic. Acad. I. c. 1. *silent enim diutius Musae Varronis, quam solebant, nec tamen cessare, sed celare, quae scribat, existimo.* Cic. de Orat. II. c. 6. *me hoc ipsum nihil agere et plane cessare delectat.* Conf. Trist. IV, 7, 5.

Guelf., Reg., Berol., Crev., Dresd. et ed. pr. *cessares.* Pal. 1. *cessabat.* III apud Burm. *pudoris.* — V. 27. Bern. *quod me.* Crev. *qui me.*

28. *Facta remissa.* Vat. 1., Pol. 1., Gott., Pal. 2. et II alii Heins., Dresd. a 1. m. *facta secuta.* Guelf., Bersm., II alii Heins. et ed. pr. *fata secuta.* Pal. 1., Dresd. a 2. m. et reliqui codd. et vett. edd. *facta ruina,* nisi quod Serv. *poenae pars bona facta meae,* quam nuper in textum recepit Merkel, *ruinam* accipiens pro homine, qui ruinam patitur. Sed parum accommodata videtur ea scriptura loci rationi, et imprimis voci *exemplo;* quae postulat, ut aliquid sequatur, quod in Perillae potestate fuerit, ut e v. 29. apparet. Multo expeditionem sententiam praebet scriptura prior. Sed tamen, cum omnia h. l. incerta sint, Mureti coniecturam, quae nunc fere pro vulgata et ad sensum quidem satis apta est, retinendam putavi. — Mor. pro v. scr. *nunc quoque sit poenae.*

Pone, Perilla, metum: tantummodo femina non sit
  Devia nec scriptis discat amare tuis. 30
Ergo desidiae remove, doctissima, causas,
  Inque bonas artes et tua sacra redi.
Ista decens facies longis vitiabitur annis,
  Rugaque in antiqua fronte senilis erit;
Iniicietque manum formae damnosa senectus, 35
  Quae strepitum passu non faciente venit;

29. *Pone.* Iun. *deme.* — *Tantummodo femina nulla* omnes vett. edd. et libri scripti praeter Bern. a 1. m., Pirckh., Dresd. a 1. m., Rel. et V Heins., qui *femina non sit.*

30. *Devia nec scriptis,* pro vulg. *neve vir a scriptis,* idem Heinsius primus dedit; et sic habent Put., Serv., Pirckh., Iun., exc. Voss., Rel. et II alii Heins., Dresd. et Bern. a 2. m. — Gall. *devia neu.* Pal. 1., Pol. 2., Franc., Berol., Crev. et VII Heins. *devia ne.* Reg., Mor., Busl. *devia de.* Pol. 1. *devia ne a.* Bern. a 1. m. *neve vir nec scriptis. Neve vir a scriptis* Guelf. a 1. m. cum reliquis libb.; nisi quod III scripti *nec iuvenis scriptis.* Illa *neve vir* et *nec iuvenis* glossae videntur piorum ac morosorum librariorum, qui non solas feminas corrumpere versibus non decere putarent, sed etiam viros ac iuvenes, neque satis intelligerent, poëtam h. l., ut solet, suis rationibus et Arti suae alludere. Vid. II, 211. 245. seqq. Nam sensus est: *tantummodo non femina versibus tuis corrumpatur, ut ego Arte mea fecisse arguor.* — Franc. *ne sit devia quae,* a 2. m. *quod scriptis.*

32. *In tua sacra. Sacra* h. l. sunt carminum studia. Sic de iisdem studiis *communia sacra* Pont. IV, 8, 82., Trist. IV, 10, 19. *coelestia sacra* et IV, 1, 28. *Pieridum sacra.* Conf. Virg. Georg. II, 476. Nam poëtarum munus sacerdotium est. Vid. not. ad III, 2, 3.

Berol. *tuas artes.*

33. *Ista decens facies.* Medic. Fac. v. 45.

> Certus amor morum est: formam populabitur aetas.

Art. A. II, 113.

> Forma bonum fragile est, quantumque accedit ad annos,
> Fit minor et spatio carpitur ipsa suo.

34. *Antiqua,* quae olim in flore aetatis fuit. Sic IV, 10, 94. *antiquae comae,* Amor. I, 14, 53. *antiqui capilli,* Met. II, 523. *antiqua facies,* Met. II, 485. *antiqua mens,* Trist. III, 12, 2. *antiqua hiems,* Met. I, 116. *antiquum ver,* Trist. V, 12, 32. *antiquus vigor.*

35. *Iniicietque manum,* occupabit, h. e. turpem faciet. *Iniicere manum* est formula iuris et significat *manu capere,* sibi vindicare, possessionem alicuius rei aut personae apprehendere, tanquam si nostri iuris sit. Forcellin. in v., Donat. ad Terent. Adelph. II, 1, 40.,

Cumque aliquis dicet: „Fuit haec formosa,“ dolebis,
Et speculum mendax esse querere tuum.
Sunt tibi opes modicae, cum sis dignissima magnis;
Finge sed immensis censibus esse pares: 40
Nempe dat et, quodcunque libet, fortuna rapitque,
Irus et est subito, qui modo Croesus erat.

Brisson. de Formul. V. p. 365. — V. 36. Iun., Franc., Guelf., Pol. uterque et VIII alii apud Heinsium *strepitus.*

37. *Dolebis.* Unus Medic. *rubebis,* quod fluxit ex Amor. I, 14, 47.

O quam saepe, comas aliquo mirante, rubebis,
Et dices: emta nunc ego merce probor.

Medic. Fac. v. 47.

Tempus erit, quo vos speculum vidisse pigebit,
Et veniet rugis altera causa dolor.

Met. XV, 232.

Flet quoque, ut in speculo rugas adspexit aniles
Tyndaris, et secum, cur sit his rapta, requirit.

Specula autem veterum non vitrea fuerunt, ut nostra aetate, sed ex aere, stanno, argento auroque polito. Vid. interpp. ad Plin. N. H. XXXIII. c. 9. et Stat. Silv. III, 4, 94. — Leid. *dicat.* V. 38. Bersm. *tui.* Gall. *querare.*

39. *Sunt tibi.* Vulg. *sunt et.* Omnes libri vett. *sunt tibi.* Cior. *Sunt tibi* Pal. 1. et XXXI alii Heins. Etiam Guelf. Nexus sententiarum est: *Sunt tibi modicae opes, cum* (tamen) . . . *magnis; sed fac esse immensis censibus pares* (esse maximas, nihil tamen, quod certum ac stabile esset, haberes); *nempe* (Vid. ad III, 4, 23. et conf. Pont. IV, 3, 38.) *fortuna et dat et rapit, quodcunque lubet, etc.*

41. Heinsius primus dedit: *dat id cuicunque*, e variis diversorum codd. scripturis conflatam scripturam. Nam *cuicunque* sumsit ex uno Medic., qui habet *et cuicunque. Dat id* ex tot soli Reg., Put., Gall., Bern., Iun., Leid. et II alii tuentur. Itaque vulgatam, quae optimam continet sententiam, revocavi: „*Nempe fortuna et dat quodcunque libet* (dare), *et rapit* . . . *Et—que* nihil habet insolens, neque vero illud *et* secundo loco positum. Pont. I, 4, 10. Conf. not. ad Trist. IV, 1, 74. Pirckh. et Rel. *quaecunque.* Busl. *fortunaque rumpit.* De *censu* vid. not. ad IV, 5, 7.

42. *Irus et est subito.* Berol. *cirus.* Put. *esus et.* Dresd. *hyrus erit subito.* Reg. *fit cenius subito.* Rel. et II Heins. *fit subito pauper.* VII Heins. *fit gracilis subito.* Crev. *egenus est sub.* Mor. *sic tenuis s. qui m. cressus erat.* Put., Franc. a 1. m. *grassus.* Busl. *grassus.* Crev. *Crassus.* Vat. 1. *Cyrus.*

Irus famosus ille mendicus Ithacensis apud Hom. Od. XVIII., cuius paupertas in proverbium abiit. *Croesus* ditissimus ille rex Lydiae, Solonis aequalis, cuius opes ac divitiae item in proverbium abierunt. Miram huius regis fortunam narrat Herodot I., Plut. in Solone. Pont. IV, 3, 37.

Singula quid referam? Nil non mortale tenemus,
Pectoris exceptis ingeniique bonis.
En ego, cum patria caream vobisque domoque, 45
Raptaque sint, adimi quae potuere, mihi,
Ingenio tamen ipse meo comitorque fruorque:
Caesar in hoc potuit iuris habere nihil.
Quilibet hanc saevo vitam mihi finiat ense:
Me tamen exstincto fama superstes erit; 50
Dumque suis victrix septem de montibus orbem
Prospiciet domitum Martia Roma, legar.
Tu quoque, quam studii maneat felicior usus,
Effuge venturos, qua potes, usque rogos.

Divitis audita est cui non opulentia Croesi?
Nempe tamen vitam captus ab hoste tulit.

43. *Singula quid referam.* Sic Pal. 1., Dresd., Bern., Seg., cum vett. edd. et dimidiato fere numero codd. Heins. Guelf., Franc. a 1. m. et reliqui *singula ne referam.* Amor. I, 5, 33.

Singula quid referam? nil non laudabile vidi.

Busl. *nil immortale.*

45. *Patria caream.* Iun., Leid., Busl., Franc. et XVI alii Heins. *caream patria.* Gall. *careo.* Guelf. *non caream patria.* V. 46. Gall. et Leid. *sunt.*

47. *Comitor.* Passive ex antiquo more dicendi, ut Pont. II, 3, 43. et alibi.

49. *Quilibet* vel vilissimus. — Reg. a 1. m., Busl. *qui licet;* invidiosum hoc Caesari. Repone igitur *quilibet* cum Mss. plerisque et vett. edd. Heins. Mor. *vitam saevo.*

50. Vid. not. ad IV, 10, 129.

51. *Dumque suis victrix septem.* Heinsius ex ed. pr., Vat. 1., Politiano utroque, Pal. 2., V alii primus dedit *dumque suis victrix omnem,* quod etiam Guelf. habet et confirmant Serv. et alius Heinsii, qui habent *totum de m.* Sed non idonea caussa adest, cur hanc scripturam scripturae omnium reliquorum codd. et vett. edd. praeferendam putemus. Et amant poëtae hos VII Romae colles memorare. Vid. I, 5, 69. Prop. III, 10.

Septem urbs alta iugis toti quae praesidet orbi.

Margo Dresdensis *dum septem victrix omnem de m. o.* Seg. *dumque suum victrix.* De illo *que* vid. ad V, 1, 78.

Merkel dedit *septem victrix,* haud magna certe auctoritate codd. Nam Dresd., Bern., Rel., Seg., vett. edd. et haud dubie longe plurimi Heinsii *victrix septem.*

52. *Martia,* a Romulo, Martis et Iliae vestalis filio, condita. Vid. not. ad II, 260. Eodem modo Virg.

ELEGIA IX. (VIII.)

Exsilii iniquitate afflictus poëta, optat, ut, quemadmodum multi in fabula, per aëra volare Romamque pervenire possit; sed statim haec vota ut vana et inania corrigens sese ipse adhortatur, ut ad Augustum potius, qui unus servare ipsum possit, preces vertat, additis precibus, ut ille tot labores suos et corporis et animi miseratus exsilium suum mutato loco levet.

Nunc ego Triptolemi cuperem conscendere currus,
Misit in ignotam qui rude semen humum;
Nunc ego Medeae vellem frenare dracones,
Quos habuit fugiens arce, Corinthe, tua;
Nunc ego iactandas optarem sumere pennas, 5
Sive tuas, Perseu, Daedale, sive tuas:

Aen. I, 276. *Mavortia moenia.* Seg. *aspiciat.*

54. *Qua.* Bern., Gall., Mor., Pirckh., Franc., Leid. et III alii Heins. *quam.* Put. *quos.* *Qua* recte habet, q. e. qua parte, sc. carminum studio. Vid. ad III, 5, 29. Ad sententiam conf. V, 14, 6. — Leid. *ipsa rogos.*

ELEGIA IX.

1. *Conscendere currus.* Guelf. a 1. m., Pal. 2., Vat. 1. et unus Medic. *consistere curru.* HEINS.

Cuperem, sc. si optare liceret, si optandi esset locus. Conf. III, 10, 73 — 75. — Cum Ceres Proserpinam filiam suam a Plutone raptam quaereret, ad Celeum Eleusiniorum regem venit eiusque filium Triptolemum frumenti semine dato in curru draconum collocavit, quo vehens omnium nationum agros frugibus obsevit, ut homines ferum victum relinquerent. Hyg. F. 147., Apollod. I. c. 5., Metam. V, 641., Fast. IV, 507. seqq., Serv. ad Virg. Georg. I, 163. Leid. *currum.* Conf. v. 15.

2. *Ignotam.* Richel. *ignaram;* atque ita de eadem re Val. Flacc. I, 69.

— — ignaras Cereris qui vomere terras
Imbuit (*Triptolemus*).

Tib. I, 7, 31.

Primus inexpertae commisit semina terrae.

Neque tamen mutandum: saepe enim *ignotus* pro *ignarus* legitur apud optimos Latinitatis auctores. *Rude,* quod terram nondum expertum erat. — Voss. *sparsit.* Seg. *rude nomen.*

3. *Medeae.* Vid. ad II, 387. — Vat. 1., Pal. 2. et Guelf. *mallem.*

5. *Iactandas,* in volatu. Sic in Metam. dixit *movendas.* Vid. III, 10, 45. — Seg., Pal. 1., Bern., Be-

Ut, tenera nostris cedente volatibus aura,
Adspicerem patriae dulce repente solum,
Desertaeque domus vultus memoresque sodales,
Caraque praecipue coniugis ora meae. 10
Stulte, quid haec frustra votis puerilibus optas,
Quae non ulla tibi fertque feretque dies?
Si semel optandum est, Augusti numen adora
Et, quem sensisti, rite precare deum.

rol., Crev., Rel., Dresd., VIII Heins. *iactantes.* V Heinsii *iactatas* et II cum Seg. a 2. m. *portantes.*

6. *Perseu.* Perseus, filius Iovis et Danaës (II, 401.), a Polydecte, Seryphi rege, missus est, ut caput Medusae (IV, 7, 11.) afferret; et a Minerva clypeum, a Mercurio ensem accepit et talaria alata, quibus corpori aptatis per aëra volavit. Hyg. F. 150., P. A. II. 12., Apollod. II. c. 4. Vid. Gier. ad Metam. IV, 604. sqq. De Daedalo vid. ad III, 4, 21.

8. Voss. pro var. scriptura *patriae tecta relicta meae.*

9. *Desertae,* domino suo orbatae. Conf. I, 3, 95. Ut h. l. *domus vultus,* sic *patriae vultu* V, 10, 47. et II, 3, 26. *Troiae facies.* Heinsius sine iusta caussa e coniectura novavit *vultum.* Vid. I, 2, 94. et not. ad III, 1, 27. V, 1, 39.

At mihi si cara patriam cum coniuge reddas,
Sint hilares vultus, simque quod fui.

Conf. I, 8, 23. Quint. I. O. VIII. c. 6. Merkel *vultus* pluraliter positum putat, ut plures *vultus familiae* declarentur. Perperam. — De *sodalibus* vid. IV, 10, 46. — V. 10. Busl., Rel. et Berol. *mihi,* quod sine caussa recepit Heinsius.

11. *Quid haec.* V Heinsii, eiusdem ed. pr., Bern. et Rel. *quid hoc,* reliqui omnes *quid haec.* Apparet igitur, quod nunc vulgo legitur, *quid o* nullam habere auctoritatem vetustatis, et Heinsium iterum delicias suas, affectum dico, pro integerrima scriptura induxisse. Vid. ad I, 1, 57. et ad IV, 10, 119. — *Haec* cum vi refertur ad varia quae modo attulit vota.

12. *Tibi fertque feretque dies.* Conf. II, 105.

Vat. 1., Pal. 2., Guelf., Rott. *ulla tulit fertque:* inepte per se; ac *tibi* etiam fere postulatur a loci ratione. Fluxit ex Amor. III, 6, 18. — Pal. 1., Guelf., Dresd., Bern., Crev., Berol. et XVIII Heinsii *fertque refertque,* ut I, 7, 6., sed longe diversa sententia. Bonon. *ulla sibi f. f.* Franc. et Seg. *dies f. r. tibi.* Pirckh. *quae tibi non ulla fertque.* Crev. *quae non ista.*

13. *Augusti numen. Augustum numen* scribe cum Hafn. et Medon. Pont. IV, 6, 10.

Certus eras pro me, Fabiae laus, Maxime, gentis
Numen ad Augustum supplice voce loqui.

Ille tibi pennasque potest currusque volucres 15
Tradere. Det reditum: protinus ales eris.
Si precer hoc (neque enim possum maiora precari),
Ne mea sint, timeo, vota modesta parum.

Sic *Augustum forum* Pont. IV, 5, 10., IV, 15, 61. et Fast. V, 552., *Augustum caput* Met. XV, 869., *Augustae aures* Pont. I, 2, 197., *Augustae fores* Trist. III, 1, 40, Heins. Verum quid obstat, quominus, cum in illis locis adiectivo *Augustus* usus esset, aliis in locis usus sit nomine, sicuti Trist. III, 1, 40. dixit *Augustae fores* et Pont. III, 1, 135. *Augusti domus,* quem locum idem Heinsius sine auctoritate librorum mutare cupiebat. Sic Trist. V, 11, 20. *Caesareum numen,* et Fast. III, 422. *Caesaris numen.* — Sententia haec est: *Si semel optandum est* (ne res, quae fieri non possunt, opta) sed *Augusti numen adora.* Merkel dedit *Augustum.* — Berol. *quod semel.* Dresd., Franc. et Put. *nomen.*

14. *Et quem sensisti.* Scribe *laesisti.* (Ita Serv., Mor. pro v. scr. et IV alii Heins.) IV, 10, 98. *laesi Principis ira.* I, 8, 84.

Nil fuerit laesi mollior ira dei.

De Augusto. Heins. Nil muta: sensit enim Augustum iratum et exsilium sibi irrogantem. Burm. Vid. II, 229., not. ad Her. VI, 154 et IX, 46., Fast. II, 135., Met. II, 488., XV, 823., Hor. Od. II, 7, 9. ibique Mitscherlich.

15. Verba *pennas . . . volucres* referuntur ad v. 1 — 4. — Pal. 1. *ille potes pennasque tibi curr. v.,* unde Merkel coniecit *ille potens pennasque t. c. v.* eamque coniecturam tanti habuit, ut eam optimae scripturae omnium codd. et vett. edd.: *ille tibi pennasque potest c. v.,* anteposuerit. Bersm. *cursusque.* Idem Bersm., Pirckh., IV alii Heins. et ed. Bonon. *volantes.* Crev. *ille tibi cacabos potest.*

16. *Det . . . eris.* Vid. III, 3, 23. Serv. et Seg. *ero.* Crev. *erit.*

17. Heinsius ex uno Italico primus dedit *possim.* Restituimus cum omnibus vett. libris *possum. possim* etiam minus dicit *quam possum;* quanquam illud non quaeritur, an *possim* hic locum habere possit, sed an optima scriptura librorum unius illius codicis Italici auctoritate sit eiicienda.

Precari vett. edd., Pal. 1., Franc., Put., Bern., Berol., Dresd. et multi Heinsii, quod respondet illi *precer.* Guelf., Pal. 2., Busl., XXII alii Heins., Crev. et Rel. *rogare.* Rel. etiam *nec enim.* Pal. 1. *preter — maiore.*

Porro Pal. 1., Gall., Guelf., Bersm., Dresd., Rel. et ed. pr. *hoc.* Reliqui cum vett. edd. *haec.* Contra v. 19., qui versus isti respondet, pauci libri, sc. Put., Bersm., VIII alii Heins. et eiusdem ed. pr. *haec,* reliqui cum vett. edd. *hoc,* nisi quod Gall., II alii Heinsii, Dresd. et Berol. habent *hic.*

Scribendum utroque loco *hoc*: „*si precer hoc* (nunc), (*neque enim . . .*) *timeo ne . . . Forsitan hoc olim,* cum . . ., *rogandus erit. Interea* (id) *quod minus est, mihi*

Forsitan hoc olim, cum iam satiaverit iram,
Tunc quoqne sollicita mente, rogandus erit. 20
Quod minus interea est, instar mihi muneris ampli,
Ex his me iubeat quolibet ire locis.
Nec coelum nec aquae faciunt nec terra nec aurae;
Hei mihi perpetuus corpora languor habet.

(tamen) *pro magno munere est*.." Busl. *ista precor nec enim.*

19. *Cum iam.* Iun. eleganter *cum se satiaverit ira.* Her. XX, 87.

Cum bene se, quantumque volet, satiaverit ira.
Heins.

Elegantior sane ea est scriptura, quod eandem rem lenius declarat, sed non veram esse evincit omnium libb. in vulgata consensus. — Pal. 1. *iras*, quod Merkelio praestare videtur. Sed Naso, qui quid praestet probe novit, in XII locis quibus Augusti in se iram memoravit, usus est singulari, nusquam plurali.

20. *Tunc.* Ita libri longe plurimi, et praeter Guelf., Bern., Put., qui *tum* tuentur, etiam optimi. *Merkel.* Busl. etiam *tunc.*

21. *Quod etc.* Quid illud sit, explicatur versu qui sequitur. Eadem sententiae figura est Met. IV, 61.

— — — — quod non potuere vetare,
Ex aequo captis ardebant mentibus ambo.

De re conf. II, 577., V, 2, 72., III, 5, 53., Pont. IV, 14, 5. Iun. *numinis.* Ed. pr. *numinis ampli est.* Barb. *hoc minus int. quod ad instar m. a.* Rel. quod *minus i. e. ad inst. m. a.*

23. *Faciunt*, conveniunt. Conf. III, 3, 7. Prop. III, 1, 20.

Mollia, Pegasides, vestro date serta poëtae,
Non faciet capiti dura corona meo.

Art. A. III, 57.

Dum facit ingenium, petite hinc praecepta, puellae.

Vid. Art. III, 540., Amor. II, 9, 36. Hor. Epist. I, 11, 17. Deinde non est *tautologia coelum* et *aurae*, uti nec *venti* et *aurae* (vid. Her. XVI, 23.): nam praeter coeli incommoda, v. c. frigoris, in locis insalubribus etiam aurae officiunt, quae vel ex paludibus, lacubus et mari surgunt. Praeterea *aurae* omnes halitus et spiritus ingrati et insalubres, quae inficiunt aëra, dicuntur. Vid. interpp. ad Metam. XV, 394. Sic *aurae ex coma spirant* apud Val. Flacc. V, 589. Sic *aurae ex fluviis* Liv. XXI. c. 54., *aura maris* Plin. XXXVI. c. 22. Curt. IX. c. 9. Sic igitur in Scythia coelum asperum, rigidum et frigore incommodum erat, nec conveniebat Ovidio molli Italiae coelo adsueto. *Burm.* *Aurae* h. l. sunt pro aëre.

24. *Hei mihi.* Vat. 1., Pal. 2. *et mihi*, quod primus recepit Heinsius. Busl. et XI alii Heins. et Bern. *heu mihi.* Vid. I. 1, 2. Guelf. a 1. m. *ei.* Reliqui *hei mihi*, quod revocavi. Nam affectus, ubi a coeli iniquitate ad valetudinis statum venit, aptissimus est; atque ita librorum prope consensus; nec elegans oratio est, *et mihi corpora habet.* Gall. *pectora.* Art. A. II, 318.

Seu vitiant artus aegrae contagia mentis, 25
Sive mei causa est in regione mali:
Ut tetigi Pontum, vexant insomnia, vixque
Ossa tegit macies nec iuvat ora cibus.
Quique per autumnum percussis frigore primo
Est color in foliis, quae nova laesit hiems, 30
Is mea membra tenet; nec viribus allevor ullis,
Et nunquam queruli causa doloris abest.
Nec melius valeo, quam corpore, mente; sed aegra est
Utraque pars aeque, binaque damna fero.
Haeret et ante oculos, veluti spectabile corpus, 35
Adstat fortunae forma legenda meae;

Aëre non certo corpora languor habet.

Corpora pluraliter de uno homine apud Nasonem frequens oratio. Vid. not. ad III, 1, 27. De dictione *corpora habet languor* vid. not. ad Her. XII, 170. Conf. Fast. II, 754. et III, 288.

26. Leid. *mea causa est et regione.*

27. *Insomnia* saepe in malis inquietisque somnis dicuntur. Cic. de Senect. c. 13. *caret* (senex) *etiam vinolentia et cruditate et insomniis.* — Iun. *vexant me insomnia.* III apud Burm., Dresd. pro v. scr. *vexant me somnia.* Conf. Pont. I, 2, 45. seqq.

28. *Vix ossa tegit macies,* poëtice pro prae macie ossa vix teguntur.

Nec iuvat, non gratus est. Plaut.

Neque unquam quicquam iuvat, quod edo domi;
Foris aliquantillum etiam, quod gusto, beat.

Dresd. pro v. scr. *vix iuvat.* V.

29. Iun. et Seg. *primum.* Pal. 2. et Bersm. *percussus.*

30. *Nova,* ut Virg. Georg. I, 43. *vere novo.* Put. *quo.*

32. *Doloris.* Pol. 1. et III alii *laboris.* Sed rectius *dolor querulus,* quam *labor* dicitur. Burm.

33. Ed. pr. *aequa est.* Crev., Berol., Leid. et Busl. *est* omittunt.

36. *Adstat.* Sic Pal. 1., Guelf., Rel., Dresd. et XVIII Heins. Reliqui cum vett. edd. *adstans.* — *Forma legenda* XXIX Heins., in quibus Pal. 1., Vat. 1., uterque Pol., Pal. 2., Busl., Franc., Put.; item Guelf. et nostri omnes. — Pirckh. et II alii Heinsi *verenda.* Hamb. *lugenda.* Serv. *luenda.* Ed. pr. *tacenda.* Pauci cum nonnullis vett. edd. *videnda.* „*Fortunae forma* rectius dicitur *spectari* vel *videri,* quam *legi,* et scripturam *videnda* confirmat etiam res comparata *spectabile corpus.*“ Scite haec annotavit Burmannus. Attamen contra codicum prope consensum no-

Cumque locum moresque hominum cultusque sonumque
Cernimus et, quid sim quid fuerimque, subit;
Tantus amor necis est, querar ut cum Caesaris ira,
Quod non offensas vindicet ense suas. 40
At quoniam semel est odio civiliter usus,
Mutato levior sit fuga nostra loco.

vare non audeo. *Legere* accipiendum est pro *totam et per singulas partes perspectare,* velut in caelatura vel pictura. Eodem modo Virgilius Aen. VI, 34. in caelato opere dixit *perlegere,* ubi conf. Serv.

37. *Locum.* Vett. edd. et XI Heins. *locos.* Mor., Leid. 1. *cultumque.* Ed. pr. et reliquae saec. XV., item III codd. Heins. *sonosque* Busl. et Bern. *solumque.*

38. *Quid sim, quid.* Pal. 1., Reg., Segu., Crev. *quis sim, quis.* Guelf., Pal. 2., Franc., Bern., Put., Gall., Berol. et ed. pr. *qui sim, qui.* Leid. *quis sim, qui.* Exc. Voss. *qui sim, quid.* Serv. *fuerimve.* Vid. IV, 1, 99.

39. *Querar ut cum.* Sic Pal. 1., Franc. et XVI alii Heins., Dresd., Guelf., Rel. ed. pr. et reliquae vett. edd. — Reliqui libri *ut de Caes.*, nisi quod III codd. *ut tum,* Iun. *ut tunc,* Serv. *ut iam.* Metam. I, 723. *cum Iove visa queri.* X, 724. *questaque cum fatis.* Cic. Verr. II. c. 23. *queri cum multis, ita ut fit, incipiunt.* Conf. Trist. IV, 1, 86. — V. 40. Put. *ipse suas.* Exc. *Voss. ore suas.* Segu. *ille suas.*

41. *Civiliter,* ut civis in civem, humaniter, moderate. Vid. Met. XII, 583., Trist. IV, 4, 13. — Guelf., Serv., VI alii Heins. et vett. edd. *aut.* Gall. *et.* Leid. *dis civilibus.* V. 42. Leid. *sit mihi poena loco,* Bersm. *sit mea poena.*

ELEGIA X. (IX.)

Tomos, locum exsilii sui, antiquissimam Milesiorum coloniam, nomen suum tenere narrat a Graeco τέμνειν, q. e. secare, quia ibi Medea, quum patrem ac patriam prodidisset et cum Iasone Argonautarum duce ac principe aufugisset, Absyrtum fratrem in frusta dissectum patri eam persequenti obiecisset.

Hic quoque sunt igitur Graiae (quis crederet?) urbes
Inter inhumanae nomina barbariae?
Huc quoque Mileto missi venere coloni,
Inque Getis Graias constituere domos?
Sed vetus huic nomen positumque antiquius urbe
Constat ab Absyrti caede fuisse loco.

ELEGIA X.

Pirckh.: „epist. XIX a.“ Heinsius in quibusdam codd. hanc elegiam notat cum praecedenti cohaerere.

Tomis, nam dicitur *Tomi, Tomos* et *Tomis* (Vid. ad v. 33.), fuit urbs Thraciae sive Moesiae prope Pontum Euxinum haud longe a dextra ripa Danubii sive Istri, Milesiorum colonia, quam *splendidissimam civitatem* dicit Plinius. Strab. VII. p. 220. Mela II. c. 2. Conf. Trist. I, 2, 83., II, 189. seqq., III, 10, 7., V, 2, 63., V, 10, 13.

1. *Hic quoque sunt igitur Graiae,* gentis illius et humanitate et vitae cultu celebratae, *urbes.* De *Graiis* pro *Graecis* vid. ad III, 12, 39.

Maff. et unus Vat. *sunt urbes Graiae, quis crederet unquam.* Cior. Idem Pal. 1., Guelf. in ras. et punctis suppositis, ed. pr. et Rel. — Mor., VI alii Heins. et vett. edd. *sunt urbes Graiae quis credere posset.* Seg. *sunt nbis Graiae quis crederet urbes.* Iun. *sunt unquam Graecae.* Put. *sunt unquam quis Graiae crederet urbes.*

2. *Inter—nomina barbariae* pro *inter barbariam* vel *in barbaria,* a Nasone frequentata periphrasis. II, 221.

3. *Mileto.* Miletus urbs Ioniae olim florentissima ac potentissima (Herodot. I. c. 141.), quae auctore Senec. de Consol. c. 6. *LXX urbium populum in diversa diffudit* (II, 413., Mel. I. c. 17., Strab. XV.), in quibus plures coloniae in ora Ponti Euxini: Tomi, Istros, Odessos, Apollonia, Olbia, aliae. Plin. IV. c. 11., Mela II. c. 2., Strab. VII. p. 220. Unde apparet, cur poëta h. l. *huc quoque* dixerit.

4. *Getis.* Vid. ad I, 10, 14. — Reg. *Gethas.* Gall. *domus.* Berol. *movere.*

5. *Positumque antiquius urbe.* Vulgata est *positaque antiquius urbe,* quam exhibent Guelf., Pal. 2.,

Nam rate, quae, cura pugnacis facta Minervae,
Per non tentatas prima cucurrit aquas,
Impia desertum fugiens Medea parentem
Dicitur his remos applicuisse vadis. 10
Quem procul ut vidit tumulo speculator ab alto:
„Hospes," ait, „nosco Colchide vela dari!"

Franc. et X alii Heins., vett. edd. et Rel. Reliqui Heinsiani et nostri Dresd., Seg., Busl., Bern., Crev. et Berol. *positumque*, φ quibus IX Heinsii et Rel. a 1. m. *urbi* et alteri IX *antiquitus*. Sed in vulgata merito Schraderum offendebat: *constat huic loco fuisse nomen ab Absyrti caede*, quod nomen adhuc erat, neque elegans oratio *nomen vetus et urbe antiquius*. Itaque maiore codicum fide firmatum *positumque* cum Merkelio restituimus, ut *antiquius* pro adverbio sit. Zeugma illud *nomen positum antiquius urbe* sc. *posita* apud Nasonem quidem non insolitum. Conf. Fast. II, 260., III, 225., Met. XIII, 623. *Ponere urbem* Fast. IV, 812. — Pal. 1. *si vetus*.

6. *Ab Absyrti*. Pirckh., Rel. et vett. edd. *et Absyrti* Pal. 1. *Arsiti*. Guelf. et alii *Assirti*.

7. *Rate—aquas*, circumscriptio Argus, quae fuit navis illa, qua Iason cum reliquis Argonautis e Thessalia ad Phasida in Colchis vectus est ad vellus aureum asportandum, quae Minerva monstrante aedificata tradebatur. Vid. Hyg. F. 14. seqq., Val. Flacc. Argonaut., Apollod. I. c. 9., Metam. VI. et Her. XII. et VI.

Nova, quia prima mare traiecisse a poëtis dicitur. Catull. LXIV, 9., Her. XII, 13. 23., Met. VI, 721., Pont. III, 1, 1., Winkelm. Hist. Art. p. 23. ed. Vienn.

Bellacis. Vid. ad IV, 10, 13. — Seg. a 1. m. *structa*, a 2. *tecta*.

9. *Impia*. Medea dicitur, quia patrem proditum reliquerat et cum Iasone, postquam eum in adipiscendo aureo vellere veneficiis suis adiuverat, per mare aufugerat. Vide auctores modo laudatos.

11. *Speculator*. Tres Vatt. *spectator*. Cior. *Quam* Pol. 1., Pal. 2. et IV alii Heinsiani.

12. *Colchide vela dari*. Guelf., Pal. 2., Berol., Seg. et pauci Heins. *Colchide vela venit*. — Pol. 1. et 2., Bersm., Put., Mor. (Mor. pro v. scr. *Colchica*), Franc., Dresd. (Dresd. *a Colchide*), Rel., Crev. et vett. edd. *nosco Colchide vela dari*. Vat. 1. *Colchidus vela dari*. Bern. *Colchidis vela dari*. Pal. 1. *posco Colchide v. dari*. Reg., Gall., Serv., Busl., Pirckh., Iun., Leid. *Colchida vela dari*. *Colchida* praeterea XVIII Heins. et *dari* XV. Duo Heins. *Colchide vela dedit*. Zulich. *Colchide vela sequi*. Mor. pro v. scr. *Hospes, ait, nosco colchica vela, venit*.

„Scribo:

Hostis, ait, nosco, Colchidi, vela, venit.

h. e. *ait Colchidi, hostis venit, nosco vela*. *Colchidi* tertia correpta,

Dum trepidant Minyae, dum solvitur aggere funis,
Dum sequitur celeres ancora tracta manus:
Conscia percussit meritorum pectora Colchis 15
Ausa atque ausura multa nefanda manu;
Et, quanquam superest ingens audacia menti,
Pallor in attonitae virginis ore fuit.

ut Stat. Achill. II, 88." *Heins.* „Cum speculator non solum Medeae, sed omnibus Minyis, qui trepidabant, clamet, legerem:

Hostis, ait, nosco, Colchide, vela, venit.

Burm.

De quantitate literae *i* tertio casu non quaerendi sunt Statii, verum Ovidius, Catullus, Tibullus, Propertius, Virgilius, a quibus omnibus producitur. *Colchidi* igitur mendosum, ac retinendum *Colchide. Hostis* nullis libris confirmatur; neque vero abhorret a trepidi speculatoris natura, ut unum sive unam, cuius salus potissimum agatur, appellet, licet oratio sua ad reliquos quoque pertineat. Retinendum igitur etiam cum omnibus libris *hospes.* Denique cum omnibus prope libris scribendum *vela dari,* ut versus sit talis:

Hospes, ait, nosco Colchide vela dari.

Cuius sensus est: *Hospes, ait, nosco* (i. e. clare cerno) *Colchide vela dari,* sive navigari. A quo vela dentur, sive quis adventet, in terrore atque consternatione omittit; et poterat videre vela, quin, quis adventaret, discerneret. *Hospes* autem, non intelligendus Iason, ut alii censent, ut speculator ille in Argo navi intelligendus sit Colchus quidam, qui cum Medea fugerit et Iasonem hospitem appellat, nec, ut aliis placuit, Aeëtes, Medeae pater, sed intelligenda est, de qua una omnis oratio est, *Medea. Vela dare,* non addito *ventis* vel *loco in quem,* non opus est exemplis confirmare. Mira est in scriptura Heinsiana et Burmanniana synchysis, ac barbara:

Hospes (sive hostis), ait, nosco, Colchide, vela, venit.

Hospes fem. genere Fast. VI, 510.

Colchis est regio Asiae ad Pontum Euxinum circa fluvium Phasin, patria, ut iam dictum est, Medeae. Strab. VII. p. 343., IX. p. 344., Q. Curt. VI. c. 5. Merkel dedit:

Hospes, ait, nosco Colchide vela sequi.

13. *Minyae* cur Argonautae dicti sint, ambigitur. Apollon. I, 229. et Hyg. F. 14. auctores sunt, quia Iason aliique Argonautarum principes e Minyae Thessaliae regis genere fuerint. Vid. Gier. ad Met. VII, 1., Perizon. ad Ael. V. H. III. c. 42., Heyn. ad Apollod. I, c. 9. *Solvitur.* Virg. Aen. III, 639.

Sed fugite, o miseri, fugite atque ab litore funem
Rumpite.

Metam. XIV, 445.

Solvitur herboso religatus ab aggere funis.

Gall. *dissolvitur.* Leid. *tracta rates.* Serv. *tota.* V. 15. Crev. *pectora palmis.*

17. *Superest,* abundat. II, 69.

Ergo ubi prospexit venientia vela: „Tenemur,
„Et pater est aliqua fraude morandus,“ ait. 20
Dum quid agat quaerit, dum versat in omnia vultus,
Ad fratrem casu lumina flexa tulit.
Cuius ut oblata est praesentia, „Vicimus“, inquit:
„Hic mihi morte sua causa salutis erit.“
Protinus ignari nec quicquam tale timentis 25
Innocuum rigido perforat ense latus,
Atque ita divellit, divulsaque membra per agros
Dissipat in multis invenienda locis.

18. *Pallor in attonitae—fuit. In ore sedet* tres scripti (etiam Segu.), quod amplector. Met. II, 775. *pallor in ore sedet.* Iuven. IV, 73.

In quorum facie miserae magnaeque sedebat
Pallor amicitiae.

Neque aliter ex Arond. Gron. Obss. II. c. 3., qui adeatur. Scribe praeterea *attonito* cum Leid. pro vulg. *attonitae.* Heins. Rel. etiam *attonito.* Scriptura *sedet* sine dubitatione manavit ex illo loco Metamorphoseon. Neque *attonito* invitis libris novare audeo. Vid. omnino not. ad III, 3, 20.

19. *Ergo ubi.* Leid. *ergo ut.* Busl., Iun. et Rel. *conspexit.* Iun. et Leid. *tela.* Burm. Dresd. *persp.*

20. *Morandus.* Pol. 1. et pro var. script. Gott. *tenendus.* Heinsius coniiciebat: *tenemur aut.... tenendus.* Tu sequere vulgatam *morandus.* Illud *et* autem h. l. suspenso ac deliberanti Medeae animo aptissimum, cuius elegantiam perspicies, si post hanc particulam orationem paulisper insistere intellexeris. Hanc orationis figuram Naso amat. Conf. Her. IX, 149. — Exc. Voss. *parte.*

22. *Flexa tulit.* Pal. 1., Leid., IV alii Heins. et Rel. a 1. m. *versa.* Gall. *dedit.*

23. *Vicimus.* Put., Gall., Mor., Busl., Iun., Leid., XIV alii Heins., Bern., Dresd., Rel. et Berol. *vincimus.* Pal. 1., Guelf., Franz. et reliqui cum vett. edd. *vicimus.* Recte. In incitatiore ac fervidiore oratione id, quod certo futurum est, saepe tanquam factum pronuntiatur. Vid. Gier. ad Metam. IV, 356., VI, 513., X et 442. Quod cum librarii non intelligerent, novam h. l. scripturam invenerunt, atque inde factum est, ut multi libri habeant *vincimus,* quod male in textum induxit Heinsius.

24. *Salutis.* Her. X, 143.

— — — — si non ego caussa salutis,
Non tamen est, cur sis tu mihi causa necis.

V. 25. Pal. 1. *ignati—timetis.*

26. *Innocuum—latus.* Sic *cognatum latus* Metam. IX, 412.

27. *Divellit.* Ennius apud Cic. de Nat. D. III. c. 26.

Neu pater ignoret, scopulo proponit in alto
Pallentesque manus sanguineumque caput; 30
Ut genitor luctuque novo tardetur et, artus
Dum legit exstinctos, triste retardet iter. —
Inde Tomos dictus locus hic, quia fertur in illo
Membra soror fratris consecuisse sui.

— — — — — — Postquam pater
Appropinquat, iamque, paene ut comprehendatur, parat,
Puerum interea obtruncat membraque articulatim dividit,
Perque agros passim dispergit corpus: id ea gratia,
Ut, dum nati dissipatos artus captaret parens,
Ipsa interea effugeret, illum ut maeror tardaret sequi;
Sibi salutem ut familiari pareret parricidio.

In Ib. v. 435.

Et tua sic latos spargantur membra per agros.
Tanquam quae patrias detinuere vias.

Conf. Metam. XIII, 865. De oratione *divellit, divulsaque* vid. not. ad III, 5, 11. — Seg. *convulsaque.*

28. *Invenienda.* Conf. III, 8, 36.

29. *Scopulo proponit.* Pal. 1. et II Heins. *tumulo.* Exc. Voss. et Leid., *disponit.* Pal. 2., Bern. et II Heins. *praeponit.* Unus *suspendit.* Iun., Rel. et Busl. *ab alto.* Iun. *ne.* Burm. Crev. *nam pater ignorat.*

31. *Novo* alii interpretantur, ut respiciatur ad veterem illum de aurei velleris iacturam. Ego intelligo inexspectato et nefando.

32. *Retardet.* Heinsius e Vat. 1., Pol. 1., Pal. 2. et II aliis dedit *triste moretur iter,* laudans XIX, 20.

Quaeque tuum, miror, causa moretur iter.

Verum cum reliqui tot codd. et vett. edd. exhibeant *retardet* (Put. et Gall. *retardat*), Heinsianam scripturam retinere non sum ausus. Nam in repetitione eiusdem paene verbi nunc, postquam Nasonis ratio in eo genere melius explorata est, nemo amplius haeret. Ea vero exempla, quae comparat Merkel: Fast. III, 64., Her. IX, 78., XVII, 58. *actum redigere, pensa rependere, rediturus eo* huic loco minime sunt similia. — Pal. 1., Reg., Gall., Mor. et IV alii Heins. *leget.* Leid., III alii Heins., Bern. et Berol. *legat.*

33. *Tomos.* Pol. 1., IV alii Heins. et Guelf. *Tomis.* Vat. 1., Put., Busl., V alii Heins., Bern., Rel. et Crev. *Tomus.* Reliqui codd. omnes et vett. edd. *Tomos.*

„Recte *Tomis.* Nam etiam ap. Strab. VII. *Tomis* est. Idem apud Constant. Porphyrogenitam II. Them. II. atque apud Nasonem quidam vett. Pont. IV, 14, 59. Nummus antiquus apud Carol. Patinum Gordiani Pii *ΜΗΤΡΟ. ΠΟΝΤΟΥ. ΤΟΜΕΩΝ.* Alius nummus Caracallae apud eundem *ΤΟΜΕΩΣ. ΜΗΤΡΟ. ΠΟΝΤΟΥ.* Vid. Spanheim. p. 885. Scaliger emendabat, quomodo Apoll. Sidon. XXIII, 159.

Et te carmina per libidinosa
Notum, Naso tener, Tomosque missum.

Apud Ptolomaeum quoque *τόμοι·*

ELEGIA XI. (X.)

Describit poëta faciem ac saevitiam Tomitanae hiemis barbarorumque super Istri glaciem in agrum Tomitanum incursiones.

Si quis adhuc istic meminit Nasonis ademti,
Et superest sine me nomen in Urbe meum;
Suppositum stellis nunquam tangentibus aequor
Me sciat in media vivere barbaria.
Sauromatae cingunt, fera gens, Bessique Getaeque, 5
Quam non ingenio nomina digna meo!

Tomos apud Plinium. *Veteres Tomi* apud Claudian. Epithal. Pallad. et Celer. v. 70.

— — — — — Tristis in ipsis
Naso Tomis.

Apud Statium quoque Silv. I, 2, 254. Nec aliter B. Hieronymus semel iterumque in Chron. ut illo loco: *Ovidius poëta in exsilio diem obiit, et iuxta oppidum Tomos sepelitur,* uti etiam apud Amm. Marcell. XXII.“ *Heins.*

In tanta diversitate tutius erit retinere vulgatam et plurimorum et optimorum codd. et vett. edd. scripturam *Tomos,* cum praesertim loci naturae aptius videatur quod vocant abstractum, *τόμος*, propterea quod refertur ad summam verborum: *quia . . sui.* Apollod. l. l. *Συναθροίζων δὲ Αἰήτης τὰ τοῦ παιδὸς μέλη τῆς διώξεως ὑστέρησεν. διόπερ ὑποστρέψας καὶ τὰ σωθέντα τοῦ παιδὸς μέλη θάψας τὸν τόπον προσηγόρευσε Τόμους.* Serv. *Tomitanus dictus locus quia.* Bern. et Scholiastes Senecae Traiectinus apud Burm. *locus est quia.* — V. 34. Schol. Senecae Traiect. *membratim fratrem dilacerasse soror.* Leid. *praesecuisse.* Pal. 1., IV alii Heins. et Seg. *subsecuisse.* Leid., Busl., Dresd., Seg., Bern., Rel. et haud dubie etiam permulti Heinsii codd. *sui fr. cons. soror.*

ELEGIA XI.

1. *Meminit.* Bern. et Iun. *memor est.* Busl. et Leid. *illic.*

3. *Suppositum etc.* Vid. ad IV, 3, 2., II, 190., III, 2, 2., III, 11, 8., III, 4, 45. — Iun. *nusquam.*

4. *Barbaria.* Heinsius ex uno Hamb. primus dedit *barbarie,* quod etiam ed. Bonon. exhibet. Conf. V, 1, 46., IV, 1, 22.

5. *Sauromatae.* Vid. ad II, 189. *Bessi* gens Thraciae ab Haemo monte, cuius maiorem partem tenebant, ad regionem Tomitanam. Vid. Strab. VII. p. 220., qui eos a praedonibus *praedones* appellari tradit, in tuguriis habitantes duramque vitam agentes. Conf. Plin. H. N. IV. c. 17. et Trist. IV, 1, 67. De *Getis* vid. ad I, 10, 14. Iun. *Bessaeque.*

6. *Ingenio — meo,* humanioribus

Dum tamen aura tepet, medio defendimur Istro;
Ille suis liquidus bella repellit aquis.
At cum tristis hiems squalentia protulit ora,
Terraque marmoreo est candida facta gelu, 10
(Dum patet et Boreas et nix iniecta sub Arcto)
Tum liquet, has gentes axe tremente premi.

ac mollioribus moribus meis. — XV Heinsii, Pal. 1., Guelf., Berol. et vett. edd. *quae non.* Bern. *quod non.* Serv. *et non.*

7. *Medio,* interiecto. II, 192.

8. *Liquidus bella repellit,* quamdiu vel dum liquidus est, et non congelavit, hostiles barbarorum incursiones arcet. XXV Heins., Busl., Dresd., Bern., Rel. et Berol. *liquidis,* q. e. *dum* (aquae) *liquidae sunt.* Sed prior scriptura elegantior mihi quidem videtur.

9. *At cum tristis hiems etc.* Alia hiemis imago est Met. XV, 212.

Inde senilis hiems tremulo venit horrida passu.

Conf. Met. II, 30. Hor. Epod. II, 7.

— quum decorum mitibus pomis caput
Auctumnus arvis extulit.

Gall. et Leid. *sed.* Leid. *dum — pertulit.*

10. Gall., Mor., Leid. *gelu est,* quod primum induxit Burmannus Pal. 1., Berol., Dresd. et permulti Heins. *est* plane omittunt. Guelf., Put., Pol. 1. et 2., XV alii Heins. et vett. edd. *marmoreo est.*

11. *Dum patet etc.* Ed. pr. Heins. *tum.* Pirckh. et ed. Bonon. *dumque patet.* Reg. *tum statimur boream.* Nonnulli Heins. *et nox.* Put. *nix ingesta.* Segu. *advecta.* Mor. pro v. scr. *agitata.* Franc. *habitata.* Leid. *subiecta.* Pal. 2., Serv., Berol., ed. pr. Heins. et multi (?) Heins. codd. *habitare.* Berem. et vett. edd. *iactata.* Reliqui *iniecta.* Pal. 1., Put., Iun., Busl. *sub arcto est.* — Libri vett. igitur tuentur *iniecta* aut *iactata;* nam reliquae varr. sunt corruptiones ex illis duabus scripturis. Secuti sumus, quae maiorem fidem vetustatis habet, scripturam *iniecta,* quae accipienda videtur pro *cumulata.* — Ceterum paullo laxior ordo sententiarum est; exspectes enim post versum 9. et 10.: *tum hostis undique super glaciem irrumpit,* pro qua apodosi liberius dicit: *tum omnia hiemis Tomitanae ingruunt incommoda,* in quibus inferius v. 52. etiam illae hostiles incursiones super congelatum flumen tanguntur. Atque ita series orationis plana est. Obscurior vero est quaestio de versu 11., unde Heinsius cum aliis totum distichon adulterinum esse censuit. Verum si v. 11. pro parenthesi accipimus, sententia satis apte cohaerere videtur: *At cum tristis hiems... gelu* (9. 10.) [*dum et boreas et nix iniecta sub Arcto aperitur*], *tum liquet, has gentes sub extremo septentrione habitare. Nix* (enim) *iacet . . .* — Similis sententiae figura cum simili parenthesi est Remed. v. 413. seqq.

Tremente ab effectu, pro *trepido*

Nix iacet, et iactam nec sol pluviaeve resolvunt;
Indurat Boreas perpetuamque facit.
Ergo ubi delicuit nondum prior, altera venit, 15
Et solet in multis bima manere locis.
Tantaque commoti vis est Aquilonis, ut altas
Aequet humo turres, tectaque rapta ferat.
Pellibus et sutis arcent mala frigora braccis,
Oraque de toto corpore sola patent. 20

sc. prae frigore. De dictione *axe premi* vid. ad II, 190. Conf. I, 2, 46. Merkel coniecit:

Dum vetat et Boreas et nix habitare sub arcto.

12. *Tum liquet.* Ita Pal. 1., Put., II alii codd. Heins. et eiusdem ed. pr. Reliqui codd. et vett. edd. omnes *patet.* Sed cum Heinsio videtur scribendum *liquet*, ne illud *patet* in diversis sententiae partibus obscuritatem efficiat. *Patet* a grammaticis esse videtur, qui, quum loci sententiam non satis perspicerent, in repetitione illa concinnitatem affectarent rhetoricam. Nam vett. edd. et Crev. *d u m patet.*

13. *Nix iacet et iactam.* Pal. 1., Iun., IV alii Heinsiani, Berol. Rel. et Dresd. *pluviaeque.* Guelf. a 1. m. *ne sol.* Guelf. a 2. m., Bersm. et vett. edd. *non sol,* quod si codd. confirmarent, reciperem, quia neque alterum *nec* neque *et* sequitur. Constructionem *iacet et iactam* illustravimus ad III, 6, 11.

14. *Perpetuamque.* Pont. I, 3, 49.

Orbis in extremi iaceo desertus arenis,
Fert ubi perpetuas obruta terra nives.

15. *Ubi delicuit,* liquefacta est. Vid. Met. VII, 381. et Voss. de Analog. III. c. 24. Pirckh., III alii Heins. et Dresd. *defluxit.* Ed. Bonon. *deliquit.* Leid., III alii Heins. et Dresd. *altera crevit.* Mor. *necdum.* Bern. *nudum,* q. e. *necdum.*

16. Bern., Pal. 1. et plurimi Heins. *bina.* VI Heins. *bruma.* VII Heins. et vett. edd. *bima iacere.* — V. 18. Bern. *raptaque tecta.*

19. *Et sutis.* Vulg. *hirsutis.* Alias *et sutis,* neque enim duo substantiva absque coniunctione h. l. apte iunguntur. *Micyll.* Bersm. pro v. scr. *hic sutisque.* Serv. *insutis.* Put., Franc., Pirckh., Berol. *et siccis.* Franc. pro v. scr. *assutis.* Alii *huc sutis* vel *et longis.* Veram scripturam *et sutis* fortasse nullus liber servavit. Nam XXXI Heins. et nostri praeter Berol., et vett. edd. *hirsutis.*

Mala frigora et h. l. et V, 7, 49. in *male* corrupit sine omni auctoritate librorum Heinsius. Pont. I, 3, 37. *Scythico quid frigore peius.* Sed exemplis nihil opus est. — Ed. Bonon. *frig. gentes.* Reg. *frig. bessi,* interpolatio corruptione *hirsutis* provocata.

Braccis. Erant braccae ampla

Saepe sonant moti glacie pendente capilli,
Et nitet inducto candida barba gelu;
Nudaque consistunt, formam servantia testae,
Vina, nec hausta meri, sed data frusta bibunt.
Quid loquar, ut cuncti concrescant frigore rivi, 25
Deque lacu fragiles effodiantur aquae?

(Vid. Tac. Germ. c. 7.) tegumenta feminum, quibus utebantur Indi, Medi, Phryges, Daci, Getae et Germani. Vid. Brisson. de regno Pers. I. §. 63. 64., Mela II. c. 3. 4., Iuv., Sat. II, 169., Perizon. ad Ael. V. H. XII. c. 32. Conf. Trist. V, 7, 49. et V, 10, 34. Romanis, qui crura ac genua, quatenus tunica et toga non tegerentur, nuda habebant, braccarum usus pro more barbaro erat. Vid. Casaub. ad Suet. Oct. c. 49. et 82. Hinc *braccataque turba* Trist. IV, 6. 47.

21. *Glacie pendente.* Met. I, 119.

— — — — ventis glacies adstricta pependit.

Exaggerat poëta suo more. Verum in ista descriptione Scythicae hiemis certat cum eo Virg. Georg. III, 349. et seqq., qui etiam de adstricta gelu barba v. 365.:

Stiriaque impexis induruit horrida barbis.

23. *Nudaque.* Lege *udaque* ex Comb. Virg. Georg. III, 364.

— — caeduntque securibus humida vina.

Heins.

Nil scriptura omnium librorum *nuda* melius: „*Nuda* testa exuta *consistunt* sive stant neque diffluunt, *formam testae etiam servantia.*“ — Claudian. in Ruf. I, 314.

— — — — caesamque bibens Maeotida Alanus.

V. 24. Pal. 1. *nec exhausta sed data.*

25. *Cuncti.* Reg., Serv., II alii Heins. et ed. pr. *iuncti.* Repone *vincti,* ut in Rott. (etiam in Guelf.) Pont. II, 2, 9.

Terraque pacis inops, undaque vincta gelu.

Hor. Epist. I, 3, 3.

— — — Hebrusque nivali compede vinctus.

Heins.

Apparet, quae nunc pro vulgata sit, Heinsii scripturae *vincti* prope nullam esse auctoritatem vetustatis; neque multo maiorem alteri varianti *iuncti;* nam exemplis in ista quaestione nihil efficitur. At scriptura omnium vett. edd. et omnium prope codd. *cuncti* optimam integerrimamque praebet sententiam: nam *cuncti rivi* et *ipse* (Ister) *papyrifero qui non angustior amne — freto* eleganter opponuntur.

Busl. et Berol. *loquor.* — Porro Pal. 1. et VII alii *concrescunt,* et v. 26. Pal. 1. et XVIII alii Heinsii, etiam Seg., Bern. et Rel. *effodiuntur.*

26. „*Et aquae de lacu fragiles effodiantur,* non fluidae hauriantur.“ Claudian. in Eutrop. II, 414.

— — — duris haurire bipennibus Hebrum.

Ipse, papyrifero qui non angustior amne,
Miscetur vasto multa per ora freto,
Caeruleos ventis latices durantibus, Ister
Congelat, et tectis in mare serpit aquis. 30
Quaque rates ierant, pedibus nunc itur, et undas
Frigore concretas ungula pulsat equi;
Perque novos pontes subter labentibus undis
Ducunt Sarmatici barbara plaustra boves.
Vix equidem credar; sed cum sint praemia falsi 35
Nulla, ratam debet testis habere fidem:
Vidimus ingentem glacie consistere Pontum,
Lubricaque immotas testa premebat aquas.
Nec vidisse sat est: durum calcavimus aequor,
Undaque non udo sub pede summa fuit. 40

27. De *Istro* vid. ad II, 189. — *Papyrifer amnis* est Nilus, qui a veteribus in maximis fluviis numerabatur et olim per VII ostia in mare mediterraneum effundebatur. Mela I. c. 9. *Septem in ora se scindens, singulis tamen grandis, evolvitur.* Conf. Herodot. II. c. 10., Strab. XVII. init. et Plin. N. H. V. c. 10. *Papyrifer,* ut Met. XV, 753. Plin. XIII. c. 11. *Papyrum nascitur in palustribus Aegypti aut quiescentibus Nili aquis.* Conf. Pont. IV, 10, 58. — V. 29. Pal. 1. *durantibus istec.* Bern. *indur.*

30. *Et tectis.* Rich. et Bonon. *et tacitis.* Alius *strictis.* Pirckh. *repit.* V. 31. Reg., Berol. et ed. pr. Heins. *ibant.* Pirckh. et ed. Bonon. *ierant puppes.* Guelf. *tunc.*

33. *Perque novos pontes.* Conf. Pont. IV, 7, 10. et seqq. — Leid. *subter latitantibus.* Zulich. *subtus lab.* Busl. *subterque latentibus.*

35. *Credar.* Leid. *credas.* — V. 36. Gall., Franc., Bersm. et Rel. *testis debet.* Reliqui et vett. edd., ut dedimus. V. 37. Leid. *concrescere.*

38. *Lubrica—testa,* glacies, quae testae (v. 23.) instar aquam incrustat. Germanici Caesaris fertur Epigramma de puero Thrace:

. . . . . .
. . . . . .
Dumque imae partes rapido traherentur ab amne,
Abscidit, heu! tenerum lubrica testa caput.

Seg. et Franc. *crusta.* Put., Franc., Pirckh., Leid., Bersm., VIII alii Heins. et Bern. *immensas.* Berol. *invictas testa permittit.*

39. Bern. *non.* Bonon. *satis*: *dur.* Rel. a 1. m. *sulcav.* V. 40. Put., Franc., nonnulli alii Heins., ed. pr. et Guelf. *non nudo.* Pol. 1., Vat. 1., Pal. 2., Gall. et III alii *sub nudo non pede.* Busl. *flava fluit.*

Si tibi tale fretum quondam, Leandre, fuisset,
Non foret angustae mors tua crimen aquae.
Tum neque se pandi possunt delphines in auras
Tollere: conantes dura coërcet hiems;
Et quamvis Boreas iactatis insonet alis, 45
Fluctus in obsesso gurgite nullus erit;
Inclusaeque gelu stabunt, ut marmore, puppes,
Nec poterit rigidas findere remus aquas.

Leid. *clausa fluit. Fluit* etiam Bern.

41. *Tale,* sc. ut calcari pedibus et transiri potuisset. Leander iuvenis Abydenus, misere deperibat Hero puellam Sestiam, sed iram parentum metuens amorem suum celabat. Ut tamen amicae suae amplexibus frueretur, noctu Hellespontum (nam haec est *angusta aqua* huius loci. Vid. I, 10, 28.) transnatabat. Verum quum etiam ipsam per tempestatem natare ad eam conaretur, a fluctibus obrutus periit, cuius corpore conspecto Hero et ipsa in mare sese praecipitavit. Musae. Her. et Leand. Ovid. Heroid. XVIII. et XIX. Virg. Georg. III, 258. seqq. Conf. infra v. 73. 74.

43. *Pandi,* incurvi sive se incurvantes ad sese tollendum in altum. Plin. H. N. IX, c. 8. *Nam cum fame conciti, fugientem in vada ima persecuti piscem diutius spiritum continuere, ut arcu emissi ad respirandum emicant tantaque vi exsiliunt, ut plerumque vela navium transvolent.* — Seg. *tum non.* Busl. *tnnc.* Serv. *possent.*

44. *Hiems,* pro effectu h. e. pro *glacie* sive aqua congelata.

45. *Quamvis.* Secuti sumus codicum fidem. Nam II Vatt. et Maff. apud Ciof., Guelf., Bern., Pal. 1., nostri omnes, *qnamvis,* etiam Heinsii, praeter Pal. 2. et Bersm. et fortasse Franc., qui cum vett. edd. habent *quanquam,* quod sine caussa induxit Burmannus.

Venti alati passim apud poëtas. Pont. I, 5, 72., Met. I, 264., Prop. III, 5, 29., Voss. Mythol. Briefe 35., Winkelm. Opp. II, 568. — Met. VI, 703.

Haec Boreas aut his non inferiora locutus
Excussit pennas; quarum iactatibus omnis
Afflata est tellus, latumque perhorruit aequor.

Conf. Trist. III, 8, 5.

47. *Ut marmore.* Vulg. *ut marmore.* II Vatt. et Maff. apud Ciofanum, Pal. 1., Guelf., Franc., Bern., Put. et XXVI alii Heins., Dresd., Rel., Crev., Busl. et Seg. *stabunt in marmore,* ut *marmor* sit pro aequore. Confirmant eam scripturam Dresd. a 2. m. et V Heinsii, qui *in margine.* Reliqui codd. Heinsii (qui perpauci esse videntur), Rel. a 2. m., Berol. (?) cum vett. edd. *ut marmore,* quam scripturam mutare noluimus, quum *marmor* pro aequore apud Nasonem non legatur, et vulgata elegantem habeat

Vidimus in glacie pisces haerere ligatos;
Sed pars ex illis tunc quoque viva fuit. 50
Sive igitur nimii Boreae vis saeva marinas,
Sive redundatas flumine cogit aquas;
Protinus, aequato siccis Aquilonibus Istro,
Invehitur celeri barbarus hostis equo;
Hostis equo pollens longeque volante sagitta 55
Vicinam late depopulatur humum.
Diffugiunt alii, nullisque tuentibus agros
Incustoditae diripiuntur opes,
Ruris opes parvae, pecus et stridentia plaustra,
Et quas divitias incola pauper habet; 60
Pars agitur vinctis post tergum capta lacertis,
Respiciens frustra rura Laremque suum;
Pars cadit hamatis misere confixa sagittis:
Nam volucri ferro tinctile virus inest.

sententiam: *et naves fixae et immotae stabunt gelu inclusae, ut marmore sive saxo inclusae. Marmor,* quam saxum aut rupes dicere maluit, propter marmoris et glaciei similitudinem.

48. *Findere.* Duo Heins., etiam Pal. 1. *stringere.* Rel., Bern. et vett. edd. *scindere.* Seg. *rigidus.* Leid. *rig. pot. f. navis aquas.* Busl. et VI alii Heins. *non poterit.*

50. *Sed pars.* Heinsius ex uno Gall. primus recepit *et pars.* Male: „*Vidimus ... ligatos, sed ita, ut pars illorum tum quoque viva esset.*“ Met. II, 855.

Cornua parva quidem, sed quae contendere posses
Facta manu.

Pal. 1., Guelf., Bern., Rel., Berol., Busl., Crev. et haud dubie multi quoque Heinsii *tunc.* Conf. v. 67. Vett. edd. *tum.* — V. 51. Pal. 1., Busl. et XIII alii Heins., Crev. et Rel. *Boreae nimii.* Dresd. *Boreae nimium.*

52. *Redundatas.* Idem participium legitur Fast. VI, 402., si scriptura ibi vera est; nam ibi quoque codd. variant. Hoc loco VI Heins. et Berol. *redundantes.*

Cogit, constringit. *Boreae vis.* Conf. v. 14. — Rel. *flamine.* Vett. edd. praeter Bonon. *flumina.*

55. *Hostis equo pollens.* De anadiplosi sive replicatione illa vid. ad I, 10, 30. — V. 57. Leid. *effugiunt.* — V. 58. Dresd., Rel. a 2. m. et VI Heins. *oves.* — V. 59. Busl. *pecusque strid.* — V. 61. Pal. 2. *pars igitur.*

63. *Hamatis,* uncos vel hamos

Quae nequeunt secum ferre aut abducere, perdunt; 65
Et cremat insontes hostica flamma casas.
Tunc quoque, cum pax est, trepidant formidine belli,
Nec quisquam presso vomere sulcat humum.
Aut videt, aut metuit locus hic, quem non videt, hostem:
Cessat iners rigido terra relicta situ. 70
Non hic pampinea dulcis latet uva sub umbra,
Nec cumulant altos fervida musta lacus.
Poma negat regio, nec haberet Acontius, in quo
Scriberet hic dominae verba legenda suae.
Adspiceres nudos sine fronde, sine arbore, campos, 75
Heu loca felici non adeunda viro!

habentibus, quarum crudelissima vulnera. De venenatis sagittis vid. ad V, 10, 22. — Pal. 1. *misera.*

65. Pal. 1.; Busl. et VI alii Heins., Rel. et Crev. *adduc.* Seg. *fecit auferre aut ducere secum.*

66. *Insontes — casas.* Conf. III, 9, 26. Pal. 2. et vett. edd., excepta Bonon., *host. turba.* Seg. *et cadit in sontes h. flamma casas.*

67. *Tunc quoque.* Pal. 1. et IV alii Heins. — Dresd. et reliqui *tum.* — V. 68. III Heins. *findit.* VI codd. *pulsat.* Rel. pro v. scr. *pulsat vel versat.* — V. 69. Pal. 1. *quod non.* — V. 70. Mor. et Put. *gelido.* Mor., Put. et Busl. *gelu.*

71. Vide elegantem poëtae copiam. De re, conf. III, 12, 14. et Pont. I, 3, 51.

Fervida, spumantia et exuberantia; unde etiam verbum *cumulant.* Unus Medic. *sub ulmo.* — V. 72. Gall. *dolia musta.*

73. *Poma negat regio.* Franc., XIII alii Heins. et eiusdem ed. pr., Seg., Crev. et Dresd. *vetat.* Virg. A. III, 142.

— — — — et victum seges aegra negabat.

Acontius quum in Delo insula in templo Dianae visae Cydippes amore esset captus, ut voti sui compos fieret, in malo carmen scripsit huius fere sententiae: *Per Dianam iuro, me Acontio nupturam.* Proiectum malum fraudis inscia Cydippe sustulit, carmenque legit, atque ita sacramenti religione Acontio adstricta est. Vid. Her. XX. XXI., Remed. A. v. 38., Art. A. I, 457., Fragm. Callimachi.

75. *Adspiceres.* Put. et Iun. *adspicio.* Unus *adspicies.* Vat. 1. et alius *adspiceret.* Puto *adspicere est.* HEINS. Integra vulgata: *adspiceres,* si hic adesses. Conf. III, 8, 1.

Sine fronde. Conf. Pont. I, 3,

Ergo tam late pateat cum maximus orbis,
Haec est in poenam terra reperta meam?

ELEGIA XII. (XI.)

In inimicum quendam, qui infortunii sui non miseratus memoriam criminum suorum renovarat, graviter invehitur, sortisque suae iniquitate copiosius exposita monet, ut tam afflictae conditionis et omnino humanarum rerum inconstantiae memor desinat calamitati suae illudere.

Si quis es, insultes qui casibus, improbe, nostris,
Meque reum demto fine cruentus agas:
Natus es e scopulis, nutritus lacte ferino,
Et dicam silices pectus habere tuum.
Quis gradus ulterior, quo se tua porrigat ira, 5
Restat; quidve meis cernis abesse malis?

52. et IV, 10, 31. — V. 77. Pal. 1. *cum late pat. tam.* Serv. *cum pat. tam late.* Barb. *cum pateat late via maximus orbis.*

78. *Poenam—meam.* Sic Pal. 1., XXXI alii Heins., Bern., Guelf. et nostri omnes. — Franc. (?) et Vat. 2. et vett. edd. *in poenas* pluraliter, ut III, 11, 35., ubi tamen metri ratio pluralem postulat.

ELEGIA XII.

1. *Si quis es.* Vid. III, 11, 1. et not. ad I, 7, 1. Bern. *quisquis.* Franc. *invide.*

2. *Reum—agas.* Vid. ad I, 1, 24. *Demto fine,* sine fine, ut Her. I, 50. IV, 8, 5. *posito fine.*

3. *Nutritus lacte ferino.* Vid. ad I, 8, 39. — Pal. 1. et 2., Pol. 1, et 2., Vat. 1., VI alii Heins. et Rel. *et pastus.* Dresd. et III Heins. *eductus.* Guelf., Serv. et II alii Heinsii, *educatus.* II Heinsii *lacte caprino.*

5. *Quis gradus etc.* Bersm. et Pirckh. *tua quo se.* Pal. 1., Put., Franc., Iun., XXI alii Heins., Bern., Rel., Crev. *aut quo se.* Seg. *cum quo se.* Reliqui et vett. edd. cum vulg. *quo se tua.* Merkel dedit *tua quo se.* Sed periculosum est, repugnantibus tot optimis libris, nam Pal. 1. et ceteri h. l. vitiosi sunt, ordinem verborum constituere. Nam vis, quam illud *tua* habet, etiam sono et recta pronunciatione declarari potest, nec sunt poëtae in eo genere ubique curiosi. Seg. *porrigit.* Rel. pro v. scr. *quo gradus aut quo.*

Barbara me tellus et inhospita litora Ponti,
  Cumque suo Borea Maenalis Ursa videt.
Nulla mihi cum gente fera commercia linguae;
  Omnia solliciti sunt loca plena metus. 10
Utque fugax avidis cervus deprensus ab ursis,
  Cinctaque montanis ut pavet agna lupis:
Sic ego, belligeris a gentibus undique septus,
  Terreor hoste meum paene premente latus.
Utque sit exiguum poenae, quod coniuge cara, 15
  Quod patria careo pignoribusque meis;
Ut mala nulla feram, nisi nudam Caesaris iram:
  Nuda parum nobis Caesaris ira mali est?
Et tamen est aliquis, qui vulnera cruda retractet,
  Solvat et in mores ora diserta meos? 20
In causa facili cuivis licet esse disertum,
  Et minimae vires frangere quassa valent.

8. *Maenalis Ursa.* Busl. a 1. m., Leid. et Bern. *Parrhasis Ursa,* ex I, 3, 48. *Maenalis* est Arcadia, a Maenalo Arcadiae monte. Strab. VIII. p. 267., Pausan. Arcad. p. 233. De Ursa maiore, sidere, vid. ad I, 4, 1. et IV, 3, 1. Conf. III, 10, 3 et II, 90. — Pal. 2. et vett. edd. *cumque truci Borea.*

9. *Nulla — commercia linguae.* Conf. II, 191., III, 14, 46. seqq., V, 10, 37. — V. 11. Gall., Pirckh., III alii Heins. et ed. Bonon. *rapidis.* V. 12. Put., Franc. et XVI alii Heins., Bern. et Crev. *cinctave.* Reliqui codd. Heins., Dresd., Rel. a 1. m., Busl., Berol. et vett. edd. *cinctaque.*

13. *Septus.* III 11, 5. 53. seqq. Leid. *captus.* — Bern. *sic quoque.* V. 15. Pal. 1. *exilium poenae.* Bern. *poenae cum coniuge.*

16. Leid., Bern. et Berol. *et patria.*

Pignoribusque meis mirum, quod h. l. dicit, cum coniux *inter pignora.* Plin. Epist. I. 12. *filiam, uxorem, nepotem, sorores, interque tot pignora veros amicos.*

17. *Nisi nudam.* Serv. *puram.* Leid. *solam nisi.* Put. et Iun. *magni nisi Caesaris.*

18. Conf. V, 7, 8. — Leid. *sola parum.* Rel. *nuda satis.* Mor. et VII alii Heins. *est* omittunt.

19. *Cruda retractet,* refricet, vel *renovet,* ut est II, 209., vel *rescindat,* ut infra v. 63. Conf. Pont. I, 3, 16. — Pal. 1. et nonnulli alii Heins. et Berol. *retractat.* IV Heins. Rel. et Bern. *vulnera nostra.* Busl. *dira.* Seg. *sana.*

21. *Cuivis — esse disertum.* Pal.

Subruere est arces et stantia moenia virtus:
Quamlibet ignavi praecipitata premunt.
Non sum, qui fueram. Quid inanem proteris umbram? 25
Quid cinerem saxis bustaque nostra petis?

1., Guelf., Bersm., Put., Busl., V alii Heins. et ed. Bonon. *cuivis — disertum.* Tres e nostris *quemvis — disertum.* Reliqui, quos perpaucos esse puto, cum vett. edd., praeter Bonon., *cuivis — diserto;* quae scriptura nescio quid proprium ac Latinum mihi habere videtur. Ac frequens ea attractio est. Notissimum illud Horatianum A. P. 572.

— — — — — mediocribus esse poëtis
Non homines, non di, non cencessere columnae.

Conf. Hor. Sat. I, 4, 39., I, 6, 25. Verum quum codicum auctoritatem quam maxime tuendam esse putemus, codicum autem et melior et longe maior pars teneat scripturam *disertum,* quumque ea scriptura observatione et usu optimorum scriptorum probata sit (Vid. Rudim. Gramm. L. Vol. II. p. 15., Duker ad Liv. XLII. c. 36., Heindorf. ad Hor. Sat. I, 1, 19.); scripturam illam: *esse diserto,* quae nunc vulgata est, retinere non sum ausus. Merkel quoque *cuivis — disertum.* — V. 22. Iun. *vincere.* Busl. *solent.*

23. *Stantia moenia.* Pal. 1., Guelf., Franc., Iun. et X alii Heins. Seg. et Crev. *moenia stantia.* Reliqui codd. et vett. edd. *stantia moenia.* Uter verborum cordo ab Ovidio sit, sola vett. librorum auctoritate diiudicari potest: exempla pro utroque afferri innumeri possunt. Conf. I, 8, 31., Hor. Od. II, 13, 18. — Merkel: *moenia stantia.*

24. *Quamlibet ignavi.* Pal. 1., Guelf., XVI Heins., Rel., Dresd., Crev., Busl. a 1. m. et vett. edd. *quilibet.* Franc., Put., VI alii Heins. et Berol. *quaelibet.* Unus Heins. et floril. Berol. *quodlibet.*

Pro *premunt* Burmannus e II Heins. (accedit Crev.) *ruunt.* An ieiuna oratio sit *subruere, ruunt,* ac num omnino recte dicatur, *praecipitata ruere,* s. *deiicere,* hoc loco non agitur; illud quaerendum est, an scriptura omnium librorum, *praec. premunt,* h. e. *ea quae praecipitata sunt, premere,* hostiliter urgere, infestare, non recta sit; quod nemo dubitabit. Atque ei scripturae apte respondet verbum *petis* versu 26.

25. *Non sum, qui fueram.* Vat. 1., unus Medic., Franc. et Guelf. *non sum ego quod.* Pol. 2. et II alii Heins. *non sum quod.* Pal. 2., Reg. et VI alii Heins. *non sum ego qui.* Put., II alii Heins. et Bern. *non ego qui.* Reliqui omnes et vett. edd. *non sum, qui f.,* quod in *non sum ego qui* aut in *non sum ego quod* cum Burmanno mutandi nihil caussae video. Atque apte sibi respondent *non sum qui fueram,* et *me quoque, quem noras olim, non esse memento.* Conf. IV, 10, 1.

Fueram. Ex communi usu temporum exspectes *fui.* Sed poëtae in tali sententiae conformatione crebro utuntur plusquamperfecto, quo notio rei praeteritae gravius de-

Hector erat tunc cum bello certabat, et idem
Tractus ab Haemonio non erat Hector equo.
Me quoque, quem noras olim, non esse memento:
Ex illo superant haec simulacra viro. 30

claretur: „Ego non amplius sum, quod alio quoque tempore, quod iam praeteriit (non amplius eram, sed) iam fueram, esse desieram; vel quod olim, tempore diu iam praeterito, fui.“ Haec ad hunc locum notat Iahn. Conf. V, 5, 3. et V, 12, 30.

Ceterum permultis in locis poëta sese iam mortuum dicit, sibique res mortuorum tribuit. I, 1, 118., I, 4, 28., Pont. IV, 16, 48., al. — Pal. 2., IV alii Heins. et Berol. *protrahis.*

26. *Quid cinerem saxis — petis.* Veteres communiter optasse, ut defuncti sub terra levi quiescerent, notavimus ad III, 3, 76.; atque omnino sepulcra apud veteres summo honore habebantur. Hinc violatio summa religionum erat, cum contemtu cinerem mortuorum aut sepulcra pedibus calcare, aut iram et vindictam saxis ea *petendo* atque laedendo declarare. Merkel narrat de petulantibus pueris, qui saxis sepulcralia monumenta peterent. (!) Vid. interpp. ad Hor. Od. III, 3, 40., Eurip. Electr. v. 327., Hom. Il. IV, 177. — Iun., Pirckh., VI alii Heins., Seg. a 1. m. *premis,* quod sine caussa induxit Burmannus. Bern. *quid cineres nostros . . . premis.*

Busta. Serv. ad Virg. A. XI, 185. Pyra est lignorum congeries; *rogus* quum ardere coeperit dicitur; *bustum* vero iam exustum vocatur. Seg. *bello tunc cum.*

27. *Et idem.* Heinsius ex uno Vat. 1., cui accedit Guelf., primus recepit *at idem.* Optimam praebet sententiam scriptura codd. et vett. edd.: *Hector erat tunc . . ., et idem ille, cum traheretur ab Achillis equis, non erat Hector.* — Pal. 2., Guelf. et unus Medic. *certaret.*

28. *Tractus — equo.* Unus Medic., Guelf. a 1. m. *vinctus.* Vat. 1. et Pol. 1. *victus* (q. e. *vinctus*) *ad Haemonios — equos. Victus* etiam Pal. 2. — Put., Franc., Pol. 2., XIX Heins., Busl., Dresd., Rel. a 1. m. et Berol. *vectus.* Reliqui codd. omnes et vett. edd. *tractus ab Haem. — equo.* Intelligi non potest, quid aliud, quam singularis novandi prurigo Heinsium commorit ad optimam scripturam *tractus* expellendam. Ac praeterea singularis numerus: *Haemonio equo,* librariorum deliciis parum similis est.

Hector, fortissimus Priami filiorum, firmissimum Troianorum praesidium contra opes Graecorum, Troiam obsidentium. Qui quum Patroclum, fortissimum heroem, Achillis socium et amicum (I, 9, 30.), occidisset, in proelio ab Achille interfectus currui alligatus et contumeliosissime circa urbem et Patrocli sepulcrum raptatus est. Conf. IV, 3, 30. et V, 4, 11. Hom. Il. XVI. et XXIV., Virg. A. I, 4, 83. — *Haemonii* equi sunt Achillis sive Achillei. Nam Achilles filius fuit Pelei, regis Phtiotidis in Thessalia. Hom. Il., Strab. IX. p. 267 — 69.

Quid simulacra, ferox, dictis incessis amaris?
  Parce, precor, manes sollicitare meos!
Omnia vera puta mea crimina; nil sit in illis,
  Quod magis errorem, quam scelus esse putes:
Pendimus en profugi (satia tua pectora!) poenas 35
  Exsilioque graves, exsiliique loco.
Carnifici fortuna potest mea flenda videri:
  Et tamen est uno iudice mersa parum.
Saevior es tristi Busiride; saevior illo,
  Qui falsum lento torruit igne bovem; 40

Thessalia autem antiquitus *Haemonia* dicta ab Haemone rege, Thessali, a quo Thessaliae nomen, patre. Strab. IX. p. 305.

31. *Incessis.* IV veteres quibus utor potissimum (sunt Vatt. et Maff.) *incessis.* Cior. *Incessis* rectum. Met. XIII, 232. *ausus erat reges incessere dictis.* Burm. IX Heins. codd. et vett. edd. *incendis.* Busl. *incedis.*

34. *Errorem.* Vid. ad I, 2, 99. et II, 207. seqq. Leid. et Busl. *putas.*

35. *Satia tua pectora.* Exclamatio doloris plena. Eodem modo Niobe Met. VI.:

— — — satiaque meo tua pectora luctu,
Corque ferum satia.

Exsilii loco h. e. loci conditione, quam descripsit III, 11. Dresd. et Seg. *heu profugi.*

37. Bern. et nonnulli Heins. *mea flenda potest fortuna.*

38. *Et tamen.* Quod nunc vulgo legitur *te tamen* auctorem habet Naugerium. Heinsii XXVII., Guelf., Bern., nostri V et vett. edd. optime *et tamen. Moesta,* quod nunc pro vulgata est, Heinsius e Gott. et Bonon. induxit. Idem exhibet pro v. scr. Rel. — Reliqui codd. et vett. edd. *mersa,* q. e. deiecta, afflicta, praeter Zulich, qui *pressa* et Busl. qui *visa.* Exc. Voss. *est duro.*

39. Busiris, Aegypti tyrannus, Neptuni filius, qui hospites diis suis immolabat, quem Hercules, et ipse ab eo immolandus, interfecit. Hyg. F. 30., Apollod. II, c. 5., Herod. II. c. 45., Met. IX, 183., Serv. ad Virg. G. III, 5. Sed h. l. poëta Busiridis facinus quoddam significat, quod in A. A. I, 649., ubi haec eadem duo insignis cuiusdam crudelitatis exempla memorantur, ipse narrat his versibus:

Dicitur Aegyptos caruisse iuvantibus arva
Imbribus, atque annos sicca fuisse novem;
Cum Thrasius Busirin adit, monstratque piari
Hospitis effuso sanguine posse Iovem.
Illi Busiris: Fies Iovis hostia primus,
Inquit, et Aegypto tu dabis hospes aquam.

Conf. Trist. II, 133.

40. *Quique etc.* Phalaris est ty-

Quique bovem Siculo fertur donasse tyranno,
Et dictis artes conciliasse suas:
„Munere in hoc, rex, est usus, sed imagine maior,
„Nec sola est operis forma probanda mei.
„Adspicis a dextra latus hoc adapertile tauri? 45
„Huc tibi, quem perdes, coniiciendus erit:
„Protinus inclusum lentis carbonibus ure;
„Mugiet, et veri vox erit illa bovis.
„Pro quibus inventis, ut munus munere penses,
„Da, precor, ingenio praemia digna meo. 50
Dixerat. At Phalaris: „Poenae mirande repertor,
„Ipse tuum praesens imbue," dixit, „opus."

rannus Agrigenti in Sicilia. Notissima res est. Perillus artifex Agrigentinus taurum ex aere cavum fecerat (hinc *Perilleum aes* V, 1, 53., V, 12, 47.), in quem homo inclusus subiecto igne sonum mugitui bovis simillimum ederet. Hunc Phalaridi dedit, qui ipsum Perillum primum inclusit atque combussit. Pleni sunt libri veterum Phalaridis illa crudelitate. A. A. I. 1., Diod. Sic. XIII. c. 12., Cic. de Off. II. c. 26., Val. Max. IX. c. 2., Lucian. Phalar., Sil. XIV, 212., Prop. II, 19, 52. — Rel. *ipso.* V. 41. Rel. *tribuisse.*

42. *Conciliasse,* commendasse. Cic. Acad. IV. c. 42. *frui iis rebus, quas primas homini natura conciliavit.* — Pal. 1. *consiliasse.*

43. Sensus est: *In hoc munere* (tauro isto) *usus est, o rex, sed maior, quam imago, sive forma exterior praefert.* — Pal. 2., Gall., Bersm. et vett. edd. *in hoc usus rex est.* Berol. *est risus.*

44. *Operis.* Pal. 1. et III alii Heins. *est tauri.* Franc., Put., Busl., XIII alii Heins., Seg., Guelf., Bern., Rel. et Crev. *pecoris*: manifesta glossemata.

45. *A dextra.* Pal. 2., Franc., Pol. 1. et 2., Bersm., XVIII alii Heins., Guelf. et Seg. *a dextro.*

Adapertile, quod facile aperitur, a Nasone, ut videtur, novatum vocabulum, ut huius generis permulta. Vid. ad IV, 5, 21. et ad I, 5, 28.

46. *Huc.* Put., Franc., Crev. *huic,* q. e. *hinc.* Pol. 1. et 2., Vat. 1., IV alii Heins., Seg., Berol. *hinc.* Pal. 2., XII alii Heins., Dresd. a corr. *hic.* Guelf., Bersm., Bern., Serv., Dresd. a 1. m. et vett. edd. *hac.* Busl. *hanc — quam.* Seg. *hinc quem tu perd.* Put., Busl., alii Heins. et vett. edd. *perdis.*

47. De constructione vid. III, 3, 21. — V. 48. Rel. a 2. m. *vivi.* — V. 49. Gall. *munus quod.*

50. Reg., Gall., Bern. et Crev. *munera.*

52. *Praesens imbue.* Gott. pro

Nec mora; monstratis crudeliter ignibus ustus
Exhibuit geminos ore gemente sonos.
Quid mihi cum Siculis inter Scythiamque Getasque? 55
Ad te, quisquis is es, nostra querela redit.

v. scr. *primus*. Unus Medic. *indue*. Frustra. *Praesens* est *illico, statim*. Vid. Serv. ad Virg. A. IX, 404. *Imbuere* translate dicitur pro *dedicare* aut re adhuc intacta uti incipere vel initiare. Sic Val. Flacc. I, 69. *terras imbuere* pro primum arare. Vid. Serv. ad Virg. Ecl. I, 8. et Prop. IV, 10, 5.

53. *Nec mora*. I, 3, 69.

54. *Geminos*. Nugae sunt de *geminis sonis*. Repone *querulos*, idque V vett. (Mor. in textu, Reg. et III pro v. scr.) confirmant. Vid. V, 1, 54. Heins. Scripturam reliquorum codd. et vett. edd. omnium scite defendit Merkel: „Gemini apud Nasonem et alios dicuntur, quorum mixta vel confusa natura esset, Chiron, Cecrops, Centauri. Inde figurate, quodcunque ad illorum naturam pertinet, *geminum* et ipsum dicitur. Ita *geminas vires* Ov. Met. XII, 502., *geminum cruorem* Centauri dixit Sen. Med. v. 641. Inde diversum non est, si vox tauro conveniens ab homine emissa *gemina* dicitur: duplicis enim naturae certe esse videtur.“ Dresd. a 2. m. *tremulos*.

Gemente. Pol. 1. *fremente*. Franc., exc. Voss., Iun., VII alii Heins., Seg. et Dresd. pro v. scr. *tremente*, quod primus induxit Heinsius; mihi vero vix tolerandum videtur ad sententiam. *Gemere* pro *eiulari*, quod est nostrum *stoehnen*, saepe dicitur, et huic loco aptissimum est. Repetitionem similium syllabarum non curatissime ubique fugisse neque Ovidium neque alios poëtas, pluribus ostendimus ad Her. X, 40. Prop. II, 19, 51.

Nonne fuit satius duro servire tyranno,
Et gemere in tauro, saeve Perille, tuo?

Pers. Sat. III.

Anne magis Siculi gemuerunt aera tyranni?

Conf. Sil. XIV, 214. — Pal. 1., Put. et XII alii Heins. *emisit*.

55. *Inter Scythiamque*. Ita Pol. 1., Vat. 1. (?), Medic. et Reg., quod Heinsius primum recepit. Reliqui: Pal. 1. et 2., Franc., Bern., Bersm., Put., Guelf., Reg., Mor., Busl. a recenti manu, Iun., Leid., Rel., Dresd. et alii cum vett. edd. et vulg. *Scythicosque*, nisi quod ed. Bonon. *Zizicosque*, q. e. *Scythicosque*, Gall. *Scythicasque*, Berol. *Chitiosque*. Serv. et Crev. *Scythasque*. Alii scripti *Scythiasque* habere dicuntur, quorum nullum memorare possum nisi Busl. a 1. m. *Scythicos* pro *Scythas* non Latinum est, *Scythas* metris repugnat. Itaque veram scripturam esse *Scythiamque* censeo. Nihil autem frequentius, quam nomina regionis pro gentibus, et nomina incolarum pro regione. Amor. II, 16, 39.

Sed Scythiam (*videor celebrare*), Cilicasque feros viridesque Britannos.

56. *Quisquis is es*. Put. *quis-*

Utque sitim nostro possis explere cruore,
  Quantaque vis, avido gaudia corde feras:
Tot mala sum fugiens tellure, tot aequore passus,
  Te quoque ut auditis posse dolere putem. 60
Crede mihi, si sit nobis collatus Ulixes,
  Neptuni minor est, quam Iovis ira fuit.
Ergo quicunque es, rescindere crimina noli,
  Deque gravi duras vulnere tolle manus;

quis ades, uti etiam v. 65. unus *quisquis ades.* Sed nil movendum. Sic III, 12, 43. *quisquis is es.* Mart. III, 1.

Hoc tibi, quidquid id est, longinquis mittit ab oris.

Si quid id est Trist. IV, 10, 7. *Burm.* Gott. *quicunque es.*

Redit. Libri *redit* pro vulg. *venit.* Vere. *Cicr.* Pal. 2. et vett. edd. *venit.*

57. *Possis explere.* Reg. *posses.* Sententiae ordo est: *Ut et sitim tuam..., et* (ut) *tanta gaudia, quanta vis, avido corde feras;* (scito:) *tot mala* . . Exc. Voss. *geras.*

59. *Tot mala.* Conf. I, 5, 47., I, 11, 27., IV, 1, 55., IV, 10, 107. — V. 60. Busl. *ut audisti.* Reg. *putes.*

61. „*Si Ulixes, quem Neptuni ira* (I, 2, 9.), *mihi, quem Augusti ira persecuta est, sit collatus: minor ira Neptuni est, quam Augusti fuit.*“ *Iovis* pro *Augusti,* vid. I, 5, 77. seqq., I, 1, 72. et passim. — Guelf., Franc., Bern., Seg., Busl., XIV alii Heins. et Crev. *Neptunique minor quam.*

63. *Rescindere crimina noli.* Reg., Gall., Busl. a 1. m., Iun., Leid., exc. Voss., Pirckh. et ed. pr. Heins. *vulnera.* Accedunt Mor. et III alii Heins. qui *vulnere.* Heinsius, eiecta reliquorum tot codd. et vett. edd. scriptura *crimina,* recepit *vulnera,* allato Senec. Phoeniss. v. 164. *rescissa vulnera multo sanguine,* et Flor. III, c. 22. *Expediebat ergo quasi aegrae sauciaeque reipublicae requiescere quomodocunque: ne vulnera curatione ipsa rescinderentur.* Quibus exemplis probatur *vulnus rescindere* recte dici, de quo nemo dubitat. At recte dicitur etiam, quod Heinsius negat, *rescindere crimina.* Certe ita locutus est Naso Met. XII, 543., ubi est *rescindere luctus.* Item Hor. Epist. I, 3, 32.

— — — — — — — — an male sarta
Gratia nequidquam coit et rescinditur?

Quid? quod statim v. 66. sequitur *facta cicatricem ducere,* ubi male idem Heinsius e Vat. 1. et III aliis, quibus accedit Crev., novavit *fata,* sed *facta* restituendum est propter vett. librorum auctoritatem et propter illud *culpae* v. 65., cui respondet. II, 148., III, 6, 36. At *facta* i. q. hoc loco *crimina.* Sin autem *facta* sive *crimina cicatricem ducere* dici potest, certe etiam *rescindere ea.* Cum igitur usus lo-

Utque meae famam tenuent oblivia culpae, 65
Facta cicatricem ducere nostra sine;
Humanaeque memor sortis, quae tollit eosdem
Et premit, incertas ipse verere vices.
Et quoniam, fieri quod nunquam posse putavi,
Est tibi de rebus maxima cura meis: 70
Non est quod timeas: fortuna miserrima nostra est;
Omne trahit secum Caesaris ira malum.
Quod magis ut liqueat, neve hoc ego fingere credar,
Ipse, velim, poenas experiare meas.

quendi constet, et profecto vel sine exemplis constat, *rescindere crimina* mihi non solum retinendum videtur, sed etiam alteri scripturae longe praeferendum, ut primo loco poëta rem vero nomine appellet, et deinde versu sequenti imagine ac metaphora eam illustret atque exponat. Atque ita v. 64. etiam pro mera Scaligeri coniectura *ulcere*, quae et ipsa primum ab Heinsio inducta est, restituere tuto licet scripturam omnium vett. libb. *vulnere*. Dresd. pro v. scr. *carmina* v. *vulnera*. V. 64. Crev. *durus*.

65. *Tenuent*. Vid. I, 5, 11. — Serv. *mei*. Leid. *retinent*. Put. *teneant*. Seg. *tenuant*. Berol. *dement*. V. 67. Iun. *sis memor humanae*. V. 68. Reg. *incert. fertque refertque vices*.

70. *Cura de rebus*, ut IV, 3, 17. V. 71. Berol. *non etiam tim*. Ed. pr. *nec tu quod*. Pal. 1., Rel. et V alii Heinsii *tuta est*, quod fluxit e Pont. II, 2, 31.

73. *Neve hoc ego*. Gall. *haec tibi*. Voss. *hoc tibi*, quod sine iusta caussa induxit Heinsius. Bern. *neve me hoc*. Leid. *neve hoc me f. credas*. Reg. et Serv. *pateat*.

Acumen in re seria mihi parum elegans videtur. Sed talia sensu aestumantur: in quibus alii persaepe sentiunt aliter. Certe Nasonem de hoc genere aliter sensisse iam saepe annotavimus. Vid. ad I, 1, 16.

In Guelf., Franc., Put., Mor., Busl., Iun., Seg. et Crev. elegia 11. et 12. unum carmen efficiunt.

ELEGIA XIII. (XII.)

Scythici veris iniucunditatem ita describit, ut voluptates, quae illud anni tempus Italia habeat, secessui Tomitano opponat. Inter ea tamen incommoda a vere illud laeti sese sperare dicit, quod iam nautae in Pontum sint venturi, a quibus, quid Romae agatur, imprimis autem illud audire cupiat, Caesarem a Germanis victoriam reportasse. Vid. Fast. I, 151., III, 235.

Frigora iam Zephyri minuunt, annoque peracto
Longior antiquis visa Maeotis hiems;

ELEGIA XIII.

1. *Longior antiquis etc.* Pal. 1. et 2. et vett. edd. *tardior.* Pirckh. *largior.* Pal. 2., Pol. 1. et 2., Berol. et vett. edd. *antiqua.* Ed. pr. Heins. *ipsa Maeotis.* Interpretes alii totum hoc distichon suspectum habuerunt, quod haud idoneum sensum praeberet, alii offenderunt in correpta prima vocis *Maeotis* syllaba, alias longa, ut Pont. II, 2, 30. Sed de posteriori difficultate, constat a Graecis diphthongos et syllabas natura longas ante vocales in mediis verbis saepe corripi, ut ab Eurip. Hec. v. 64. γεραιὸς et v. 78. πατρῴον. Vid. ibi interpp. et Herm. Element. metr. p. 50. et Spitzner. Prosod. Gr. §. 6. Constat porro Latinos in nominibus Graecis sequi quantitatem et libertatem Graecorum, et omnino in quantitate peregrinorum verborum saepe liberiores esse multumque sibi assumere. Vid. ad Her. VI, 99., XIV, 73., XVI, 173., XV, 57. Iahn e Prudent. Cathem. VII. 124. laudavit *Maeandros,* prima brevi. *Prae* in compositis ante vocales corripi notum est, ut correpta syllaba *ae* ne a Latino quidem sermone abhorrere videatur. Sic Virg. A. VII. 514. *praeustus,* Ovid. Met. VII, 131. *praeacutus,* Fast. I, 81. *praeeunt,* prima syllaba brevi. Virgilius etiam *ae* in nom. plur. primae decl. corripuit Georg. IV, 461. et I, 487. Maior difficultas est altera. Exspectamus enim post *frigora—minuunt,* si versum tertium respicimus, illa: *frigora iam Zephyri minuunt,* continuari et exponi, hoc fere modo: et *hiems illa Scythica invisa . . . tandem praeteriit,* vel simile quid. Quam difficultatem erit fortasse, qui ita tolli putet, ut poëtam statim ad tristem suam conditionem tangendam delabi intelligat. Quanquam ea interpretatio mihi quidem non probatur. Accipe igitur alteram ac novam, quam ante multos annos ad hunc locum his verbis annotaram. „Si nulla facta Zephyrorum mentione legeretur: *Iam anno peracto frigora minuit, longior antiquis mihi visa, Maeotis hiems,* parum sententia haberet, quod merito posset offendere: diceremus enim, *hiems minuit frigora* esse pro *remittit frigora,* et afferremus exempla, in quibus eadem audacia usos esse poëtas appareret, velut Hor. Epod. II, 29. 30.

Impositamque sibi qui non bene pertulit Hellen,
Tempora nocturnis aequa diurna facit.
Iam violas puerique legunt hilaresque puellae, 5
Rustica quas nullo terra serente vehit.

At quum tonantis annus hibernus Iovis
Imbres nivesque comparat —

At recte etiam dicitur: *Zephyri minuunt frigora.* Quid igitur, si poëtam has duas sententias paullo insolentius coniunxisse intelligamus? Quo statuto sententia est talis: *Iam Zephyri frigora minuunt et hiems,* verso ad finem anno, *quae mihi multo longior visa est antiquis* (h. e. illis, quas in patria egi), *et* (iam) *is, qui . . facit.*

Iam videamus reliqua. De *Zephyro* sive Favonio, veris comite, vid. not. ad I, 2, 28.

Anno peracto. Nam Romulus ita digesserat tempora, ut annus Cal. Martiis inciperet. Fast. III, 75., Macrob. Sat. I. c. 12. et 39., Trist. IV, 7, 1.

Antiquis. Vid. III, 7, 34.

Maeotis pro Scythica sive Tomitana; uti etiam vicissim *palus Scythica* legitur III, 4, 49. pro Maeotica sive Maeotide. Palus autem Maeotica est mare, quod hodie Azowiense appellatur, in quod e Ponto Euxino per Bosporum Cimmerium venitur. Mel. I. c. 19., Strab. XI. p. 341., Plin. N. H. IV. c. 12.

3. *Qui.* Aries, in quo Helle fretum traiiciens in mare delapsa in undis periit (I, 10, 15.), inter astra relatus est, ubi primum Zodiaci signum est. Quod sidus ubi primum XII. C. April. sol relicto Pisce (IV, 7, 2.) subit, veris aequinoctium facit. Poëta autem has anni vices suo iure sideri tribuit, ut Virg. Georg. I, 208. de altero aequinoctio:

Libra dies somnique pares ubi fecerit horas.

Conf. Fast. III, 811 — 878. — Put., Busl., Dresd., Rel., Crev. et Berol. *Hellem.*

5. *Legunt,* sc. sub miti coelo, quale est Italiae. Vid. v. 27. Heinsius nova ubique cupide captans ex Pol., Vat. 1., Pal. 2. et uno Medic. induxit *violam,* quod etiam Guelf. habet.

6. *Rustica quas.* Locus hic simplicissimus grammaticorum hariolationibus ita est obscuratus, ut Ovidii manus discerni non possit. *Libri veteres* apud Ciofanum (fortasse Vat. 1. et Maff.), Pal. 1., Reg., VII alii Heins. et Dresd.:

Rustica quas nullo terra serente vehit.

Ad quam codicum partem etiam, qui sequuntur, pertinent, ea tamen, quam notamus, discrepantia: Leid., Franc., Pol. 1. et 2., Berol. *quae;* exc. Voss., Ium., Barb., II alii Heins., Bern., Rel. et Seg. pro v. scr. *pomaque quae;* Pol. 1. et 2. *venit* q. e. *vehit;* Serv. *tulit;* ed. pr. Heins. *quae — vehet;* alius Heins. *quae n. t. colente gerit.* Ed. Bonon. *dedit;* Vat. 1., Guelf. a 1. m., Pal. 2., II alii Heins.

Rustica quae nullo nata serente venit.

Altera scriptura est Pirckh., Mor.,

Prataque pubescunt variorum flore colorum;
Indocilique loquax gutture vernat avis.
Utque malae crimen matris deponat hirundo,
Sub trabibus cunas parvaque tecta facit. 10

Bersm., VI aliorum Heins. et vett. edd.

Ruraque quae nullo nata serente vehunt.

Ita etiam alius Heins. et Crev., nisi quod *pomaque* habent. — Naugerius dedit:

Ruraque quae nullo nata serente ferunt.

Cui proxime accedit unus Heinsii, nisi quod *poma ser.* habet, et II alii qui *pomaque q. n. rura s. f.*

Ad sententiam praestantissima mihi videtur, quam recepi, quum altera illa nimis universa sit, ut vix, quos flores aut herbas odoriferas poëta potissimum ob oculos habuerit, invenias. Quanquam paullo insolentius dictum est *terra vehit,* pro *gerit;* nam Tibulli locus I, 4, 65., quem pro eo usu excitavit Merkel:

— — — — — — — dum robora tellus,
Dum coelum stellas, dum vehet amnis aquas —

per zeugma, quod vocant, explicandus est. Sed insolentia et audacia non pro falsis apud Nasonem habenda. *Rustica* pro sine cultu, agresti: cui explicandi causa additum *nullo serente,* plane ut Virg. Ecl. V, 6.

Sive sub incertas Zephyris motantibus umbras,
— — — — — — — — — — —
Sive antro potius succedimus.

Conf. Pont. IV, 2, 18. — Put. v. 6. non habebat. V. 7. Bern., Leid. et Rel. *viresc.* Busl. et Gall. *floresc.*

8. *Vernat,* elegans verbum. Eodem modo Plautus *vernant aviculae.* Met. VII, 284. *vernat humus.* Paullinus carm. VII. *vocibus vernare novis.* — Franc., Busl. et VIII alii Heins. *cantat.* III Heins. et Bern. *garrit.*

Indocili, non docto. Conf. IV, 1, 6.

9. „*Et hirundo, quae quum Progne adhuc esset femina, tam saeva fuit mater* (Vid. ad II, 389.), *ne amplius crimen malae matris habeat, apud ipsos homines in domibus sub trabibus nidum ponit sobolisque amorem ostendit.*“ Conf. Fast. II, 863. — Iun. et Guelf. *mal. matr. crim.* Reg. *crim. volucr.* Leid. *crim. Prognes.* Rel. *malum.*

10. *Sub trabibus.* Fast. I, 157.

Tum blandi soles, ignotaque prodit hirundo,
Et luteum celsa sub trabe fingit opus.

Virg. Georg. IV, 306.

— — — — — — — — — — ante
Garrula quam tignis nidum suspendit hirundo.

IV Heins. *nidos.* Rel., Reg., Bern., Put., Pal. 2. et vett. edd. *parvaque tecta.* Reliqui, etiam Dresd., Busl., Berol. et Crev. *tectaque parva.* Sola codicum auctoritate, utra vera sit, diiudicandum; nam *parva* etiam ad *cunas* referre minime opus est, et si referendum esset, tamen *parvaque tecta* dici posset. Conf. I, 8, 31. 32., Hor. Od. II, 13, 18. Vid. not. ad Trist. III, 12, 23.

Herbaque, quae latuit Cerealibus obruta sulcis,
Exserit e tepida molle cacumen humo.
Quoque loco est vitis, de palmite gemma movetur:
Nam procul a Getico litore vitis abest.
Quoque loco est arbor, turgescit in arbore ramus: 15
Nam procul a Geticis finibus arbor abest.
Otia nunc istic, iunctisque ex ordine ludis
Cedunt verbosi garrula bella fori;

11. *Cerealibus.* Vid. ad III, 8, 1. Met. I, 123.

Semina tum primum longis Cerealia sulcis
Obruta —

Mor. *celantibus.*

12. *Exserit.* Pal. 1., exc. Voss., Leid., IV alii Heinsiani et Dresd. *excitat.* Pirckh. *egerit.* Bersm., Busl., Bern., Berol. et VII Heins. *erigit.* Put., Iun., unus Vat., Crev., Seg. pro v. scr. et ed. Bonon. *exit et.* Rel. *exiit.* Vat. 1., Pal. 2., Guelf. *exit et expendit molle,* Guelf. tamen *expandit.* Busl., Bern., Leid. et III alii Heins. *a tepida.*

13. *Gemma movetur,* excitatur, turget vel *tumet,* ut Fast. I, 152.

Et nova de gravido palmite gemma tumet.

Franc., XI alii Heins. et Berol. *est* omittunt.

14. *A Getico—abest.* Conf. III, 10, 71. De *Geticis finibus* vid. ad I, 10, 14. — Pal. 1., Put., IX alii Heins., Bern. et Dresd. *sed procul.* — Vss. 15. 16. in Pal. 1., Guelf., Put., Gall., Rel., Seg. et Crev. desiderantur. In Busl. a recentiori manu sunt. — V. 16. Franc., IX alii Heins. et Dresd. *sed procul.*

17. *Otia nunc istic.* Vere feriae erant stativae ludique et prope continua festa, velut *Quinquatrua* (Vid. ad IV, 10, 13.) in honorem Minervae, *Megalesia,* quae VI. Id. April. (Fast. IV, 287. seqq. et 379. seqq. Conf. Liv. XXIX. c. 14.) in *Magnae matris* honorem celebrabantur, item *Floralia* et *Cerealia* (Fast. IV. et V.), in quibus omnibus publici ludi erant. *Istic.* Vid. III, 10, 1. Gall. et Rel. *illic.* Busl. a 1. m. *isti victique* (q. e. *iunctique*)—*ludi.* II Heins. *otia sunt illic.* *Sunt* etiam Dresd. — Pal. 1., Bersm. et VIII alii Heinsii *iunctique—ludi.* Leid. et Crev. *que* omittunt.

18. *Garrula bella.* Put., XV alii Heins., Bern. et Crev. cum vett. edd. praeter Bonon., *garrula verba.* Reliqui codd. *garr. bella.* Scriptura *garr. verba* non tam distincte notat contentiones et certamina fori. IV, 10, 18.

Fortia verbosi natus nd arma fori.

Ac *verbosi garrula verba!*

Ceterum nihil frequentius in sermone Romanorum, bellicosae illius gentis, quam in oratoriis laboribus operaque forensi metaphorae et vocabula a re bellica sumta. Fast. IV, 185.

Scena sonat, ludique vocant; spectate Quirites,

Lusus equi nunc est, levibus nunc luditur armis;
Nunc pila, nunc celeri vertitur orbe trochus; 20
Nunc ubi perfusa est oleo labente iuventus,
Defessos artus Virgine tingit aqua.

Et fora Marte suo litigiosa vacent.

Conf. Pont. IV, 6, 29.

Pal. 1. et 2., Bersm., exc. Voss. Put., Franc., XVI alii Heins., Guelf., a 2. m., Berol., Rel. et Dresd. *edunt.* Crev. *et dant.* Pal. 1. et II alii Heins. *imbroso—foro.* Pol. 1. et 2., Pal. 2., Bersm., IX alii Heins. et Bern. *verboso—foro.*

19. *Lusus equi.* Plurimi (?) scripti Heins., teste Merkelio, *lusus equo.* *Lusus equis* vett. edd. et Vat. 1. — Put., Franc., Iun., II alii Heins., Seg. et Bern. *ludus equi.* Rott., Serv., alius Heins., Rel. a 1. m., Berol., Dresd. et Guelf., *usus equi.* Franc. pro v. scr. *usus equis,* unus Ital. *usus equo.* Pal. 1., Busl., IV alii Heins. et Rel. pro v. scr. *lusus equi.* — Abl. *equo,* quem nuper dedit Merkel, nullam prope habet auctoritatem veterum librorum, atque errasse eum, scribentem Heinsii plurimos codices ablativum habere, vel ex eo apparet, quod ex VIII suis et nostris codd. unus tantum Crev. cod. *lusus equo* exhibeat. Abhorret quoque ablativus a consuetudine dicendi. Itaque cum omnibus fere codd. scribendum *equi.* *Lusus* an *ludus* scribendum sit, diffcile est diiudicare, nisi quod *lusus* maiorem auctoritatem vetustatis habere videtur.

Agitur autem de equitandi exercitationibus in Campo Martio. Vid. Fab. Agonist. I. c. 16. Hor. Od. I, 8, 3.

Levibus luditur armis. Ludicrum id armorum vocabatur. Veget. de Re mil. Rom. I. c. 9. seqq. Conf. Trist. IV, 1, 72. Hor. Od. I. l. — *Levibus* ut de lusoriis. Lips. Saturn. II. c. 19. Hor. A. P. v. 379.

Ludere qui nescit, campestribus abstinet armis,
Indoctusque pilae discive trochive quiescit,
Ne spissae risum tollant impune coronae.

Vid. Hor. Sat. II, 2, 9. seqq. Od. I, 8, 10., III, 24, 55.

20. *Vertitur.* Pal. 1., Pol. 1. et 2., Gall., Busl., Bersm., Franc. pro v. scr., III alii Heins. et Berol. *volvitur.* De *pila* et *trocho* vid. ad II, 485. Pirckh. *arte.*

21. „*Nunc ubi inventus oleo perfusa est,* sc. ad varia certamina Campi ineunda“, quod poëta ut rem per se notam omittit. Cave enim poëtam, quod primo quidem aspectu videri possit, dicere putes, oleo perfusam statim iuventutem in balneum ire, quasi ad balneum ungerentur. Vetat enim consuetudo Romanorum. Eodem modo locutus est Hor. Sat. I, 6, 123.

— — — — — — — — — — ungor olivo:
Ast ubi me fessum sol acrior ire lavatum
Admonuit —

De ea consuetudine ante ludos ungendi vid. Gronov. Diatr. in Stat. c. 25., Metam. X, 176. Conf. Hor. Od. I, 8, 8. *Oleo labente,* diffluente. Virg. A. III, 281.

Scena viget, studiisque favor distantibus ardet,
Proque tribus resonant terna theatra foris.

Exercent patrias oleo labente palaestras
Nudati socii —

ubi vid. interpp. Ac de consuetudine Romanorum post quamlibet defatigationem corporis lavandi vid. Hor. Od. I, 8, 8. ibique interpp., Veget. de Re milit. I. c. 10. et not. ad Ov. Her. II, 90. Easdem in Campo oblectationes tangit in Art. A. III, 383.

Sunt illis (*viris sc.*) celeresque pilae iaculumque trochique,
Armaque et in gyros ire coactus equus.
Nec vos (*puellas*) Campus habet, nec vos gelidissima Virgo,
Nec Tuscus placida devehit amnis aqua.

22. *Virgine tingit aqua.* Pro vulg. *tingere gaudet aqua* nos ex Ms. et Naugerio *Virgine tingit aqua.* Qui enim in Campo exercebantur, aqua Virgine pulverem et sudorem abluebant. Eandem aquam Pont. I, 8, 38. *Virgineum liquorem* et Fast. I, 464. *aquam Virgineam* appellat. *Bersmann.* Put., Franc., Pal. 2., Iun., III alii Heins., Bern. et vett. edd. *tingere gaudet.* Reliqui omnes uno consensu *virgine tingit aqua.* Erat autem *Virgo* aquae ductus ex amne eiusdem nominis in Campo Martio. Fast. I, 464.

Hic ubi virginea Campus obitur aqua.

Vid. ad Trist. V, 1, 32. Teste Plinio XXXI. c. 25. aqua erat *tactu praestans.* Concepta ea ab Agrippa (Plin. l. l.) prope pontem Salarium et profundissimo ducta cuniculo per Collatinam portam influens sub hortulorum colle attollebatur: deinde armato opere per Martium Campum deducta balneis aquam ministrabat. Martian. Antiq. Rom. VI. c. 15. Frontin. de Aquaeduct. c. 10.

23. *Studiis — ardet.* Sic *ardere, calere, fervere* similia in rebus, quae studiose aguntur, saepe dicunt Latini scriptores. Vid. Lambin. ad Hor. Epist. II, 2, 72. Rutil. Itin. I, 201.

Saepius attonitae resonant Circensibus aures,
Nuntiat accensus plena theatra favor.

De studiis theatralibus, quae a corruptis saepe mercede hominibus regebantur, vid. Tacit. Annal. I. c. 16. ibique interpp., Sueton. Calig. c. 26. et Burm. not. ad Amor. III, 2, 67.

24. *Proque tribus — foris* scribendum cum plurimis veterum: Busl., Pol. 1. et 2., Pal. 2., Franc. (Guelf.), Put. et XXI aliis. Hoc est quod ante dixerat:

— — — — iunctis ex ordine ludis
Cedere verbosi garrula bella fori.
Heins.

Reliqui codd. omnes et vett. edd. *cumque tribus.*

Inter multa vastissimae urbis fora erant tria, in quibus iudicia habebantur, antiquissimum forum Romanum ad pedem montis Palatini, simpliciter etiam *forum* dictum, forum C. Iul. Caesaris (Sueton. Caes. c. 26. Conf. not. ad III, 1, 27.) et forum Augusti. Sueton. Aug. c. 29. 31. Conf. III, 1, 27. et Plin. N. H. XXXVI. c. 5., Lips. Admir. III. c. 6. *Trina fora* Senec. de Ira II. c. 9. Martial. IV, 38.

O quater, et quoties non est numerare, beatum, 25
Non interdicta cui licet Urbe frui!
At mihi sentitur nix verno sole soluta,
Quaeque lacu duro non fodiantur aquae;
Nec mare concrescit glacie, nec, ut ante, per Istrum
Stridula Sauromates plaustra bubulcus agit. 30
Incipient aliquae tamen huc adnare carinae,
Hospitaque in Ponti litore puppis erit:

Causas, inquis, agam Cicerone disertius ipso,
Atque erit in triplici par mihi nemo foro.

Terna theatra sunt Pompeii iuxta Tiberim, Vaticano monti oppositum (Plut. Pomp. 42., Tacit Annal. XIV. c. 20.), Marcelli ab Augusto exstructum (Sueton. Oct. c. 29.) et Cornelii Balbi (Sueton. Oct. c. 29. et Dio Cass. LIV. c. 25.), pro quo alii Statilii Tauri tertium intelligi volunt, at illud amphitheatrum fuit. Vid. Tac. Annal. III. c. 72. ibique interpp. Art. A. III, 394.

Visite conspicuis terna theatra locis.

25. *O quater et.* Ita, teste Merkelio, Heinsii codd. optimi; nisi quod Pal. 1. cum vett. edd., praeter Bonon., *o quater o quoties* vel *quotiens.* XXIV Heins., Dresd. a 1. m., Rel. a 1. m., Bern., Crev. et ed. Bonon. *o quantum et quoties.* Pal. 2. et Pirckh. *o quantum o quoties.* Conf. A. A. II, 447.

26. Libri Ciofani, Leid., Seg. et V Heins. *cui libet.*

27. „*At mihi pro omni veris adventantis voluptate nihil sentitur* (ego nihil fruor; nam *sentitur* refertur ad illud *frui*), *nisi nix* . . . .“

28. *Quaeque—non fodiantur.* Pal. 1., Bersm., Busl., Franc., XIX alii Heins., Bern. et Rel. *fodiuntur.* Put. *diffodiuntur.* Reliqui (?) codd. et vett. edd. *fodiantur;* quae est Nasonis consuetudo loquendi. Exempla, quae obvia sunt, afferre piget. Deinde cum Iahno restituimus *non fod.*, nam, quod Heinsius e Pal. 2. et II aliis codd. induxit, *vix fodiantur,* de aqua congelata recte dicitur (Conf. III, 10, 26.), non de aqua, quae nunc glacies esse desiit, de qua poëta loquitur: sensus enim est: *et aquae* (sentiuntur), *quae non* (amplius) *lacu duro fodiantur,* q. e. quae liquidae factae sint, ut hauriri possint.

Guelf., Serv. et ed. Bonon. *durae.* Ed. pr. Heins. *dirae.* Reg. et exc. Voss. *deque.* Dresd. pro v. scr. etiam *vix.*

30. *Sauromates.* Vid. ad II, 198. Pirckh. et II alii Heins. *Sarmaticus.* Conf. not. ad III, 3, 63.

Stridula plaustra. Conf. III, 10, 34. 59.

31. *Incipient.* Ita recte Put., Busl., Iun., II alii Heins., Guelf. et Bern. — Dresd. *si tamen incipient.* Pal. 1., Franc., Bersm., Gall. et vett. edd. *si tamen incipiunt.* Reliqui *incipiunt etc.* Scriptura *si tamen* inventa a grammaticis est, qui

Sedulus occurram nautae, dictaque salute,
Quid veniat, quaeram, quisve, quibusve locis?
Ille quidem, mirum, ni de regione propinqua 35
Non nisi vicinas tutus araret aquas.
Rarus ab Italia tantum mare navita transit;
Litora rarus in haec portubus orba venit.
Sive tamen Graeca scierit, sive ille Latina
Voce loqui; (certe gratior huius erit) 40

coniunctionem *si* in huiusmodi sententiis, imprimis a poëtis, saepe omitti ignorarent. Eandem originem habet v. 32. var. *adest* in Pal. 1. et 2., Franc., Reg., Mor. a 1. et Seg. — *Incipiunt* mendosum est. Bersm. *transnare.* Virg. A. I, 538.

— — — — huc pauci vestris adnavimus oris —

ubi vid. Serv.

33. Pal. 1. *nando,* et v. 34. Put. et Gall. *quibusque.*

35. *Ille quidem, mirum, ni* . . Heinsius III tantum codices *ni* exhibere notat, reliquos *nisi.* Guelf., Bern., nostri et vett. edd. praeter Bonon. *ni.*

36. *Araret.* Heinsius cum in Leid. pro v. scr., et II aliis codd. reperisset *arabit* et in II aliis *ararat,* novandi studio suo iterum abreptus induxit *ararit,* locumque integerrimum corrupit: sensus enim est: *ille quidem mirum* (esset), *nisi—araret* q. e. *arasset.* — Iun., Pirckh. et II alii Heins. *adiret.*

Tutus. Conf. Hor. Od. II, 10, 6. et vid. Bentl. ad Hor. Sat. II, 1, 55. Art. Poët. v. 28.

Serpit humi tutus nimium, timidusque procellae.

Unus Vat., Maff. et ed. pr. Heins. *nunquam vicinas.*

37. *Tantum,* sc. quantum inter Italiam et sinistram Ponti oram interiacet. Vid. ad I, 10. Exc. Voss. et Gall. *ab Ital. terra mare.* Berol. *vicinus.* — V. 38. Pal. 1. *navis* pro *rarus.*

39. *Graeca.* Unus Ital. *grata,* unde Heinsius coniecit et recepit *Graia.* Sine iusta caussa, licet nonnunquam poëta forma *Graius* utatur. Non recte autem a quibusdam statui, formam *Graecus* poni, non *Graius,* si Graecus aliis gentibus opponatur, evincit vel illud Propertianum II, 25, 65.

Cedite Romani scriptores, cedite Graii;
Nescio quid maius nascitur Iliade.

Vid. Trist. V, 7, 51. et 11. — Leid. *scierit Graeca.*

40. *Certe Gratior huius erit,* h. e. *certe vox gratior erit huius, qui Latine loqui scierit.* Merkel interpretatur: *gratior,* sc. quam Getarum lingua, et *huius,* sive Graecus sive Latinus fuerit. Perperam. — Pal, 1. et 2., III alii Heins. et vett. edd., praeter Bonon., *gratior usus erit.*

Ceterum ordo totius loci a v. 37. hic est: *rarus* (enim) *navita ab ipsa Italia per tot maria in hanc regionem barbaram et importuosam* (IV, 4, 58., III, 2, 11.) *venit.*

Fas quoque, ab ore freti longaeque Propontidos undis
Huc aliquem certo vela dedisse Noto;
Quisquis is est, memori rumorem voce referre
Et fieri famae parsque gradusque potest.
Is, precor, auditos possit narrare triumphos 45
Caesaris, et Latio reddita vota Iovi;
Teque rebellatrix tandem Germania magni
Triste caput pedibus supposuisse ducis.
Haec mihi qui referet, quae non vidisse dolebo,
Ille meae domui protinus hospes erit. 50

Attamen sive Graece loquatur sive Latine (gratius tamen posterius erit), *sive a freto et a Propontide paene barbara venerit....: quisquis est, potest tamen rumores nuntiare, ac precor is mihi etc.*

41. *Freti longaeque Propontidos.* Propontis mare Thraciam inter et Asiam (hodie mare marmoreum dictum), duo habens ostia angusta, quorum quod Aegaeo iungitur, Hellespontus, quod Euxino, Bosphorus Thracius vocatur. Vid. Plin. N. H. IV. c. 12. *Fretum* autem h. l. videtur accipiendum pro Bosphoro Thracio (I, 10, 31.), ubi Bizantium et Chalcedon sitae erant. Nihil autem frequentius, quam loca alicui proxima ita universe significari: sic mare, urbs (I, 1, 1.), fluvius, al. dicuntur, sic simpliciter *fretum* a Romanis fretum siculum. Ed. Bonon. *fac quoque.* V. 43. Reg. *rumores.*

44. *Famae parsque gradusque.* Argute *famae pars* dicitur, quicunque eam divulgat; at *gradus famae* est aliquis, quatenus per eum certum spatium ulterius portatur. Busl. *famae fieri.* — V. 45. Bersm. *his precor auditis.*

46. *Caesaris,* Tiberii, quem noverat in Germanos profectum a. DCCLXIII., Varianam cladem ulturus. Scripta enim huius libri carmina a. DCCLXIV. Vid. Proleg. et not. ad IV, 2.

47. Commata, quibus vulgatis in libris *bellatrix* et *Germania* inclusa sunt, delevimus, quia illud *tandem,* quod est inter *rebell.* et *Germ.,* pertinet ad *supposuisse.* Conf. II, 317. *Rebellatricem* Germaniam, ut Romanus, merito vocat, cum toties bellum reparasset et Romani *semper vincerent, nunquam devincerent,* Flor. IV. c. 12. Vid. IV, 2, 54. *Magnum ducem* alii Augustum intelligunt, penes quem summa imperii erat. Sed mihi intelligendus Tiberius videtur, in quo et ipso se Principi blandiri intelligeret Naso. Conf. II, 169. 229. et IV, 2. — Guelf. a 1. m., Pal. 2., Put., Dresd., Gall. *te quoque bellatrix.* Bern. *bellatrix posset tandem.*

49. *Referet.* Leid., Pal. 2., II

Hei mihi, iamne domus Scythico Nasonis in orbe est,
Iamque suum mihi dat pro Lare poena locum?
Di facite, ut Caesar non hic penetrale domumque,
Hospitium poenae sed velit esse meae!

ELEGIA XIV. (XIII.)

Natalem suum obiurgat, quod se in Scythiam sit secutus, rogatque ne, dum in Ponto sit, iterum veniat.

Ecce supervacuus (quid enim fuit utile nasci?)
Ad sua natalis tempora noster adest.
Dure, quid ad miseros veniebas exsulis annos?
Debueras illis imposuisse modum.

alii Heins. et vett. edd. *referat.* Berol. *haec tria.*

Vidisse, sc. in triumpho.

51. Enuntiata v. 50. voce *domus,* in affectum erumpit: *hei mihi! iamne domus Nasonis in Scythico orbe, et poena iam dat mihi locum suum pro Lare,* h. e. pro stabili sede certoque domicilio? Conf. I, 3, 30. et I, 10, 40. — Dresd. a 2. m. *iam domus est.* Exc. Voss. in *urbe.* Serv. *iam Scyth. nomen Nas.* Put., Bern., Seg. et X alii *est* omittunt. — V. 52. Pal. 1., Gall., Mor., Iun., Leid., VI alii Heins., Bern., Seg., Rel. *terra locum.* Put. *terra domum.* Franc. *terra situm.* Berol. et Crev. *paene locum.* Merkel nescio cur coniecit: *pro Lare poena Larem.*

53. *Di facite ut. Di faciant Caesar* cum III scriptis. Heins. *Faciant* etiam pro v. scr. Rel. Sed cur non potius scripturam omnium reliquorum codd. et vett. edd., quae etiam huic affectui melius conveniat, retineamus? Conf. Her. XIII, 68., Terent. Adelph. V, 3, 59. — Zulich. *hoc Caesar.* Guelf. a 2. m., Crev. et Mor. *non hic.* Put. *non hanc.*

ELEGIA XIV.

1. *Nasci.* Pal. 1., Put., plus viginti alii Heins., Bern., Dresd. et vett. edd., praeter Bonon. Pol. 1., Vat. 1. et Medic. *utile nobis.* — Reliqui *gigni. Nasci* etiam concinnius: *nasci — natalis.* Berol. et Crev. *supervacuum.* V. 3. Reg., Rott., Guelf., Berol., Bern. et ed. pr. *miseri.*

4. *Imposuisse modum.* Conf. I, 9, 38., I, 11, 44.

Si tibi cura mei, vel si pudor ullus inesset: 5
Non ultra patriam me sequerere meam;
Quoque loco primum tibi sum male cognitus infans,
Illo tentasses ultimus esse mihi,
Inque relinquendo, quod idem fecere sodales,
Tu quoque dixisses tristis in Urbe: „Vale!“ 10
Quid tibi cum Ponto? Num te quoque Caesaris ira
Extremam gelidi misit in orbis humum?
Scilicet exspectas solitum tibi moris honorem:
Pendeat ex humeris vestis ut alba meis,
Fumida cingatur florentibus ara coronis, 15
Micaque sollemni turis in igne sonet,

5. *Inesset.* Reg., Gall., Serv., Busl., exc. Voss., Pal. 2., X alii Heins., Guelf., Seg., Dresd., Berol., Rel. et vett. edd. praeter Bonon. *inesset;* reliqui *adesset. Inesset* nostro propius est modo dicendi, hinc erit, qui *adesset* ab Ovidio esse exstimet.

7. *Male,* infeliciter, in malum meum. — Strozz. *creditus.* Crev., Iun., Leid., VI alii Heins. et Bern. *male sum tibi.*

9. *Inque relinquendo.* Pol. 1. et II alii *inque relinquendum.* Put. *inque requirendos.* Scribe: *iamque relinquenda.* Heins. Sed ego scripturam omnium vett. librorum tam scriptorum quam impressorum non tam leviter eiiciendam censeo: *et in relinquendo* (discedendo), *quod idem fecere sodales, tu quoque* (adiicit *ubi*) *in* (*ipsa*) *Urbe tristis mihi dicere debuisses vale.* Exc. Voss. *dixere sodales.* Busl. *tu mihi.* Dresd. pro v. scr. *tristis amice.* V. 11. Bern., Put. et nonnulli alii *non te.*

13. *Solitum.* Heinsius ex Mor. et VI allis dedit *soliti,* quod etiam Dresd., Berol. et Rel. exhibent. Vid. Her. XXI, 127. Reliqui omnes cum vett. edd. *solitum,* quod mihi rectum videtur, quando *mos* etiam ceremoniam sacram significat. Vid. Fest. sub v. *mos,* ibique interpp. *Honor* qui intelligatur, statim describitur a v. 14—18. De sacris in natali usitatis vid. Tib. I, 7., II, 2., III, 10., IV, 5., Hor. Od. IV, 11, 6., Lips. Elect. I. c. 13. Unus Heinsii *exspectes.* Iun. *soliti — turis.* Gall. *soliti mihi moris.*

14. *Vestis alba;* candidis enim induti vestibus operabantur. Conf. V, 5, 7., Amor. II, 13, 23., Hor. Sat. II, 2, 63., Prop. III, 8, 15., Stat. Silv. II, 7, 10. Vid. Ferrar. de Re Vest. I. c. 22.

Pendeat ex humeris proprie capiendum: nam de pallio est sermo, quod humeris haerebat et in lis fibula colligatum erat: unde *humerum pallio onerare,* ut apud Terent. Phorm. V, 6, 4. et alia huiusmodi dicuntur.

15. *Florentibus — coronis.* Aras

Libaque dem proprie genitale notantia tempus,
Concipiamque bonas ore favente preces?
Non ita sum positus, nec sunt ea tempora nobis,
Adventu possim laetus ut esse tuo. 20
Funeris ara mihi ferali cincta cupressu
Convenit et structis flamma parata rogis.

vittis atque sertis coronare mos erat. Conf. V, 5, 9. et Virg. Ecl. VIII, 64. Pal. 1. *tingatur.*

16. *Micas vocant vel contusa grana et fracta, vel concussa et elisa* Plin. N. H. XII. c. 14. Vid. Colum. VI. c. 30. et Tib. IV, 1, 14. et III, 4, 10.

Sonet, ut IV, 2, 4. et Fast. I, 76., pro quo aliis locis *crepet,* ut Fast. IV, 742., quod h. l. cod. Voss. exhibet. Leid. *mirraque.*

17. *Proprie.* Heinsius e Pol. 1. induxit *pro me.* II Heins. et Berol. *dem propere.* Ed. pr. Heins. *det propere.* Pal. 1. et 2., Guelf., Franc., Put., XVIII alii, Bern. et nostri praeter Berol. *dem proprie.* Reliqui et vett. edd. *dem pro te.* Quod Heinsius dedit *pro me,* caret auctoritate librorum, neque elegans est. Non male *pro te,* quod est *tua caussa,* sed tamen cum longe maiore codd. numero dedimus *proprie,* q. e. legitime. — Berol. *verbaque dem.* Burmannus coniiciebat *deproperem.* Sed eam sententiam declarat etiam scriptura nonnullorum codd. *propere,* ut coniectura non esset opus.

Libum panis sive placentae quoddam genus, e lacte, farina, melle et oleo confectum. Varr. R. R. II. c. 8., Serv. ad Virg. A. VIII, 109., Athenae. III. c. 36. In natalibus Genio imprimis offerri solitum. IV, 10, 12., Amor. I, 8, 94., Fast. III, 733., Tibull. II, 2, 8. ibique interpp.

Pal. 2. et Seg. *geniale,* q. e. quo genio indulgetur, h. e. laetum, ut Fast. III, 523. Verum recte habet scriptura omnium prope vett. libb. *genitale.* Lucret. *coeli genitalis origo,* et *mundi tempus genitale. Dies genitales* Tacit. Annal. XVI. c. 14.

18. *Bonas,* ut v. 24. Bern. *preces — pias.* De verbis *ore favente* vid. ad V, 5, 5.

19. *Non ita sum positus.* Versus mendosus aut adulteratus. *Heins. Non ita sum positus* eleganter dicitur pro *non sum in tam felici statu.* Praeterea *ea,* pro talia, tam felicia. Vid. II, 221. et ad Met. VII, 43. *Burm.* Busl., VII alii Heins. et Bern. *non sunt.* — V. 20. Berol. *possem.*

21. *Cupressu.* Pal. 2., V alii Heins. et vett. edd. *cupresso.* Met. III, 155.

Vallis erat piceis et acuta densa cupressu.

Cupressi inferis consecratae et in funeribus adhibebantur *et pro mortuorum domibus ponebantur, ideo quia huius generis arbor caesa non renascitur.* Festus. Vid. Serv. ad Aen. III, 64., Plin. N. H. XVI. c. 33. *Funeris ara,* in qua ego ipse funus flammis consumar. Ibid. v. 104.

Iam stat, ut ipse vides, funeris ara tui.

Exc. Voss. *lethali.*

Nec dare tura libet nil exorantia divos,
  In tantis subeunt nec bona verba malis.
Si tamen est aliquid nobis hac luce petendum; 25
  In loca ne redeas amplius ista, precor,
Dum me terrarum pars paene novissima, Pontus,
  Euxinus falso nomine dictus, habet.

ELEGIA XV. (XIV.)

Amico cuidam eximioque cultori poëtarum loco consuetudinis suae commendat carmina sua, imprimis imperfectum Metamorphoseon opus, et istum quem e Ponto mittat Tristium librum tertium, cuius tamen tenuitatem iniquae sortis suae conditione summaque omnium scribendi praesidiorum inopia excuset.

Cultor et antistes doctorum sancte virorum,
  Qui facis ingenio semper amice meo.

22. *Et structis.* Bersm., Pal. 2., II alii Heins. et Crev. *strictis.* Conf. I, 3, 98. Vat. 1., Gall., V alii Heins., eiusdem ed. pr. et Bern. *peracta.* V Heins. *reperta.* Frustra. Vid. Sen. Ep. 13. Controv. 1. — V. 23. Serv., Leid. et Gall. *non.* Put. et Reg. *licet.* Pol. 1., Pal. 2., III alii Heins., Guelf. et Dresd. *nihil.* Nos sequimur maiorem auctoritatem codicum. V. 26. Busl. *venias.*

27. *Pontus, Euxinus.* Vulg. *Ponti, Euxinus.* Scribe *Pontus, Euxini.* Heins. Scripturam *Pontus* Pol. 1. et 2., Gall., Mor., Iun., Franc., IX alii Heins., Bern., Berol., Crev., Dresd. pro v. scr. et Seg. confirmant. *Euxinus* scripturam omnium codd. et vett. edd. non audeo mutare. Nam Latinitas salva est. Met. II, 839. *Sidonida nomine dicunt.* X, 644. *indigenae Tamasaeum nomine dicunt. Falso nomine* dictus, quia barbarus et inhospitus (III, 12, 7.). Nam *Euxinus,* quod est Graecum εὔξεινος, valet hospitalis, hospiti benignus. Conf. IV, 4, 56. et vid. ad V, 10, 13. — Merkel post *Pontus* non interpunxit.

ELEGIA XV.

2. *Qui.* Dimidia pars codicum Heins., etiam Dresd., Pal. 1. et Guelf. a 1. m., et vett. edd., praeter Bonon.: *quid facis.* Glossa Mor.: *facis* i. e. *faves.* Busl. et Pal. 1. *tuo.*

Amice vocativum esse, non adverbium, declarat correpta ultima. Vocativus autem positus est per attractionem, quam vocant, ut Tib. I, 7, 53.

Sic venias hodierne —

ubi vid. Huschk. Virg. A. II, 283.

— — — — — quibus Hector ab oris
Exspectate venis?

Prop. II, 12, 2.

Ecquid, ut incolumem quondam celebrare solebas,
Nunc quoque, ne videar totus abesse, caves?
Suscipis exceptis ecquid mea carmina solis 5
Artibus, artifici quae nocuere suo?
Immo ita fac, quaeso, vatum studiose novorum,
Quaque potes, retine corpus in Urbe meum.
Est fuga dicta mihi, non est fuga dicta libellis,
Qui domini poenam non meruere sui. 10
Saepe per externas profugus pater exsulat oras;
Urbe tamen natis exsulis esse licet.

Lectule deliciis facte beate meis.
Theocrit. XVII, 66. ὄλβιε κῶρε γένοιο. Conf. Hor. Sat. II, 6, 20., Pers. III, 27. et de eo loco Priscian. p. 1116. — V. 3. Pal. 1. et Berol. *et quid,* solemni peccato librariorum. Vid. not. ad Her. XV, 1.

5. *Suspicis.* Cum carmina Ovidii ut infamati auctoris contemta essent, vel potius ipse contemta esse fingat (III, 1, 67. seqq.), recte amicum quaerit: *ecquid tu suscipis.* — Pal. 1., exc. Voss., Franc., Mor., Leid., Busl., IV alii Heins. et eiusdem ed. pr., Dresd. pro v. scr. et Crev. *colligis.* — Vat. 1., Pol. 1., Pal. 2., Guelf., Serv., Iun. et IV alii Heins. *conficis.* Put., X alii Heins. et Berol. a 1. m. et vett. edd. *conspicis.* Gall. *excipis.* Berol. pro v. scr. et reliqui *suscipis.*

Exceptis artibus. Vid. III, 1, 65. Busl. *quid enim.*

7. *Novorum,* recentioris sive huius aetatis, de qua re supra diximus. Unus *virorum.* Alius et Rel. a 2. m. *tuorum.* Rel. a 1. m. *bonorum.* *Vatum quaeso* Burmannus induxit, nec nisi a Gall., Serv., Iun. et Crev. exhibetur. Seg. a 1. m. *vates.*

8. *Corpus.* Meliores omnes praeter Bern. et reliquorum dimidia pars *corpus.* Reliqui, in quibus Crev. et Busl. cum vett. edd. *nomen.* Heinsius *corpus* interpretatur carmina laudans II, 535. *corpus Aeneidos.* Sed *corpus* simpliciter pro carminibus dici non potest, nisi sententiae ratio eiusmodi sit, ut aliud corpus, ac carminum, intelligi non possit; et repugnat ei interpretationi adiunctum illud *meum.* Corpus proprie capiendum. Ut enim Naso carmina progeniem, liberos (v. 14.), natos, appellat seque ipsum eorum patrem; sic etiam ea partem declarat sui. Cum igitur ipse esset fugatus et tamen carmina mitteret, non sine lusu dicit: *retine me* (*corpus meum*) *saltem quantum potes in Urbe.* Haec fere de ista scriptura Iahn.

Quamque potes Bern. Vid. ad III, 7, 54. et conf. III, 4, 43.

9. *Dicta,* iussa, ut *multam dicere* Liv. XXV. c. 3. Rel. *est fuga indicta.* — V. 10. Iun., Leid., Pal. 1. et Put. *poenam domini.* Exc. Voss. *non meruere pati.*

11. *Externas.* XVII Heins., Seg.,

Palladis exemplo de me sine matre creata
  Carmina sunt: stirps haec progeniesque mea.
Hanc tibi commendo, quae, quo magis orba parente est, 15
  Hoc tibi tutori sarcina maior erit.
Tres mihi sunt nati, contagia nostra secuti;
  Cetera fac curae sit tibi turba palam.
Sunt quoque mutatae ter quinque volumina formae,
  Carmina de domini funere rapta sui. 20
Illud opus potuit, si non prius ipse perissem,
  Certius a summa nomen habere manu.
Nunc incorrectum populi pervenit in ora,
  In populi quicquam si tamen ore mei est.

Guelf. et Dresd. pro v. scr. *extremas,* quod induxit Heinsius. Sententiae natura requirit notionem, quae domui et patriae opponitur, et hanc continet scriptura *externas.* Nihil igitur mutatione opus erat. Corruperunt grammatici scripturam, quod Nasonem in extremis oris exsulare et hoc eum usque repetere atque urgere meminissent. Conf. Met. IX, 19.

13. *Palladis.* Pallas Graecum nomen poëticum eius deae, quae Latinis Minerva. Fuit autem Minerva filia Iovis, quae (Fast. III, 841.)

— — — — de capitis fertur sine matre paterni
Vertice cum clypeo (*q. e. pro plena armatura*) prosiluisse suo.

Vid. Apollod. I. c. 3. ibique Heyn., Hom. Il. I, 202., Hes. Theog. v. 885. seqq. Conf. Trist. I, 2, 10., II, 293.

14. Franc., Leid., XI alii Heins., Guelf., Bern., Seg., Rel. *mea est.* Reliqui cum vett. edd. *est* omittunt, quod etiam propter praecedens *sunt* rectius abest. Busl., Leid. et alius Heins. *mei.*

15. *Orba parente est.* Conf. I, 7, 35. — Omnes Heinsii, praeter V, item Guelf., et nostri omnes, praeter Berol., cum vett. edd. omnibus *parente est.*

17. *Nati.* Quam post verbum *nati* induximus interpunctionem postulat loci ratio. Merkel hoc distichon sic interpunxit:

Tres mihi sunt nati contagia nostra secuti;
Cetera fac, curae sit tibi turba palam.

Contag. nostra secuti, mecum damnati. Vid. I, 1, 111. et conf. III, 1, 65. — Gall. *fratres.*

18. *Cetera — turba.* Vid. ad I, 1, 109. Rich. *sint.*

19. *Sunt quoque.* Conf. I, 1, 117. et I, 7.

20. Conf. I, 7, 38.

23. *Incorrectum,* a Nasone, ut

Hoc quoque nescio quid nostris appone libellis, 25
Diverso missum quod tibi ab orbe venit.
Quod quicumque leget, si quis leget, aestimet ante,
Compositum quo sit tempore, quoque loco.
Aequus erit scriptis, quorum cognoverit esse
Exsilium tempus barbariamque locum; 30
Inque tot adversis carmen mirabitur ullum
Ducere me tristi sustinuisse manu.
Ingenium fregere meum mala, cuius et ante
Fons infecundus parvaque vena fuit.

videtur, novatum vocabulum. Vid. ad I, 5, 28. — Leid., Iun., Mor., Bern., Crev. et ed. pr. *incorreptum.* Pal. 1., Gall., Busl., *incorruptum.* XVI Heins., Rel. a 1. m., Dresd. a 2. m., Berol. *ad ora.*

24. *Mei est.* Ita Pal. 1., Guelf. a 2. m., Put., XII alii Heins. et eiusdem ed. pr., nostri praeter Dresd. et vett. edd. praeter Bonon., quod non solum auctoritate horum libb., sed etiam postulante sententia dedimus. Reliqui codd. et ed. Bonon. *meum est.* III, 2, 22.

Quidquid et amissa restat in Urbe mei.

In ore est. Terent. Adelph. I, 2, 23. *in ore est omni populo.* Vid. Trist. IV, 1, 68. et Pont. II, 6, 34.

25. *Hoc.* Non *opus* subaudiendum, sed *hoc* accipiendum est absolute propter *nescio quid;* quod etiam elegantius propter varietatem orationis, et modestius. Intelligendus autem Tristium liber tertius. Ed. pr. *hic.*

26. *Diverso — ab orbe,* diversa ab orbis parte. Vid. ad Her. XIV, 112. Conf. Tr. I, 3, 19., III, 2, 12., I, 5, 61. — V. 27. Bern. *si quis legat,* et Pal. 2. *legit.* V. 28. Serv., Barb., Rel. et ed. Bonon. *quove.* — V. 29. Exc. Voss. et Busl. *aequus erit iudex,* ex I, 1, 45.

30. *Barbariamque.* Sic Pal. 1. et 2., Franc., XV alii Heins., Dresd., Rel., Berol. et vett. edd. quod a Nasone videtur. Reliqui *barbariemque.*

Ad sententiam conf. I, 1, 37., II, 327. 532., III, 1, 18., III, 10, 4., IV, 1, 1., V, 7, 60., V, 12, 21., V, 14, 3., Pont. I, 5, 7., III, 4, 11. — Vss. 29. et 30. Leid. omittit, Seg. in margine habet.

32. *Ducere.* Quidam codd. *scribere,* quod videtur praeferendum Merulae. Sed recte *ducere literas,* quod est *pingere literas,* itaque recte etiam *ducere carmen manu.* Art. A. III, 493., Met. I, 649.

34. *Vena ingenii* Latinis poëtis solemnis metaphora. Hor. Od. II, 18, 9. *ingenî benigna vena.* A. P. v. 409. *sine divite vena.* Unde metaphora sumta sit, apparet ex his locis: Trist. III, 8, 115.

Hoc (*ingenium*) ego Pegasidas deduxi primus ad undas,
Ne male fecundae vena periret aquae.

Pont. II, 5, 21.

Sed quaecunque fuit, nullo exercente refugit, 35
Et longo periit arida facta situ.
Non hic librorum, per quos inviter alarque,
Copia: pro libris arcus et arma sonant;
Nullus in hac terra, recitem si carmina, cuius
Intellecturis auribus utar, adest; 40
Nec, quo secedam, locus est: custodia muri
Submovet infestos clausaque porta Getas.
Saepe aliquod quaero verbum nomenque locumque,
Nec quisquam est, a quo certior esse queam;

Ingenioque meo, vena quod paupere manat,
Plaudis, et e rivo flumina magna facis.

35. *Refugit*, in se. *Situs* de neglecto usu saepe apud Nasonem legitur. V, 12, 2.

36. *Periit*. *It* syllabam in arsi positam sequente vocali Naso saepe producit. Her. VI, 31., XIII, 29., Art. A. III, 707., Fast. II, 341., III, 333., V, 515., Met. I, 114., XIV, 519. Etiam in hoc loco pentametri. Remed. Amor. 6., Art. A. III, 64., Pont. I, 3, 74., IV, 12, 44. Ex Virgilio attulerunt Eclog. I, 39., III 97., VII, 23., Georg. II, 211., Aen. I, 308. et al. Vid. Wagner. Quaest. Virg. XII., L. Schneider. Gramm. Lat. I. p. 745. et Hermann. Elem. Doctr. metr. p. 40.

37. *Inviter*, inciter, incendar ad scribendum. V, 12, 53. seqq. — Unus Heins. *alarve*. Busl. *sustenter alarque*.

39. *Recitem si*. Iun., Leid., Pal. 2., VI alii Heins., Rel. a 1. m. et vett. edd., praeter Bonon., *recit. cui*. Maff., Pal. 1., Vatt., Pol. 1. et 2., Franc., Put., Bern., Rel. a m. 2. et reliqui nostri praeter Berol. *recitem si*. Berol. *residens in carmina*. Guelf. a 1. m. *recit. cuius carmina*. — Scripta recens composita Romani scriptores, inprimis poëtae, amicis ac peritis legebant, ut eorum de operibus suis iudicia, antequam ederentur, cognoscerent. III, 7, 23., IV, 1, 89., IV, 10, 43., Hor. Sat. I, 4, 73. seqq. Sueton. Oct. c. 85. Alii, quo maior esset ingenii fama, publice in foro, balneis, aliisque locis inprimis celebribus ea legebant. Hor. Sat. I, 4, 74. sqq. Postea recitationibus publicis (IV, 10, 57.) propriae aedes sive templa aperta sunt, quorum primum ab Asinio exstructum esse tradunt. Plin. Epist. I, 13. 19., II. 10., V. 3. Vid. Bentl. ad Hor. Epist. II, 2, 92. et interpp. ad Sat. I, 10, 38., Rupert. ad Iuven. Sat. VII, 26., Lips. Epist. ad Belg. Cent. II. 48., Weber. Dissert. de Recitat. Vimar. 1828.

41. Conf. I, 1, 41. et I, 11, 37. — Guelf. *non quo*.

42. Conf. IV, 1, 69., V, 2, 70., V, 10, 15. et Pont. I, 2, 24.

43. *Quaero verbum*. Iun., Leid. et Rel. *verbum quaero*. Mira sane

Dicere saepe aliquid conanti (turpe fateri!) 45
Verba mihi desunt, dedidicique loqui.
Threïcio Scythicoque fere circumsonor ore,
Et videor Geticis scribere posse modis.
Crede mihi, timeo, ne sint immixta Latinis,
Inque meis scriptis Pontica verba legas. 50
Qualemcunque legas, venia dignare libellum,
Sortis et excusa conditione meae.

ad h. v. hariolantur grammatici, ut confirment, hoc carmen ad Iulium Hyginum scriptum esse. — V. 45. Leid. et Bern. *fateri est.*

46. *Dedidicique loqui.* Conf. V, 7, 55.

47. *Fere.* Duo Heins. et Ven. a. 1486. *fero:* non male. — Pal. 2., Franc., III alii Heins. et vett. edd. *Geticoque.* Conf. III, 10, 5.

48. *Geticis—modis.* Busl. et II alii Heins. *Scythicis.* Leid. *ut videar.*

51. *Qualemcunque legas.* Sic omnes codd. et vett. edd.; nisi quod Pol. 1., Vat. 1., Medic., Pal. 2. et Guelf. a 1. m. *qualemcunque igitur,* quod male in textum recepit Heinsius. Met. II, 287.

— — — tuaque haec pro parte videto,
Qualiacunque videt. Utinam meliora videres.

Conf. Trist. III, 3, 55—57.

P. OVIDII NASONIS

TRISTIUM

LIBER IV.

ELEGIA I.

Carmen hoc quasi pro praefatione est Tristium libri quarti, in quo cum propter scribendi consuetudinem, tum ut exsilii dolores levet malorumque oblivionem pariat, carminibus componendis, quamvis eo studio exsilium meruerit, sese vacare dicit, rogatque ut, cum dolores quos passus sit atque patiatur, innumerabiles vixque tolerandi sint, lectores librum qualemcunque cum venia accipiant.

Si qua meis fuerint, ut erunt, vitiosa libellis,
  Excusata suo tempore, lector, habe.
Exsul eram, requiesque mihi, non fama petita est,
  Mens intenta suis ne foret usque malis.
Hoc est, cur cantet vinctus quoque compede fossor, 5
  Indocili numero cum grave mollit opus.

ELEGIA I.

Pirckh. inscribit. *Epla* 25 a.

2. *Suo tempore.* Conf. III, 14, 27. Iun. *habet.*

3. *Eram,* sc. cum haec scriberem. III, 3, 2. Vid. Zumpt Gramm. L. §. 503. — Non *fama petita est.* Conf. I, 1, 52. sqq., V, 7, 65. et Pont. I, 5, 55. sqq. Gall. *requiesque tamen.* Busl. *est* omittit.

4. *Ne foret.* Vid. I, 2, 42. *Animum intendere,* si est pro *convertere animum, attendere,* coniungitur cum dativo rei, cum ablativo, et cum *ad* et *in* cum accusativo. Cum dativo est etiam apud Hor. Epist. I, 2, 36., ubi vid. Schmid. Vid. etiam Nolten. Lex. Antib. pag. 1532.

5. Exemplis docet, naturam ipsam

Cantat et, innitens limosae pronus arenae,
Adverso tardam qui trahit amne ratem;

eo ferre, ut cantu tempus dolorumque sensum fallamus. Tib. II, 6, 25.

Spes etiam valida solatur compede vinctum:
Crura sonant ferro sed canit inter opus.

De re, sc. servos compedibus vinctos opus fecisse, aut excubias egisse ad portas, passim memorant Latini scriptores. Columell. I. c. 8. 16. *Ergastuli mancipia vincta compedibus.* Vid. Amor. I, 6. Columell. I. *An putem fortunatius a catenato repulsum iri ianitore.* Petron. Sat. 38. Pignor. de Servis. p. 447. Lucan. VII, 402.

— — — — vincto fossore coluntur
Hesperiae segetes.

Flor. III. c. 19. *catenatos cultores habet.* Senec. de Benef. VII. c. 10. *vasta spatia terrarum colenda per vinctos.* Pont. I, 6, 31.

Haec (*spes*) facit, ut vivat vinctus quoque compede fossor,
Liberaque a ferro crura futura putet.

Put. *hinc est.*

6. *Indocilis numerus est,* in quo nulla doctrina est, qui non doctus est, rudis, nativus. III, 12, 8.

Indocilique loquax gutture vernat avis.

Numero, modo. Notum est illud Virg. Ecl. IX, 45.

— — numeros memini, si verba tenerem.

7. *Cantat. Cantet* Put., Pol. 1. et 2., Pal. 2. et XIV. Praecedentia id exigunt. *Heins.* Male contendit Heinsius, praecedentia eam scripturam exigere. Potest enim absoluta quae dicitur oratio, qualis est v. 11. et 12., etiam ab hoc versu incipere. Conf. I, 9, 7—9. Et hanc scripturam equidem per se praeferendam putarem, quae eadem in plurimis libris exstat. Nunc vero flagitant eam versus 9. et 10. Nam, qua Burmannus sensum utcunque adiuvit, scriptura *quique ferens,* mera coniectura est I. Micylli, omniumque veterum librorum auctoritati repugnat, qui ad unum omnes recte tuentur *quique refert.* Omnis autem error ex eo natus est, quod viri docti non satis perspexisse videntur, illud *in numerum* respondere verbo *cantat* huius versus et *cantet* in praecedentibus et iis, quae in sequentibus (v. 11—18.) pro *cantare* dicta sunt. Haec igitur vera est huius loci sententia: *Hoc est, cur cantet . . . opus.* (Iam variata oratione pergit:) *Cantat et is . ., qui trahit* (funiculo) *amne ratem, et qui pariter lentos remos ad pectora usque refert, is quoque* (quo facilior sit labor) *in numerum* (hoc facit) *brachia versat. Fessus* (quoque) *pastor cantat.* Confirmat eam scripturam quoque concinnitas, qua quovis disticho novum ac plenum continetur exemplum, et in quovis novo exemplo notio illa *cantus* et *modorum* nova quoque figura orationis aut constructione declaratur. — De *in numerum* conf. Virg. Georg. IV, 175. et Serv. ad Ecl. VI. 27. De locutione *remos ad pectora referre* conf. Met. XI, 461, — De repetitione illa *cantat* conf. Trist. IV, 6, 1—16. — Busl.

Hoc est cur cantet innitens pronus arenae.

Quique refert pariter lentos ad pectora remos,
In numerum pulsa brachia versat aqua. 10
Fessus ut incubuit baculo saxove resedit
Pastor, arundineo carmine mulcet oves.
Cantantis pariter, pariter data pensa trahentis
Fallitur ancillae decipiturque labor.

8. *Qui trahit.* Put., Mor., Leid. et vett. edd. *vehit.* — Pingit poëta h. l., non describit, omnia eleganter: *innitens limosae arenae pronus* (sc. fune super humerum attracto sive contento); atque ipsi versus numeri tardi incedunt. Neque aliter in disticho, quod sequitur. — Fast. IV, 297.

Sedula fune viri contento brachia lassant,
Vix subit adversas hospita navis aquas.

9. *Lentos,* qui aegre nec sine labore moventur. Conf. not. ad v. 86. — Iun. *lentos pariter.* Mor. *remos—lentos.*

10. *Versat.* Pal. 1. et II alii Heins. *iactat.* Pal. 2., Guelf., Franc., XIII alii Heinsii, Berol., Rel. a 1. m., Dresd., Seg. a 1. m. *pulsat.* Put., VI alii Heins. et Seg. pro v. l. *lassat.* Crev. et II Heins. *laxat.*

11. Mor. *pastor—fessus.* Guelf., Pal. 2., Franc., XVIII alii Heins., Berol., Dresd., Crev. *ubi incub.,* in quam particulam dici non potest quomodo grammatici apud Nasonem sint grassati, substituentes *ut.* Vid. ad Her. XV, 1. — Porro maior pars codicum et vett. edd. *saxoque.* Perperam.

Baculo, pedo. Pont. I, 8, 53.

Ipse velim baculo pascere nixus oves.

Vid. Virg. Ecl. V, 88. et Prop. IV, 2, 39. Virg. Ecl. VIII, 16.

Incumbens tereti Damon sic coepit olivae.

Conf. Culic. v. 97. et 98. et Metam. I, 679.

12. *Mulcet oves.* Nonnulli *opus.* Reg. *aves.* Burm. *Arundineo,* in arundine, h. e. fistula arundinea.

13. *Pariter, pariter,* uno eodemque tempore. Met. VIII, 324.

Hanc pariter vidit, pariter Calydonius heros
Optavit.

Conf. Met. XII, 36. Sic Graeci ὁμοίως μὲν, ὁμοίως δὲ, velut Plato Sympos. p. 181. C. *Pensum* proprie manipulus lanae, quem domina sive serva lanipenda (Vid. Paul. in L. XXXI. D. de Donat. inter viros et ux. et Cuiac. Obss. IX. 30.) servabus appendebat, ancillae sive servae in filis dominae rependebant. Prop. IV, 7, 37.

Et graviora rependit iniquis pensa quasillis.

Trahere (a colo in fila) pro *nere.* Her. III, 25,

Nos humiles famulaeque tuae data pensa trahemus.

Fast. II, 743.

Lumen ad exiguum famulae data pensa trahebant.

Eodem modo *deducere* est Her. IX, 77., ubi vid. annot. Conf. Met. XIII, 511. De re et consuetudine mulierum in lanificio laboris taedium tem-

Fertur et abducta Lyrnesside tristis Achilles 15
Haemonia curas attenuasse lyra.
Cum traheret silvas Orpheus et dura canendo
Saxa, bis amissa coniuge moestus erat.
Me quoque Musa levat Ponti loca iussa petentem;
Sola comes nostrae perstitit illa fugae; 20

porisque moras cantando levandi, Virg. Georg. I, 293.

Interea longum cantu solata laborem
Arguto coniux percurrit pectine tēlas.

Conf. Virg. Georg. IV, 334. sqq., Tib. I, 3, 85., II, 1, 65., Met. IV, 39., Hom. Od. X, 221.

14. *Decipere laborem*, ut *fallere*, est facere, ne sentiatur. Vid. III, 2, 6., IV, 10, 114., V, 7, 39., Bentlei. ad Hor. Od. II, 13, 38. Ed. pr. Heins. *tollitur*.

15. *Lyrnesside*. Pal. 1., XXII Heins., Dresd. et Seg. *Lerneside*. Leid., Gall., (Rel. et Dresd. pro v. scr.) *Briseide*, e Remed. A. v. 777. „Scribe *Lyrnesside*. *Λύρνησσος* enim Graecis hoc oppidum. Uni Hesychio *Λύρνησος*.“ *Heins*. Codices vero et vett. edd. in una litera σ fere consentiunt et hoc loco et Met. XII, 108. et XIII, 176. Vide tamen, quae de scriptione huius vocis nuper disputavit Spitzner. ad Hom. Il. II, 290. Fuit autem *Lyrnessus* oppidum Ciliciae, Lesbo oppositum. Strab. XIII. p. 421. 910. 875. Atque *Lyrnessis* est Hippodamia sive *Briseis*, h. e. Brisae filia, Achillis serva, quae ei ab Agamemnone per vim erepta est (Vid. not. ad II, 374.). Ob quam iniuriam cum Achilles iratus a bello cessaret, Graecique eius ope privati a Troianis maxime premerentur, legati ab Agamemnone missi sunt eum conciliaturi, qui citharae cantu sese oblectantem in tentorio invenerunt. Hom. Il. IX, 186.

Τὸν δ' εὗρον φρένα τερπόμενον φόρμιγγι λιγείῃ.

Conf. Amor. II, 11, 31., Her. III, 113. et seqq.

16. *Haemonia — lyra*, Thessalica, unde erat Achilles. Vid. III, 11, 28. Vere autem erat ea lyra Thebana, quam Achilles

— ἄρετ' ἐξ ἐνάρων πόλιν Ἠετίωνος ὀλέσσας.

Ut est apud Hom. Il. IX, 188.

17. *Orpheus*, Thrax, Apollinis sive Oeagri e Calliope Musa filius, fabulosus Graecorum fidicen atque poëta, qui lyrae a Mercurio acceptae (Hyg. F. Astron. 7.) ac vocis dulcedine feras, silvas et montes traxisse dicitur. Qui, quum Eurydice uxor mortua esset, ad inferos descendit et cantu suo a Plutone, ut eam reduceret, impetravit, hac lege, ne, priusquam ad superas auras pervenissent, respiceret. Sed cum videndi impatientia respexisset, Eurydice ad Inferos rediit. Unde *bis amissa coniuge*. Ipse in Ismaro, Thraciae monte sedens dolorem suum canendo levavit, ubi a Maenadibus sive Bacchis dilaceratus est. Vid. Virg. G. IV, 454. ibique interpp., Met. X, 1. sqq. Apollod. I. c. 3., Od. I, 12, 9. Bern. *contraheret*.

19. *Petentem*, ita accipiendum,

Sola nec insidias inter, nec Thracia tela,
Nec mare, nec ventos barbariamque timet.
Scit quoque, cum perii, quis me deceperit error,
Et culpam in facto, non scelus, esse meo.
Scilicet hoc ipso nunc aequa, quod obfuit ante, 25
Cum mecum iuncti criminis acta rea est.

ut id quod olim et semel factum sit, velut res fieri solita enuntietur; quomodo etiam Germani dicimus: *Mir gewaehrt die Muse Lindrung, wenn ich in die geheissene Verbannung wandre* . . . . . Rich. et Gall. *iuvat.* Guelf. et Gall. *lira.* Conf. v. 49. et vid. IV, 10, 115. seqq.

21. Franc., Bersm., Reg., Mor., Seg. et Put. *insidias inter nec Thracia tela*, nisi quod Put. *Treicia.* Pal. 1., Busl., Pirckh., et VII alii Heins. et Crev. *insid. interque Treicia tela,* nisi quod Crev. *Trahicia.* Unus Heins. *intra nec Threicia tela.* Bern. *insidias inter Treicia tela.* Berol. *insidias militis Treicia tela.* Serv. *insidias Threicia tela.* Unus Heins. *ins. interque irentia tela.* Alius *ins. inter Tyrinthia tela.* Dresd. *insidias hominum nec Thracia tela,* sed pro v. scr. *insidias horret nec militis ensem.* Iun. *ins. inter tot militis enses.* Unus *ins. sevi nec militis ensem.* Alius *ins. nec diri militis ensem.* Barb. et Rel. *ins. inter crudelia tela.* Exc. Voss. *ins. hominum nec militis ensem.* Vett. edd. *ins. inter nec militis ensem.* Duas igitur apparet esse veterum librorum familias, quarum altera tueatur *insidias inter nec Thracia tela,* altera *insid. inter nec militis ensem,* quarum tamen prior maiorem habet auctoritatem, aptior quoque scriptura *Thracia tela,* quam *militis ensem,* quando militum nullus metus ei erat, at Thracum et barborum; itaque hanc scripturam sequendam putavi. Sensus est: *sola nec insidias inter timet, nec timet Thracia tela, nec mare, etc.* quae oratio etsi paullo insolentior est, tamen satis Latina est. Heinsius dedit e Combiano sive Dresdensi:

Sola nec insidias hominum nec Thracia tela.

Merkel coniecturam suam dedit parum probabilem:

Sola nec insidias, nec iter, nec Thracia tela.

De *insidiis* conf. I, 11, 27. et IV, 10, 101. *Thracia,* nam Thraciam Naso Tomos proficiscens peragraverat. Vid. ad I, 10.

22. *Barbariamque.* Ita codd. et plurimi et meliores plerique. Bern., Guelf., Busl., Seg. et pauci *barbariemque.* Vid. v. 34. et ad III, 11, 4.

23. *Quis.* III Heins. *qui.* Vid. IV, 10, 1.

Error. Vid. ad I, 2, 99. — Gall. *deceperat.*

25. *Scilicet.* Vid. ad II, 107. — Iun., Seg., Berol. et III Heins. *non aequa.* Ed. pr. *ipso est aequaque.*

26. *Iuncti.* Vat. 1., Pol. 1., Bersm., Gall. et X alii Heins., Berol. *adiuncti.* Perperam. Vid. ad II, 498.

Non equidem vellem, quoniam nocitura fuerunt,
Pieridum sacris imposuisse manum.
Sed nunc quid faciam? Vis me tenet ipsa Sororum,
Et carmen demens carmine laesus amo. 30
Sic nova Dulichio lotos gustata palato
Illo, quo nocuit, grata sapore fuit.
Sentit amans sua damna fere; tamen haeret in illis,
Materiam culpae persequiturque suae.

Bern. *mecum incerti.* Exc. Voss. et Reg. *et mecum.* Gall. *coniugis.* *Mecum iuncti criminis acta rea est,* h. e. velut socia criminis mei (scriptae artis) damnata est. Nam *reum agere* poëtice pro *accusare, damnare.* I, 1, 24., I, 8, 46., Her. XIV, 120. et XVI, 324. De re vid. ad I, 1, 23.

27. „*Vellem, Pieridum sacra* (Vid. III, 7, 32. et infra v. 87.) *non tetigisse,* h. e. carmina nulla fecisse." Pont. IV, 8, 82.

Prosit opemque ferat, communia sacra tueri,
Atque isdem studiis imposuisse manum.

Vid. etiam Pont. IV, 2, 28. et Her. IX, 76. De re conf. II, 3. et seqq. De constructione *vellem* vid. ad III, 8, 1.

29. *Sororum.* *Sacrorum* vett. edd. et Heinsiani plurimi, ineleganti repetitione; et de Heins. *plurimis* dubito, cum e VI nostris nonnisi Crev. et Busl. illud tueantur. Duo Heins. et Dresd. pro v. scr. *locorum.* Dresd. a 1. m., Rel., Bern., Guelf., Berol., Gall., Franc., Pirckh. pro v. scr. et IV (?) alii Heins. *sororum,* quod mihi verum videtur. De quibus sororibus agatur, e contextu orationis satis agnoscitur. Vid. ad II, 13.

30. Conf. I, 1, 55., II, 13., I, 11, 11., V, 7, 34. — Rel. *lusus.*

31. Ulixis socios, ignota hactenus (unde *nova*) apud Lotophagos loti suavitate gustata immemores reditus et patriae factos nec nisi verberibus adactos in naves rediisse tradit Hom. Od. IX, 83. seqq. Conf. Strab. III. p. 108. et XVII. p. 574., Plin. N. H. XIII. c. 17. *Dulichius* dictus Ulixes a Dulichio insula, quae fuit eius ditionis. I, 5, 57. Nec solum a Nasone, sed etiam a Virg. Ecl. VI, 76. et Prop. pluribus locis ita vocatur. Conf. I, 5, 60. 67. Atque inde etiam Ulixis socii *Dulichii.*

33. *Fere* restringit. Conf. Herzog. ad I. Caes. B. G. III. c. 18., Hor. Epist. I, 19. 5. Serv. et vett. edd. *ferens.*

34. *Persequiturque.* Vett. edd. et dimidia fere pars codicum Heins. et ed. pr. *prosequiturque.* Reliqui, et quidem meliores, *perseq.,* quod hoc quidem loco confirmari etiam videtur illo *haeret.* Conf. Met. VIII, 776. — Male Heinsius coniiciebat *curae — suae.* Scriptura *culpae — suae* per se optima confirmatur illo *damna,* et quod gravius est, poëta amantis rationem suae caussae ac culpae adaptare studebat. Mor. *damni — sui.*

Nos quoque delectant, quamvis nocuere, libelli, 35
Quodque mihi telum vulnera fecit, amo.
Forsitan hoc studium possit furor esse videri;
Sed quiddam furor hic utilitatis habet.
Semper in obtutu mentem vetat esse malorum,
Praesentis casus immemoremque facit. 40
Utque suum Bacche non sentit saucia vulnus,
Dum stupet Edonis exululata iugis:

36. *Quodque.* V, 3, 34. De *quamvis* cum indic. vid. ad I, 2, 11. Rel. pro v. scr. *posset* et v. 38. *quidquam.*

39. *Obtutu.* Pal. 1., XIV alii Heins. et Dresd. cum ed. Bonon. *obtuitu.* Bern. *intuitu.* Seg. *obtutum.* Exc. Voss. *laborum.*

41. *Bacche.* Vat. 1. et Serv. *Bacchis.* Certe Βακχίδες Aristot. in Problem. et Plutarcho eaedem, quae aliis *Βάκχαι.* Hesych. *Θυίας, Βάκχις.* Hinc mutuatus nomen est Plautus comoediae quam *Bacchides* inscripsit. *Heins.* Forma *Bacchis* suspecta, ut apud Nasonem sine exemplo, qui *Bacche,* ut Amor. I, 14, 21., aut *Baccha,* ut Her. X, 48. dicere solet. Itaque vulgatam cum scriptis et vett. edd. revocavi. Sunt autem Bacchae mulieres, quae in Bacchi sacris furibundae cum thyrso taedisque accensis per montes et silvas discurrerent et orgia celebrarent. Cum autem hic cultus in Thracia originem haberet, Bacchae a poëtis etiam *matres Thraciae* vel quod idem est *matres Edonides* appellatae. Vid. Met. III., Apollod. III. c. 5., Curt. IX. c. 20., Trist. V, 3, 37., Hor. Od. III, 25, 8. Quare Heinsius recte pro scriptura veterum libb. *Idaeis* e varia lect. Pol. 1. *Idonis* fecit *Edonis.* Met. VI, 587.

Tempus erat, quo sacra solent trieterica Bacchi
Sithoniae celebrare nurus — — — —

Met. IX, 641.

Utque tuo motae, proles Semeleïa, thyrso
Ismariae celebrant repetita triennia Bacchae.

Vid. interpp. ad Theocrit. VII, 111. *Edona* autem iuga sunt montes Edonis sive Edoni in Thracia, qui est pars Haemi (Plin. N. H. IV. c. 11.), a cuius regionis incolis Bacchi orgia praecipue celebrabantur. Hinc *Bacchus* ipse *Edonus,* ut Remed. A. v. 593. Vid. Metam. XI, 69. et Bentl. ad Hor. Od. III, 25, 8. Conf. Apollod. III. c. 5. Ceterum produxit mediam vocis *Edonus* syllabam etiam Hor. II, 7, 27.

— — non ego sanius bacchabor Edonis.

Quam posterioris aevi poëtae corripiunt. Vid. not. ad I, 4, 3. et interpp. ad Sil. IV, 778. Pro scriptura *Idaeis* unum illud afferri possit, quod cultus Magnae matris Idaei et Bacchica sacra a poëtis nonnunquam confundantur. Vid. Eurip. Bacch. v. 80. et seqq. et de eo loco Strab. X. p. 323.

Ululare de furibundo Baccharum clamore proprie dicitur. Vid. Met. IX, 643., XI, 17., III, 528. Sed

Sic, ubi mota calent sacro mea pectora thyrso,
Altior humano spiritus ille malo est.
Ille nec exsilium, Scythici nec litora ponti, 45
Ille nec iratos sentit habere deos.

exululare e Graeco ἐξολολύζειν ante Nasonis aetatem non reperio. Modus autem deponens neque apud seriores scriptores réperitur. De usu illo praeteriti deponentis pro praesenti vid. not. ad Her. V, 114. Sensus hic est: *ut Baccha in furore suo* (quod poëta declarat verbis *thyrso concitata*. Vid. Fast. III, 764.) *per silvas ac devia Edoni discurrens, si forte saucia facta est, vulnera prae stupore non sentit: sic ego, ubi thyrso illo divino impulsus caleo supra terrena et humana mala efferor.*

Thyrsus autem est hasta aculeata, hederis et pampinis obtecta, quam Bacchus gestare solitus fuit, et Bacchae in orgiis. Ceterum poëtas sacros esse Apollini et Musis dictum est ad III, 2, 4. Verum iidem sacri erant Baccho. Vid. ad I, 6, 2. Quod autem h. l. a Baccho se ad componenda carmina impelli dicit, et novitatis caussa, et maxime illius comparationis caussa factum puta, ut similitudo esset inter studia sua et Bacchicos furores. Imago denique illa, ut, qui a furore sive impetu poëtico correpti sint, ab ipso Bacchi thyrso feriri atque moveri dicantur, saepe reperitur. Amor. III, 15, 17.

Corniger increpuit thyrso graviore Lyaeus.

Amor. III, 1, 23.

Tempus erat thyrso pulsum graviore moveri.

Vid. Mitscherl. ad Hor. Od. II, 19, 8. et conf. Lucret. I, 922., Hor. Od. IV, 15, 2. et Fast. IV, 15.

Pro *iugis* Gall., Vat. 1., Pol. 1., Pal. 2., ed. pr. et reliquae, praeter Bonon., *modis*.

43. *Sacro — thyrso. Viridi — thyrso* Vat. 1., Pal. 1., Rott., alter Pol. et VIII alii. *Heins.* Accedunt Put., Guelf., Bern. et Seg. Sed scriptura plurimorum codicum et veterum edd. mihi etiam aptior videtur propter illud *humano* versu sequenti; et gravius est *thyrso sacro*, quam *viridi*. *Calere* in poëtis saepe dicitur. Fast. VI, 5.

Est deus in nobis, agitante calescimus illo.

Burm. *Spiritus ille*, impetus ille., ardor ille. Art. III.

Est deus in nobis, sunt et commercia coeli;
Sedibus aetheriis spiritus ille venit.

44. *Malo est*, Leid. *loco est*, ut Fast. I, 299.

Credibile est illos pariter vitiisque locisque
Altius humanis exseruisse caput.

Pauci Heins., Mor. et Berol. *est* omittnnt.

45. *Litora ponti.* Male Burmannus coniecit *frigora ponti:* nam iniquitas coeli aliaque illius regionis incommoda illo *Scythici* satis declarantur. Dicit autem pontum Euxinum.

46. *Habere.* Pirckh. et VI alii *adesse.* (Berol. quoque) *Heins.* Ita *adesse* Fast. IV, 236. *Burm.* In-

Utque soporiferae biberem si pocula Lethes,
  Temporis adversi sic mihi sensus abest.
Iure deas igitur veneror mala nostra levantes,
  Sollicitae comites ex Helicone fugae, 50
Et partim pelago partim vestigia terra
  Vel rate dignatas vel pede nostra sequi.
Sint, precor, hae saltem faciles mihi: namque deorum
  Cetera cum magno Caesare turba facit;

tegra vulgata *habere*. Petron. *Iunonem meam iratam habeam.* Senec. Epist. 101. *Iubeo te habere bonam mentem, h. e. propitios deos, quos habet placatos et faventes, quisquis sibi propitiavit.* Sensus est: *ille nec sentit exsilium* (se in exsilio esse), *nec litora* (iniquitatem) *Scythici Ponti, nec sentit iratos* (se) *habere deos.* Pronomen *se* in accusativis cum infinit, saepe omittitur. Vid. Met. II, 599., Tibull. I, 3, 27. ubi vid. Huschk. Vid. etiam Ruhnken. ad Rutil. p. 41. — Rel. pro v. scr. *sensit.*

47. *Lethes.* *Lethe* est fluvius inferorum, unde umbrae defunctorum, inferos adeuntes, praeteritarum rerum oblivionem bibunt. Cum somnus quoque oblivionem adferat, Lethen *soporiferam* appellant. Vid. Met. XI, 603. Virg. A. VI, 714.

— — — — Lethaei ad fluminis undam
Securos latices et longa oblivia potant.

Vid. Tr. I, 8, 36., IV, 9, 2., Pont. II, 4, 23., IV, 1, 17. et Gierig. ad Met. VII, 153. Rel. pro v. scr. *sumas.*

48. *Abest.* Gott. *adest.* Medon. *abit.* Pirckh. *tempus abest.* Pr. Vat. *tempus habet.* Scribe *sensus hebet.* Pont. IV, 1, 17.

Da mihi, si quid ea est, hebetantem
pectora Lethen.

Heins. Videmus, unde, quae nunc pro vulgata est, scriptura *hebet* originem habeat. Proba est scriptura *sensus abest,* et comparationi illi cum Lethes haustibus aptior. Sic *metus abest, timor abest.* V. 49. Rel. a 1. m. *vereor.*

50. *Sollicitas* vetustissimum mendum omnium codd. et vett. edd. usque ad Ios. Scaligeri tempora, qui primus *sollicitae* corrigendi auctor fuit. *Merkel.*

Ita *sollicitam viam* I, 11, 2. et mox v. 85. *sollicita sedes.* *Burm.* Construe: *Iure Deas . . . comites . . ., et dignatas vestigia nostra sequi partim pelago partim terra vel rate vel pede.* Gall. *deos.* Helicon mons Boeotiae, in quo Musarum sedes et Pegasides undae. III, 7, 15. Vid. Strab. IX. p. 282., Metam. V, 255. 663. et not. ad Trist. IV, 10, 120. — V. 52. Gall. *et rate.* V. 53. VI ap. Burm. *faciles saltem.*

54. *Cum Caesare facit,* e Caesaris parte stat, meque deseruit et odit. Art. A. III, 762.

Cum Veneris puero non male Bacche
facis.

Conf. I, 2, 60. Bern. et Reg. *favet.* Pal. 1. et 2., Put. et II alii Heins. *Caesare—cetera.*

Meque tot adversis cumulat, quot litus arenas, 55
Quotque fretum pisces, ovaque piscis habet.
Vere prius flores, aestu numerabis aristas,
Poma per autumnum, frigoribusque nives;
Quam mala, quae toto patior iactatus in orbe,
Dum miser Euxini litora saeva peto. 60
Nec tamen, ut veni, levior fortuna malorum est:
Huc quoque sunt nostras fata secuta vias;
Hic quoque cognosco natalis stamina nostri,
Stamina de nigro vellere facta mihi.
Utque nec insidias capitisque pericula narrem, 65
Vera quidem, vera sed graviora fide:

55. *Cumulat. Cumulant* Put. et IV alii. Heins. En iterum Heinsianum pluralem, cui vulgata *cumulat*, invita auctoritate codicum Mss. et licet *facit* praecedat, cedere debuit. Vid. ad IV, 2, 15. — *Quot litus arenas.* Sic poëtae ingentem aut infinitum numerum saepe declarant. Vid. ad I, 5, 47.

57. *Flores.* Alter Pol. *volucres*, ex Art. A. I, 271.

59. *Iactatus. Disiectus* unus. Burm. *Patior*, exspectamus *passus sum*, cum mala illa itineris ante duos vel tres annos esset passus. Sed poëtae in affectu et incitatiore oratione de rebus praeteritis et iam dudum peractis loquuntur, quasi hoc tempore fierent. Vid. ad v. 19. — Put. *quae duro.* Pal. 1., X alii Heins. et vett. edd. *patior toto.*

60. *Saeva. Iussa* Medon., nisi quod *laeva* rectius. Heins. Vid. I, 2, 83. *Litora Euxini* quoque *saeva* sunt. I, 11, 32. et 26. Quanquam, ut recte monet Merkel, prolepsis illa *saeva* parum apta est iis, quae sequuntur.

61. *Levior.* Iun. *melior.* Duo *locorum. Est* VIII omittunt. Mor. *non.* Burm. *Ut veni.* Vid. III, 2, 17. *Fortuna malorum* est idem, quod *sors malorum.* Fast. II, 463. de Ariadna, Bacchi uxore: *sorte tori gaudens.* Prop. I, 18, 17.

Nullane placatae veniet fortuna procellae?

Lucan. IV.

— — — — — leti fortuna propinqua
Tradiderat fatis iuvenem.

63. *Hic quoque cognosco.* Vett. edd. et Bern. *huc.* Pal. 2. *cognovi.* De Parcis vid. ad V, 13, 24. *De nigro vellere* (sive lana), nam nigrum, ut pullum, filum signum infortunii, ut album vitae felicis. Vid. ad III, 13, 14., Hor. Od. II, 3, 16. ibique interpp.

65. *Capitisque pericula.* Conf. I, 5, 64., III, 2, 23., IV, 10, 101., V, 2, 29., Pont. II, 7, 61. Iun. *ut nec ego ins. pontique peric.* Pal. 1. et plurimi alii Heinsii, Bern.,

Vivere quam miserum est inter Bessosque Getasque
Illum, qui populi semper in ore fuit!
Quam miserum est, porta vitam muroque tueri,
Vixque sui tutum viribus esse loci! 70
Aspera militiae iuvenis certamina fugi,
Nec nisi lusura movimus arma manu;
Nunc senior gladioque latus scutoque sinistram,
Canitiem galeae subiicioque meam.
Nam dedit e specula custos ubi signa tumultus, 75
Induimus trepida protinus arma manu.

Crev., Rel. et vett. edd. *utque neque.*

66. Exc. Voss. *vera quidem patior sed.* Busl. et II alii Heins. *vera quidem fateor.* Vett. edd. et reliqui codd. omnes *vera quidem vidi sed,* praeter Comb. et unum Vat., qui *vera quidem, vera sed,* quod probabat Heinsius. Elegans est coniectura Francii *veri sed,* atque ita etiam alibi Naso est locutus: Her. XVI, 60.

Vera loquar, veri vix habitura fidem.

Met. III, 659.

— — adiuro, tam me tibi vera fateri,
Quam veri maiora fide.

Fast. III, 661.

Haec quoque, quam referam, nostras pervenit ad aures
Fama; nec a veri dissidet illa fide.

Sed Latina est etiam scriptura *vera fide.* IV, 3, 14.

Deque fide certa, sit tibi certa fides.

67. *Bessosque Getasque.* Vid. III, 11, 5. et conf. V, 2, 69. Serv. *intra.*

68. *Illum.* Rectius Gott., Iun. et Mor. *illi.* Heins. Imo peius et barbarum est *miserum est illi;* neque illud quaeritur, an recte dicatur *mihi miserum est,* sed an scriptura omnium fere libb. teneri non possit. — Mor. *durum est illi.*

Populi in ore. Conf. III, 15, 24. et II, 5. — V. 69. Dresd., vett. edd., Mor. et IV alii Heins. *est* omittunt.

70. *Viribus.* Iun., II alii Heins., Bern., Dresd. pro v. scr. *moenibus. Viribus* est munimentis. Ad sententiam conf. V, 10, 15—18., III, 14, 4., V, 2, 69.

Vixque brevis tutos murus ab hoste facit.

71. *Certamina fugi.* Vat. 1. et Gall. *contagia fugi.* Conf. I, 5, 71—74., III, 2, 9., IV, 10, 105. et Amor. I, 15, 1—4.

72. *Nec nisi lusura.* Vid. ad III, 13, 19. — Leid., Franc., Serv., Pirckh., IV alii Heins., Guelf., Dresd. a 1. m. et vett. edd. *novimus.*

74. *Que* tertio loco positum exstat etiam supra v. 34. et 40., V, 10, 40. et Her. XIX, 214. et al. IV Heins. *meae.* V. 75. Vat. 1. *e scopulis.*

76. *Induimus.* Comb. (sive Dresd.) longe venustius *induimur;* qui Grae-

Hostis, habens arcus imbutaque tela veneno,
Saevus anhelanti moenia lustrat equo.
Utque rapax pecudem, quae se non texit ovili,
Per sata, per silvas fertque trahitque lupus: 80
Sic, si quem nondum portarum sepe receptum
Barbarus in campis reperit, hostis habet.
Aut sequitur captus coniectaque vincula collo
Accipit, aut telo virus habente perit.

cismus Nasoni valde familiaris est. Auson. Id. XXXII.

Ut trabeam pictamque togam mea praemia, consul
Induerer.

Heins. Idem probat Merkel. Sed venustatem tantum abest, ut perspiciam, ut vix tolerandam eam scripturam putem propter adiuncta illa *trepida manu*; neque frequenter illum usum apud Nasonem reperio, nisi sicubi Heinsius eum, ut h. l., Met. XIV, 650. et 798. et aliis, sine auctoritate librorum induxit. Neque denique quaeritur quid sit venustius, sed quid verius.

77. *Imbutaque tela veneno.* Vid. ad V, 10, 22. et conf. III, 11, 55.

78. *Lustrat,* obequitat, et speculatur. — Pirckh. et III alii *cingit.* Sed vulgata non sollicitanda. Pont. I, 2, 19.

Hic eques instructus perterrita moenia lustrat,
More lupi clausas circumeuntis oves.

Virg. A. IX, 58.

Lustrat equo muros, aditumque per avia quaerit.

Vid. Sil. I, 298. *Heins.*

79. Conf. I, 6, 9. et III, 10, 55. — Pal. 1., XI alii Heins., Berol. et Bel. *non se.*

80. *Fertque trahitque.* Pal. 1., Put., Bersm., nonnulli alii Heins., Dresd., Crev., Bel. *fertque refertque,* quod abhorret ab huius loci sensu; scriptura autem reliquorum et praestantiorum codd. et vett. edd. optima est; consentaneum enim naturae, ut ovem lupus nunc ferat, nunc, ut onus gravius, ore trahat.

81. *Portarum sepe* apte respondet illi *ovili,* sed hanc optimam ac verissimam scripturam nonnisi pro var. scr. servarunt: Franc., Mor., Rott., Barb. et Medon. Nam vett. edd. et codd. *portarum sede.*

82. *Hostis habet.* Franc., Put., Gall., Busl., Leid., X alii Heins. (et Seg.) *agit,* elegantius. *Agere praedam, captivos* et similia obvium. V, 10, 19.

— — — — — — — densissimus hostis
Advolat, et praedam vix bene visus agit.

Heins.

Agit parum aptum disticho sequenti. Restituendum cum codd. longe plurimis et vett. edd. *habet;* hoc enim dicit: *Si quem in campis reperit, habet,* statim comprehensus in potestate eius est: (Iam sequitur, quid illi faciat hostis:) *aut sequitur* (sequi cogitur) *captus* sive captivus, *aut . . perit.* — Mor. *campo.*

83 *Coniectaque.* Pal. 2., Bersm.,

Hic ego sollicitae iaceo novus incola sedis: 85
Heu nimium fati tempora lenta mei!
Et tamen ad numeros antiquaque sacra reverti
Sustinet in tantis hospita Musa malis.
Sed neque, cui recitem, quisquam est, mea carmina, nec qui
Auribus accipiat verba Latina suis. 90
Ipse mihi (quid enim faciam?) scriboque legoque,
Tutaque iudicio litera nostra suo est.

Bern., Iun. et Pirckh. *iniectaque.* Put. et Busl. *collectaque.*

84. *Perit.* Scribe *cadit.* Sic Iun. et pro div. scr. Gott. et Rott. Supra III, 11, 63.

Pars cadit hamatis misere confixa sagittis.

Fast. VI, 775.

Et cecidit telis Hasdrubal ipse suis.
Heins.

Exempla ista ostendunt Latinum esse *sagittis cadere,* et ab Ovidio aliis quoque locis ita dici. Sed *perire* quoque in hac re et Latinum est et Ovidianum. V, 5, 24. Vid. Indices. Hoc dico nullam adesse caussam optimam scripturam omnium prope librorum mutandi.

85. *Sollicitae.* Franc. pro v. scr. *Sarmaticae—gentis.* Voss. *sic ego.* Put. *incola terrae.* Pol. 1. et Medic. *nimis incola.* *Burm.*

Novus, ut exsilio illuc proiectus.

86. *Lenta. Longa* scripti plerique. *Heins.* Et sic cum Heinsio nunc vulgo editur. Mihi vera videtur scriptura *lenta,* quae etiam elegantior est. *Fata lenta* sunt, quae tarde procedere videntur, vel, ut III, 2, 29. ipse Naso dicit, *cessantia.* Sic *lentas moras* dixit Fast. II, 722. Conf. Remed. A. v. 243. et Her. III, 138. *Lentas militias* dixit Tibull. I, 3, 82. *Lenta dies* est apud Sil. XIII, 487. Vid. Bentl. ad Hor. Epist. I, 1, 21. Ac profecto probabilius est, *lenta* in *longa,* quam *longa* in insolentius illud *lenta* esse a librariis mutatum. *Lenta* exhibent Pal. 1., Dresd. et nonnulli Heins. cum vett. edd. praeter Bonon. Dresd. etiam pro v. scr. *longa.*

88. *Hospita Musa. Digna* Gall. De *hospita* conf. v. 50. — V, 87. Dresd. pro v. scr. *at tamen,* et *signa reverti.*

89. *Recitem.* Vid. not. ad III, 15, 39. et conf. V, 12, 53. — Leid. *est* omittit. Pirckh. et vett. edd. *referam.* Pal. 1. *cum recitem.*

90. *Accipiat.* Gall. *excipiat.*

91. „*Ipse mihi* scribo, recitoque, meoque ipsus iudicio examinandum et aestimandum do etc.

92. *Suo,* quod ei contingit, quum ego ipse, qui feci, iudico. Reg., Gall., Berol. *meo est.* Leid. *est* omittit.

Saepe tamen dixi: „Cui nunc haec cura laborat?
„An mea Sauromatae scripta Getaeque legent?“
Saepe etiam lacrimae me sunt scribente profusae, 95
Humidaque est fletu litera facta meo;
Corque vetusta meum, tanquam nova, vulnera sentit,
Inque sinum moestae labitur imber aquae.
Dum vice mutata, qui sim fuerimque, recordor
Et, tulerit me quo casus et unde, subit; 100

93. *Haec cura.* Vid. II, 1. — Iun. et IV alii Heins. *mea cura.* Gott. et Mor. *mea Musa.* Crev. *saepe mihi dixi.*

94. Leid. et Berol. *legant.* — V. 95. Pal. 1. et 2. et multi alii Heins., Bern. et vett. edd. *sunt me.* Bern. etiam *prohibente.*

96. *Humidaque est fletu.* Vid. I, 1, 13., III, 1, 15. — Voss. *est* omittit. Crev. *humidaque fletu . . meo est.*

97. *Vulnera sentit.* Pal. 1. et 2., Guelf., Franc., Gall., Mor., Pirckh. pro v. scr., Busl., VII alii Heins., Dresd. et Crev. *novit.* Put. *noscit.* Serv., IV alii Heins. et vett. edd. *norit.* III Heins. *norunt.* Ed. pr. Heins. *laedunt.* Pirckh. *venit.* Reliqui Heins., Bern., Seg., Rel. et Berol. *sentit.* Aut igitur *sentit* legendum, aut *novit,* quod nuper dedit Merkel. Sed *vulnera nosse* per se ac pro ratione sententiae rectum esse non nego, attamen *vetusta vulnera tanquam nova ac recens inflicta nosse* Ovidianae elegantiae esse, mihi persuadere non possum. Atque temporum ordinem poëtam hunc non tam stricte ubique tenere scio (Vid. not. ad Her. XVI, 278.); elegantius tamen est *sentit* ac *labitur,* utrumque in praesenti. — Ad sententiam conf. IV, 6, 21.

99. *Qui.* Gall., Mor., Leid., Iun., (Crev., Rel. et Berol.) *quis.* Hafn. et Voss. *quid,* ut Met. II, 551. *quid fuerim quid simque vide.* Vid. Trist. III, 8, 38. Heins. Ac recte *quid* ponitur, si non tam nomen hominis, quam ipsius hominis qualis conditio sit, ut h. l., quaeritur. Vid. ad Her. XII, 31., Hor. Sat. I, 6, 55., Bauer ad Sanct. Minerv. II. p. 223. et 370. Nec tamen damnanda vulgata omniumque prope codd. et vett. edd. scriptura *qui,* in obliqua praesertim oratione. Cic. ad Att. III. Ep. 10. *non possum oblivisci qui fuerim, non sentire qui sim.* Vid. Trist. IV, 10, 1., Zumpt. Gramm. Lat. §. 124., Iahn. ad Met. X, 372., Virg. Ecl. II, 19., Georg. IV, 537. et Wagner Quaestt. Virg. XXII.

Dum, quod cum Merkelio dedimus, exhibent Pal. 1. et 2., Franc., Bersm., Gall., Busl., XVIII alii Heins., Dresd., Crev., Rel., Seg. et vett. edd., et rationi sententiae et praesentibus illis *recordor* et *subit,* sequente *misit* praeterito, aptius est. — Guelf., Bern. et unus et alter Heins. *cum,* quod hodie pro vulgata est. Reg., Serv., ed. pr. Heins. *tum.* Put. *tunc.* Berol. *de vice.*

Saepe manus demens, studiis irata sibique,
Misit in arsuros carmina nostra focos.
Atque ita de multis quoniam non multa supersunt,
Cum venia facito, quisquis es, ista legas.
Tu quoque non melius, quam sunt mea tempora, carmen, 105
Interdicta mihi consule, Roma, boni.

100. *Me quo.* Mor. et XII alii Heins., Guelf., Rel., Bern. et ed. pr. Heins. *quo me.* Busl. *et quo me tulerit.* Reliqui omnes et vett. edd. *me quo,* quod mihi etiam concinnius videtur. Iun. *et ira subit.*

101. *Studiis irata sibique.* Hamb., Busl., Iun. et III rectius *irata malignis.* Heins. Optima est vulgata: *manus et studiis suis* (operi suo) et *sibi ipsi irata:* ut saepe irascimur et rei et homini, qui rem perfecit.

102. *Focos.* Guelf., Pal. 2., Franc., Bern., Bersm., Busl., XI alii Heins., Rel. et vett. edd. *rogos.* Male: non enim agitur hoc loco de funere; nec minus recte dicuntur *arsuri foci* quam *arsuri rogi.* Infra IV, 10, 62. in eadem re est *emendaturis ignibus.* Ad rem conf. V, 12, 61., I, 7, 16.

103. *Atque ita.* Sic Barb., Busl., Put., Leid. (Bern.) Recte. Confirmat Franc. *quare ita.* Vulgata *atque ea* ferri non potest, cum *ista* subsequatur. Supra III, 9, 27. *atque ita divellit.* Her. XVIII, 115. *atque ita cunctatus,* et sic passim. Heins. Gall. et Crev. *ab ea.* Berol. *an ea.* Reg., Serv. *atque eadem mult.* Barb. pro v. scr. *quare ea.* Reliqui cum vett. edd. *atque ea.* V. 104. Berol. *et illa legas.* Bern. *et ipse legas.*

Nexus sententiarum in quo alii haerent, mihi satis perspicuus ac planus videtur: sc. postquam tenuitas carminum suorum unde nata sit et cur pauca supersint, exposuit, apte concludit: *atque ita* (q. e. quare) *tu ille, quisquis es . . ., legas.* (Iam ab uno illo ad universam quasi patriam quoque conversa oratione pergit:) *Tu quoque, Roma mihi interdicta, carmen hoc, quod non melius est, quam mea tempora* (Vid. I, 1.), *consule boni,* in bonam partem accipe. Pont. III, 8, 24.

Tu tamen haec, quaeso, consule missa boni.

Senec. de Benef. I. *Hoc munus rogo, qualecunque est, boni consulas.* — Put. *boni — mihi.* Franc., Gall., Serv. et haud dubie multi alii Heins., Guelf., Crev., Seg. a 1. m. et Rel. pro v. scr. *bona.*

ELEGIA II.

Postquam Varus (Vid. not. ad II, 229.) cum toto exercitu ingenti clade ab Arminio caesus erat et tota fere Germania contra imperium Romanorum rebellarat (U. C. 763.), Tiberius ab Augusto ad bellum Germanicum missus erat. Vellei. II. c. 117. seqq. Cuius expeditionis eventus, cum (a. 764.) adhuc dubius atque incertus esset, poëta Augustum eiusque domum adulans Germanos a Tiberio penitus devictos fingit habitumque ab eo hanc ob victoriam triumphum eleganti carmine describit. — Similis ficti triumphi de Parthis descriptio est Art. A. I, 213. Conf. Pont. II, 1, III, 4., Amor. I, 3.

Iam fera Caesaribus Germania, totus ut orbis,
Victa potest flexo succubuisse genu;
Altaque velantur fortasse Palatia sertis,
Turaque in igne sonant inficiuntque diem;

ELEGIA II.

1. *Caesaribus.* Caesares intelligendi Augustus et Tiberius: nam Tiberius ab Augusto (a. DCCLVI.) *et filius et collega imperii et consors tribuniciae potestatis* assumtus erat, ut tradit Tacit. Ann. I. c. 3., ubi vid. interpp. Conf. Vellei. II. c. 121., Suet. Tib. c. 15. 16. 21., Dio LV. c. 13. Licet autem Tiberius bellum illud solus administraret, tamen res ab eo gestae simul Augusto tribuuntur, ut cuius auspiciis atque principatu illa omnia gerentur. Vid. not. ad II, 174. *Fera Germania* dicitur, quo victorem aduletur; et erant illi populi *aspectu truces et immani robore feroces*, ut tradit alius illius aetatis scriptor. Eodem modo Hor. Epod. XVI, 7. *fera Germania.* Conf. Pont. II, 8, 39. Vid. etiam. III, 13, 47.

2. *Potest.* Heinsius primus ex Hamb., Serv. et II aliis dedit *potes.* Quod meo quidem sensu parum convenit loci naturae, certo reliquorum vett. libb. omnium auctoritati non praferendum est.

„Praeferrem cum Mor. et IV aliis *procubuisse* pro *succubuisse*, ut respiciat habitum, quo victi reges et gentes in numis flexo genu procumbunt. *Procumbere* de supplicibus, ut Pont. II, 2, 124., Met. I, 187. *Burm.*“ Scriptura *procubuisse* etiam propter illa: *totus ut orbis*, non ferenda: nam hoc dicere poëta nec potuit nec voluit, totum orbem *supplicem procubuisse.* Sin autem, retenta scriptura veterum libb. *succubuisse*, illa *flexo genu* translate accipimus pro *profligata, infractis viribus*, tota oratio venusta ac plana est.

3. *Velantur.* Heinsius hoc versu et v. 4. 6. 8. 12. 15. primus coniunctivum induxit (Vid. not. ad III, 3, 5.), qui quatenus a veteribus libris confirmetur, vide. V. 3. Pal. 1. et 2., VII alii Heins., Guelf. a 1. m.,

Candidaque adducta collum percussa securi 5
Victima purpureo sanguine tingit humum;

Crev. *velentur:* reliqui omnes cum vett. edd. *velantur,* nisi quod Pol. 1. et Voss. *vallantur.* V. 4. Pal. 1. et 2., Franc., Guelf. a 1. m., Berol. et Crev. coniunctivum, reliqui cum vett. edd. indicativum. V. 6. Pal. 2., Guelf., Franc. pro v. scr., Vat. 1., Crev. coniunct., reliqui cum vett. edd. indic. V. 8. Hamb., unus Ital. et Franc. pro v. scr. coniunctivum. V. 12. Guelf., Reg., Franc., IX alii Heins. et eiusdem ed. pr. coniunctivum; reliqui omnes indic. V. 15. Guelf. a 1. m., Pal. 2., Pol. 1., Vat. 1., Serv., II alii Heins. et Franc. pro v. scr. coniunctivum; reliqui omnes indic. Apparet igitur, ne unum quidem vetustum librum ex omnibus in illis versibus constanter coniunctivum tueri, nec in uno quidem loco eum modum aut meliorum aut maioris numeri consensu confirmari. Itaque indicativum revocavi, qui modus, si inter *fortasse* cum indic. et coniunct. illud discrimen, quod vulgo statuunt, obtinet, ut prior rem certius enuntiet, etiam sententiae bonitate est praeferendus. Quod autem Iahn pro coniunctivo attulit, respondere eum illi *potest* versu 2., errat vir doctissimus; quum pro illo *potest* in his versibus sit adverbium *fortasse. Fortasse* autem cum indic. est Trist. III, 3, 26., V, 10, 40., Amor. I, 6, 45., III, 7, 36., III, 6, 100., Her. II, 103., Tib. I, 10, 14. 19. 57.

Mos ille domos, vias, templa sertis, coronis, fronde ac floribus ornandi passim tangitur a Latinis scriptoribus. Vid. Met. IV, 760., Iuv. Sat. VI, 51., ibique interpp. Virg. A. II, 249.

Nos delubra deum miseri, quibus ultimus esset
Ille dies, festa velamus fronde per urbem.

Alta Palatia. Vid. ad I, 1, 69. *Velare* in hac re solemne ac fere proprium apud poëtas. Vid. not. ad V, 5, 10.

4. *Inficiuntque diem.* Pont. II, 1, 89.

Dum tibi gratatur populus totamque per urbem
Omnis odoratis ignibus ara calet.

Metam. XV, 733.

Tura super ripas, aris ex ordine factis,
Parte ab utraque sonant et odorant aëra fumis.

Heins.

Inficiunt fere est *fumo obfuscunt.* VIII Heinsii *turave.*

5. *Candidaque.* Candidae victimae in sacris, inprimis iis, quae Iovi offerrentur, deligebantur. Pont. IV, 9, 50., Amor. III, 13, 13., Virg. A. IX, 627. Conf. Fast. I, 84. — Fast. I, 720.

Albaque percussa victima fronte cadat.

Adducta, in altum sublata et reducta, quo gravior ictus. Semper in ore gerit hanc vocem. — Vat. 2. *candidave.*

6. *Tingit.* Pal. 2., Guelf., Pirckh., Franc. pro v. scr. *pulset.* Pal. 1., Pol. 1. et 2., Franc., Iun., Bersm. et vett. edd. *pulsat.* Vat. et Crev. *tingat.* Berol. *tinget.* Leid. *tinxit.* Reliqui *tingit,* quod verbum, ut notat Burmannus, melius convenit illi *sanguine,* quam *pulsat.* Fast. VI, 82.

Donaque amicorum templis promissa deorum
  Reddere victores Caesar uterque parant,
Et qui Caesareo iuvenes sub nomine crescunt,
  Perpetuo terras ut domus ista regat; 10
Cumque bonis nuribus pro sospite Livia nato
  Munera dat meritis, saepe datura, deis,
Et pariter matres et quae sine crimine castos
  Perpetua servant virginitate focos;
Plebs pia cumque pia laetatur plebe senatus, 15
  Parvaque cuius eram pars ego nuper, eques.

Cacus Aventinam sanguine tinxit humum.

Ib. v. 368.

Ipse suo melius sanguine tinxit humum.

Vid. not. ad Her. X, 106. et XX, 236. Conf. tamen Art. A. I, 82. et III, 726.

7. *Donaque,* sacrificia et si quid aliud in belli discrimine voverunt.

8. *Caesar uterque.* Totam h. l. nominat Augusti domum. Nam *Caesar uterque,* ut v. 1. *Caesares,* sunt Augustus ac Tiberius. *Iuvenes Caesareo sub nomine* sunt Germanicus Claud. Drusi filius a Tiberio adoptatus, et Drusus Tiberii ex Vipsania (Sueton. Tib. c. 15. 52., Tac. Annal. I. c. 3 et 12., III. c. 19.), qui et ipsi *Caesares* erant. Vid. II, 167. *Nurus* autem sunt duorum illorum iuvenum Caesarum uxores, Agrippina Iuliae et Agrippae filia, Germanici uxor (Tac. Annal. I. c. 33.), et Germanici soror, Livia, uxor Drusi iunioris, denique Livia, Augusti uxor, de qua dictum est ad I, 6, 25. *Nurus,* pronurus. V. 10. Pal. 1., Put., Pol. 1., Iun. *domus ista.* Seg. *regat illa domus.* Pal. 1. *regant.*

12. *Meritis,* ut infra v. 56. Conf. I, 10, 43. et Hor. Od. III, 14, 6. Quinam autem di intelligendi sint, patet ex hoc loco Eleg. ad Liviam, v. 21—24., ubi de eadem re poëta:

Solvere vota Iovi, fatorum ignara tuorum,
  Mater, et armiferae solvere vota deae,
Gradivumque patrem donis implere parabas,
  Et quoscunque coli iusque piumque deos.

13. *Et pariter matres,* sc. ob sospites maritos et filios. Hor. Od. III, 14, 5.

Unico gaudens mulier marito
Prodeat, iustis operata divis,
Et soror clari ducis, et decorae
  supplice vitta
Virginum matres iuvenumque nuper
Sospitum.

Et quae — focos, per periphrasin virgines Vestales, de quibus vid. not. ad III, 1, 29. et ad II, 311. Animadverte etiam copiam, *sine crimine, castos focos, perpetua virginitate.*

15. *Laetatur.* Vulg. *laetatur.* Duo *laetantur.* Scribe *laetentur.* Heins. De indicativo dictum est supra. Hoc loco corrigendus est

Nos procul expulsos communia gaudia fallunt,
Famaque tam longe non nisi parva venit.
Ergo omnis populus poterit spectare triumphos,
Cumque ducum titulis oppida capta leget; 20
Vinclaque captiva reges cervice gerentes
Ante coronatos ire videbit equos;

pluralis, quem Heinsius h. l., ut in simili oratione permultis aliis locis, sine omni caussa novavit. Vid. ad IV, 1, 55. — Mor. *laetaturque pia cum plebe.*

16. *Parvaque — eques.* De Nasonis nobilitate equestri vid. not. ad IV, 10, 8. De illis: *cuius ego parva pars eram,* conf. I, 1, 17., II, 58. 158., ac de positione illius *que* vid. ad V, 1, 78.

18. *Famaque—parva venit.* Male Heinsius corrigebat *tarda* vel *sera* vel *rara.* *Parva* fere est minor facta propter longinquitatem. Conf. omnino IV, 3, 19. seqq. Pont. IV, 16, 3.

Famaque post cineres maior venit.

Her. IX, 119.

Haec tamen audieram; licuit non credere famae,
Et venit ad sensus mollis ah aure dolor.

ubi vid. not. Conf. not. ad IV, 10, 118. — Exc. Voss. *non sibi.*

19. *Ergo.* Vid. ad III, 2, 1. Burmannus tacite dedit *poterit populus,* ut est in Iun.

20. Mss. Zinzerl. (Diatr. p. 190.) *oppida scripta.* Exc. Voss. et duo alli *moenia.* Iun. *triumphum.* Burm. Prop. III, 3, 15.

Inque sinu carae nixus spectare puellae
Incipiam, et titulis oppida capta legam.

Significat autem poëta simulacra captorum oppidorum, castellorum, al., quae in triumpho sive picta sive metallis, ebore aut ligno ficta adscriptis nominibus (hinc *legam*) ante triumphantem portabantur. Pleni sunt hac re, ut e vita Romanorum sumta, Latini scriptores. Tacit. Ann. II. c. 41. de triumpho Germanici Caesaris: *Germanicus Caesar triumphavit de Cheruscis, Chattisque et Angrivariis quaeque aliae nationes usque ad Albim colunt: vecta spolia, captivi, simulacra montium, fluminum, proeliorum.* Vid. ibi interpp. Quint. VI, c. 3. *Chrysippus, cum in triumpho Caesaris eburnea oppida essent translata, et post dies paucos Fabii Maximi lignea, thecas esse oppidorum Caesaris dixit.* Vid. Pont. II, 1, 37. seqq., III, 4, 105., Art. A. I, 215., Prop. III, 9, 53., Liv. XXXVII. c. 59., Tib. II, 5, 19. Ios. Flav. de bello Iud. VII. c. 5.

21. *Gerentes.* Franc. *sequentes.* Pal. 1. et 2. cum vett. edd. *ferentes,* ut Pont. II, 1, 43.

Totque tulisse duces (*narrasti*) captivis addita collis
Vincula, paene hostes quot satis esse fuit.

Captiva, adiectivo translato ad corporis partem, in qua ea conditio nunc maxime ostenditur, ut *captivis collis* Pont. l. l., *captivi lacerti* Met. XIII, 667., *capta brachia* Tib.

Et cernet vultus aliis pro tempore versos,
Terribiles aliis immemoresque sui.
Quorum pars causas et res et nomina quaeret; 25
Pars referet, quamvis noverit ipsa parum:

I, 7, 6. - Rem illustrat Cic. Verr. V. c. 30 et Lambin. ad Hor. Od. III, 5, 22. Prop. II, 1, 33.

Aut (canerem) regum auratis circumdata colla
Catenis —

Hor. Od. II, 12, 11.

— — — ductaque per vias
Regum colla minantium.

Ne vero quaeramus, quos reges intelligat poëta: nam sicuti totum triumphum, ita ad similitudinem aliorum triumphorum etiam reges captos et oppida aliaque confinxit. Conf. Pont. II, 1. Ordo autem triumphi erat talis. Aperiebat eum senatus, post senatum ibant duces ac principes victi catenati, sequebatur praeda et fercula cum simulacris illis, tum ipse triumphator, corona laurea ornatus, stans in aurato curru, qui quatuor equis albis una serie (vid. ad II, 178.) euntibus trahebatur. Pompam claudebant milites et populus, *io triumphe* clamantes. Vid. Liv. III. c. 29.

23. *Versos*, h. e. alios atque in prospera fortuna erant, q. e. mutatos, demissos, deiectos. Sic Senec. de Ira I. c. 1. *colorem* (irascentium) *versum*. Vid. Hor. Sat. II, 8, 35. et conf. Fast. III, 283. — Busl. *alio*.

24. *Terribiles*. Unus Heinsii et cod. Bersm. *terribilesque*. Leid. *alios*. Burm.

Sui, suae conditionis.

25. *Causas*. Mallem *casus*. (Ita Crev.) *Casus*, bellorum vicissitudines, proelia et omnino res in bello gestas. *Regum nomina*, quod est in Hamb., librarius, quod saepe fieri vidimus, transtulit ex Art. A. I, 219. Burm. *Causas* bene habet. Illud *quorum* vulgo referunt ad populum v. 19., ut relativum pluralis numeri referatur ad rem significatam, non ad verbum significans, de quo usu vid. not. ad IV, 10, 92. Ego malim referri ad captivos illos per triumphum ductos et simulacra, quae in praecedentibus significantur. Atque ita bene iuncta oratio est. — Busl. *curas*.

26. *Illa*. *Ipsa* rectius unus Medic. pro *illa*. Heins. Recte habet vulgata *illa: pars causas et res et nomina quaeret, pars ea* (sc. *nomina* etc.) *referet, quamvis parum noverit*. Simillimus est locus Art. A. I, 218., ubi similem triumphum fingens amatorem cum puellis spectantem lepide docet, quomodo tali occasione bene utatur:

Atque aliqua ex illis (*puellis*) cum regum nomina quaeret,
Quae loca, qui montes, quaeve ferantur aquae;
Omnia responde, nec tantum si qua rogabit;
Et quae nescieris, ut bene nota refer.

Neque illo loco dixit *nescieris ipse*. — Sequitur iam enumeratio ducum captorum, signorumque et tabularum, quae currum triumphalem praecedere fingit. Verum eleganti varietate orationis totum locum (27 —46.) ita tractavit, ut orationem

„Hic, qui Sidonio fulget sublimis in ostro,
„Dux fuerat belli; proximus ille duci.
„Hic, qui nunc in humo lumen miserabile figit,
„Non isto vultu, cum tulit arma, fuit. 30
„Ille ferox, oculis et adhuc hostilibus ardens
„Hortator pugnae consiliumque fuit.
„Perfidus hic nostros inclusit fraude locorum,
„Squalida demissis qui tegit ora comis.

imitetur alicuius e populo, digito quaeque monstrantis atque explicantis.

27. *Hic, qui.* Heinsius e corrupta Medon. scriptura *it qui,* h. e. sine omni auctoritate librorum primus scripsit *is qui,* quod etiamsi elegantius videatur propter ea, quae v. 29. sequuntur, tamen quum nullo libro confirmetur, retinere non licet.

Sidonio. Quamvis poëtae aetate purpura esset Tarentina (I, 1, 5.), tamen *Sidonia* sive Phoenicia (nam Sidon erat maxima ac vetustissima urbs Phoeniciae cum optimo portu. Strabo XVI. p. 520.) erat multo pretiosior, de qua vid. Plin. N. H. IX. c. 36. et 39. et Lucan. III, 217. *Ostrum,* liquor ostrearum, unde purpureus color fit. De more autem captos hostium duces in triumpho ducendi et fato eorum Cic. Verr. V. c. 30. *At etiam qui triumphant eoque diutius vivos hostium duces servant, ut his per triumphum ductis pulcherrimum spectaculum fructumque victoriae populus Rom. percipere possit: tamen quum de foro in capitolium currum flectere incipiunt, illos duci in carcerem iubent, idemque dies et victoribus imperii et victis finem vitae facit.* Bern. *hic homo Sidonio.* — V. 28. Serv. *fuerit.* Conf. IV, 4, 24.

29. *Figit.* Ita Pal. 1., Put., IX alii Heins., Bern. et Rel. — Seg. *ponit,* pro v. scr. *fixit* et *flexit.* Reliqui *fixit.* — Duo Heins. *in humum.* Dicitur *figere in terram, in terra* vel *humo, terra* vel *humo* et *humi.* Vid. ad Her. XXI, 242.

30. Vett. edd. praeter Bonon. *non tristi vultu.* Bern. *non illo vultu.*

31. *Ille ferox.* Etiam Hor. Od. IV, 2, 24. *feroces in triumpho Sygambros.* — Multi Heins., Guelf., Berol., Seg. et Crev. *et adhuc oculis.*

32. *Fuit.* Pirckh., Franc. et vett. edd. *dedit.* Put. *fugit.* Pal. *consiliique fuit. Consilium* h. l. est abstractum quod dicunt pro concreto. Her. XVII, 268.

Quae mihi sunt comites consiliumque duae.

Conf. Her. I, 104.

33. *Inclusit.* Pal. 2., Bersm. et II alii Heins. cum vett. edd. *illusit.* Mor., V alii Heins. et Crev. *conclusit.* Praeclare significat Arminium Sigimeri filium, nobilem illum Germanorum ducem vindicemque Germanae libertatis, et cladem Varianam. Nam Varus, quum

„Illo, qui sequitur, dicunt mactata ministro 35
„Saepe recusanti corpora capta deo.
„Hic lacus, hi montes, haec tot castella, tot amnes
„Plena ferae caedis, plena cruoris erant.
„Drusus in his meruit quondam cognomina terris,
„Quae bona progenies, digna parente, fuit. 40

cum legionibus suis ad Rhenum inferiorem castra haberet, a Germanis per fraudem in regiones circa Amisiam fluvium illectus et auctore et duce Arminio in *silva Teutoburgensi, sueta Germanis, Romanis incognita et iniqua, cum toto exercitu caesus est.* Tac. Annal. I. c. 61. Vid. Strab. VII. p. 201., Suet. Tib. c. 17., Vellei. II. c. 118.

34. *Demissis.* Vat. 1., Franc., Leid., III alii et prima ed. *promismis,* quod verum est. Sic de Gallis Liv. XXXVIII. c. 17. *procera corpora, promissae et rutilatae comae.* Vid. Liv. VI. c. 16. Festus: *promissus capillus dicitur longus, velut porro missus.* Heins. Guelf., Put. et vett. edd. praeter Bonon. *prolixis.* Unus Heins. *permixtis.* Alius *diffusis.* Serv. *praemissis.* III Heins. *dimissis.* Seg. a 1. m. *commissis.* Pal. 1., exc. Voss. Gall., Mor., Bersm., Busl., Pirckh., XII alii Heins., Bern., Seg. pro v. scr., Berol., Dresd., Crev., Rel. *demissis,* quod et maiorem habet auctoritatem codicum et aptius est sententiae; nam *promissa* etiam in nodum vincta esse poterat, hoc autem loco agitur de specie tristis ac lugentis. Conf. I, 3, 90. — De Germanorum *coma* vid. etiam Tac. Germ. c. 38. ibique interpp. — Bern. *aspera.*

35. Pal. 1. *illo quo.* Franc., Leid. et VI alii Heins., Seg. et Dresd. pro v. scr. *magistro.*

Mactata. Germani post Varianam cladem multos Romanorum captivos diis mactasse ferebantur. Quod poëta arripit, eumque, qui ducem sequitur, fingit sacerdotem. Huc pertinent, quae de eadem clade tradit Tac. Annal. I. c. 61. *Lucis propinquis arae, apud quas tribunos ac primorum ordinum centuriones mactaverant.* Conf. Germ. c. 9. Ceterum Strab. VII. p. 202. de Germanici triumpho narrat: ἐπόμπευσε δὲ καὶ Λίβυς τῶν Χάττων ἱερεύς.

36. *Recusanti,* quippe abhorrenti a tam foedis sacrificiis. Conf. IV, 4, 81. Ab hominibus per triumphum ductis transit ad describenda fercula.

37. *Hi lacus.* Busl., VII alii Heinsii, Rel. et Bern. *hic locus.* Bern. etiam *et tot.* Pal. 1. *hic tot.* Conf. Art. A. I, 218., quem locum supra attuli ad v. 26. — V. 39. Seg. et alius Heins. et Rel. *quond. mer.*

40. *Quae — fuit.* Pal. 1. et III *qui.* Serv. et II *quo,* etiam Reg. pro v. scr. Scribe *quae — tulit,* sc. cognomina, ut ad nomen Germanici respiciat, qui Drusi filius. Heins. Nam Cl. Nero Drusus, Liviae e priore marito, Tiberio Nerone, filius, Tiberii Caesaris frater

„Cornibus hic fractis viridi male tectus ab ulva,
„Decolor ipse suo sanguine, Rhenus erat.

fuit, cui IV expeditionibus ab an. 742—45. (hinc *olim*) in Germania factis rebusque praeclare gestis a senatu Germanici nomen decretum est. Vellei. II. c. 97., Hor. Od. IV, 14., Suet. Claud. c. 1., Dio XV. Quod cognomen postea gessit filius eius, Germanicus Caesar, a Tiberio adoptatus. Tacit. Ann. I. c. 3. 33. Vellei. II. c. 97. Flor. IV. c. 12. Fast. I, 597. Atque ea pertinent ad coniecturam ab Heinsio primum receptam *tulit*. — Verum cur scripturam incertissimam et obscuram certae ac planae vulgatae et omnium vett. libb. praeferamus? Restituendum *fuit*, ac totus versus capiendus de Druso patre sive fratre Tiberii, non de filio eius Germanico. Ac sic quoque sententiam, quod poëta spectat, domui Augustae blandiri, non est, quod explicetur.

41. *Cornibus hic fractis.* Usitatum veteribus, fluviorum dis sive imaginibus taurina capita aut cornua tribuere. Vid. Sitzman. ad Rutil. Itiner. I, 179. Hor. Od. IV, 14, 25. *tauriformis Aufidus*, Virg. A. VIII, 77., ubi vid. Serv., Aen. VIII, 727. *bicorniger Rhenus*, Fast. III, 647. *corniger Numicius*, al. Ac nota est Fabula Acheloi. Alii ortum usum esse a mugitu sive murmure aquarum, in quam sententiam Schol. ad Eurip. Orest. v. 1378. ὅτι παραπλησία τῷ μυκήματι τῶν ταύρων ἡ ἀπήχησις τοῦ ὕδατος ποιεῖ ἐν τοῖς σφοδρῶς ῥέουσι ποταμοῖς. Conf. Hom. Il. XX, 237. et Hesiod. Scut. v. 104. Tum cornua sunt symbolum copiae et roboris et potentiae. Vid. Winkelm. Opp. Vol. II. p. 547., Mitscherl. ad Hor. Od. II, 19, 30. Fracta igitur cornua significant fractam fluvii sive accolarum potentiam. Porro ulva et arundine di fluviorum coronati finguntur. Vid. Met. IX, 3., Virg. A. VIII, 33., ubi vid. Serv. Conf. Rheni descript. apud Claudian. Consol. Olybr. v. 214. seqq. *Ab ulva male tectus* igitur est tegumento suo et ornamento orbatus. Novum igitur signum fractae potentiae. — Mor. et Rich. *infractis*. Bern. *tectus in herba*. Reg. *in ulva*. Berol. *ab ulmo*.

42. *Rhenus erat.* Vulg. *erat*. Pol. 1., Busl. et alius *erit*. Heins. Ac perelegans est h. l. futuri usus: quasi, qui loquitur, ipse non satis intelligat. Similiter Germani dicimus *diess wird wohl der Rhein seyn*. Ne vero cum Iahno dubites, an, ubi suspicamur, futurum, non addito *forsan, haud dubie*, dicatur, conf. V, 5, 3. Art. A. I, 223.

Hic est Euphrates, praecinctus arundine frontem;
Cui coma dependet caerula, Tigris erit.

ubi nulla est scripturae varietas. Sed tamen vera videtur scriptura codicum *erat: hic, qui modo praeteriit, Rhenus erat*. Reg. *ille suo*. Pro *decolor* Gott. et unus Medic. male *discolor*. *Decolor sanguine* est sanguine infectus, inquinatus. Hor. Od. II, 1, 34.

— — — quod mare Dauniae
Non decoloravere caedes?

Eleg. in mortem Drusi v. 385.

Rhenus et Alpinae valles, et sanguine nigro
Decolor infecta testis Itargus aqua.

„Crinibus en etiam fertur Germania passis,
„Et ducis invicti sub pede moesta sedet;
„Collaque Romanae praebens animosa securi 45
„Vincula fert illa, qua tulit arma, manu.“ —
Hos super in curru, Caesar, victore veheris
Purpureus populi rite per ora tui;
Quaque ibis, manibus circumplaudere tuorum,
Undique iactato flore tegente vias. 50

Stat. Theb. XII, 410. de Ismeno:

Qui turbatus, adhuc et sanguine decolor ibat.

Conf. V, 3, 24. De toto loco cf. Pont. III, 4, 107. 108. et II, 8, 40. De *Rheno*, fluvio Germaniae, vid. Tacit. Germ. c. 1., Annal. II. c. 6., Plin. N. H. IV. c. 29. et Ptol. II. c. 9.

43. *Germania.* Ipsius Germaniae simulacrum agmen apte claudit. Nota etiam vividam Germaniae victae imaginem, non descriptam sed pictam. Conf. Fast. IV, 857., Pont. II, 2, 79. — Pal. 1. et XXIV alii Heins., Bern., Berol., Rel., Seg. pro v. scr. *sparsis.* Vid. not. ad I, 1, 12. Fast. I, 645.

— — — — — passos Germania crines
Porrigit auspiciis, dux venerande, tuis.

Rel. a 1. m. *etiam frustra Germ.*

44. *Moesta sedet.* Gall., Mor., Busl. et III *iacet.* Sed etiam in nummis gentes victae et captae habitu sedentium conspiciuntur, ut in Domitiani, ubi Germania et Sarmatia victae videntur, et Iudaea in nummis Titi. *Burm.* Verum in iis non *sub pedibus sedent.* Sed tamen sequor veteres libros.

47. *Hos super. Hos* constructione et genere refertur ad duas illas personas Rhenum et Germaniam, genus sequens potius; quanquam vere ad omnia illa refertur, quae a v. 27. sunt enumerata. *Super,* recte; stabat enim victor in curru eburneo (Pont. III, 4, 36.), purpurea toga indutus, sceptrum sive scipionem eburneum manu tenens, coronaque laurea caput cinctus. Pont. II, 2, 81.

Ipse super currum placido spectabilis ore
Tempora Phoebea virgine nexa tulit.

Vid. Liv. XXX. c. 15., XX. c. 7., Rubens de Re Vest. I. c. 21.

48. *Rite,* recepto more. Reg. pro v. scr. *veste per ora.* Put. et III alii Heinsiani *traheris.*

49. *Quaque ibis.* Sic enim erat antiquo more institutum, ut satis magna urbis parte conspiceretur et pompa sese extendere ante spectantium multitudinem posset. Nam a porta sese movens per viam sacram (III, 1, 28.) super forum ibat in Capitolium (Schol. Porphyr. ad Hor. Od. IV, 2, 35. Conf. Cic. Verr. V. c. 30., Tacit. Hist. III. c. 71.), ubi taurum Iovi, lauream coronam suam, et siquid in bello vovisset, victor donabat. Hor. Epod. 9., Tibull II, 5., Ios. Bell. Iud. VII. c. 18.

Tempora Phoebea lauro cingentur, „ioque“
Miles „io“ magna voce „triumphe“ canet.
Ipse sono plausuque simul fremituque canentum
Quadriiugos cernes saepe resistere equos.
Inde petes arcem et delubra faventia votis, 55
Et dabitur merito laurea vota Iovi.

50. *Flore.* Morem illum vias, per quas triumphus incederet, floribus sternendi tangit etiam aliis locis. Pont. II, 1, 35.

Quaque ierit, felix adiectum plausibus omen,
Saxaque roratis erubuisse rosis.

Vid. Amor. I, 2, 39., III, 13, 11.

51. *Cingentur.* Heinsius dedit *cingetur* ex Arondeliano; non male, quum in vulgata scriptura *cingentur* non satis perspicuum sit, qui *tempora cingantur:* unde nata varietas codicis Berol. *templaque. Cingetur* autem perspicuum est; nam nonnisi *miles cingetur* intelligi potest. Sed tamen scripturam omnium vett. libb. mutare non audeo. Fest.: *Laureati milites, ut quasi purgati a caede humana intrarent Urbem. Itaque eandem laurum omnibus suffitionibus adhiberi solitum erat.* Tib. II, 5, 117.

— — — — — lauro devinctus agresti
Miles, io, magna voce, triumphe, canet.

Conf. Amor. I, 2, 34. *Phoebea,* Phoebo sacra, quippe propter eius amorem nata. Nam cum Daphne virgo ab illo deo amaretur, sed instantis amorem fugeret, in laurum mutata et Apollinis arbor facta est. Met. I, 450., ibique interpp. Hyg. Fab. 203. — Pont. II, 2, 82. Naso ausus est *tempora Phoebea virgine nexa.*

Io triumphe erat in pompa clamantium formula, uti etiam locis Amor. et Tib. laudatis confirmatur. Vid. Hor. Od. IV, 2, 49. et Epod. IX, 21. — V. 52. Iun. *vulgus io.*

53. *Canentum.* Vett. edd. praeter Bonon. *canentis.* Maff., Vat. 1., Pol. 1., Pal. 2., IV alii Heins. et eiusdem ed. pr., Guelf. et Rel. *canentum.* II Heins. *canentes.* Dresd. et Rel. pro v. scr. *paventes.* Reliqui Heins., Busl., Bern., Berol., Seg., Crev. *calentes,* quod etsi vulgaribus librariorum commentis parum simile videtur, tamen non sum ausus cum Merkelio recipere. *Fremitus* de ingenti multitudine canentium aut *io triumphe* clamantium recte dicitur, uti de laetis sonis saepe reperitur. Vid. Forcell.

54. *Quadriiugos.* Pal. 2., Franc., Bersm., III alii Heins. et eiusdem ed. pr. et reliquae vett. edd., Bern., Dresd. a 1. m., Berol. *quadriiuges.* Reliqui, plurimi et optimi, codd. *quadriiugos.* Virgilius tamen Aen. X, 571.

Quadriiuges in equos adversaque pectora tendit.

Ad sententiam, Prop. III, 3, 12.

Ante meos obitus sit, precor, illa dies,
Qua videam, spoliis onerato Caesaris axe,
Ad vulgi plausus saepe resistere equos.

55. *Arcem et delubra.* Tolle illud *et* cum ed. pr. et VI libris.

Haec ego submotus, qua possum, mente videbo:
Erepti nobis ius habet illa loci.
Illa per immensas spatiatur libera terras,
In coelum celeri pervenit illa via; 60
Illa meos oculos mediam deducit in Urbem,
Immunes tanti nec sinit esse boni.

Heins. Omnino cum reliquis codd. omnibus et vett. edd. restituendum *arcem et del.* Arx h. l. totum clivum significat ut saepe (Vid. ad I, 1, 72.), alterum Iovis templum; atque ita etiam copiosior oratio, et solemnis est illa Nasoni ratio loquendi, ut *que* et *et* cum vi explicandi ponantur. Met. III, 204. *domum et regalia tecta.*, IV, 757. *Andromedan et praemia tanti facti.*, XV, 148. *iuvat terris et inerti sede relicta nube vehi.*, VI, 150. *Maeoniam Sipylumque.* Conf. Trist. IV, 3, 23. et vid. Beier. ad Cic. Off. II. c. 20., Hor. Epist. II, 1, 37. 243. et Kritz. ad Sallust. Cat. IV. 2. — Rel. mendose *arces delubraque.* Pal. 1. *petunt.* Reg., Bern., exc. Voss., Serv., Iun. et Crev. *petent.* Berol. *petet.* Seg. *ipse petes*, e v. 54.

56. *Laurea vota.* Pol. 1. et 2., Pal. 2., Bersm., V alii Heins. et Berol. *vitta.* Vat. 1. *laur. iuncta.* Iun. et Put. *laurea serta*, ex II, 172. Franc. *laur. teucra.* Pirckh. *laur. nota.* Alii *victa, multa, mota.* De laurea corona triumphantis supra ad v. 12. dictum est. Conf. not. ad III, 1, 41. Sed praeter coronam a triumphante Iovi immolabatur *candidus bos.* Vid. ad III, 13, 46.

57. *Qua* (sc. una) *possum mente.* Vid. ad I, 7, 8. et ad III, 3, 57. — Ed. pr. Heins. *hic.* Serv. *his.*

60. *Via.* Leid., Pal. 2. (?) et vett. edd. (praeter Bonon.) *fuga*, q. e. pro celeri itinere, ut passim. Vid. Gron. ad Senec. Thyest. v. 629., Serv. ad Virg. Georg. I, 286. *Burm.* Vid. etiam Forcell. in v. — Sed ea repetitio, etsi v. 63. illud *invenietque viam* sanum esset, in tam diversis praesertim sententiis non idonea foret caussa mutandi. Persaepe autem Burmannum expulsis huiusmodi verborum repetitionibus genuinam poëtae scripturam corrupisse, non semel notavimus ad Heroidas. Conf. not. ad Trist. I, 2, 15. Venit h. l. Homerici illius in mentem:

ὡς δ' ὅτ' ἂν αἴξῃ νόος ἀνέρος, ὅστ' ἐπὶ πολλὴν
γαῖαν ἐληλουθὼς φρεσὶ ποικαλίμῃσι νοήσῃ,
ἔνθ' εἴην, ἢ ἔνθα, μενοινήσειέ τε πολλά. κ. τ. ι.

61. *Deducit.* Franc. *deducetque.* Bern. *meos mediam visus.* Futurum, quod hoc v. et v. 62. dedit Merkel, aptum quidem foret, sed invitis omnibus codd. et vett. edd. novare non audeo; praesertim quum praesens per se non mendosum sit, et natura versus 63. graviorem post versum 62. interpunctionem postu-

Invenietque animus, qua currus spectet eburnos:
  Sic certe in patria per breve tempus ero.
Vera tamen capiet populus spectacula felix, 65
  Laetaque erit praesens cum duce turba suo.
At mihi fingenti tantum longeque remoto
  Auribus hic fructus percipiendus erit;
Atque, procul Latio diversum missus in orbem,
  Qui narret cupido, vix erit, ista mihi. 70
Is quoque iam serum referet veteremque triumphum;
  Quo tamen audiero tempore, laetus ero.
Illa dies veniet, mea qua lugubria ponam,
  Causaque privata publica maior erit.

let. — Dresd. *non sinit.* Pal. 1. *sinit illa boni.*

63. *Invenietque animus.* Put., Leid., Pirckh., Hamb. et alius Heins. *invenitque.* Richel. *inveniatque.* Mor., unus Medic. et alius Heins. *invenietque viam.* Rott. *invenietque arcem* et Guelf. *artem.* Apparet, quae nunc pro vulgata est, scripturam *inv. viam* prope nullam habere auctoritatem vetustatis.

Currus eburni sunt *triumphales,* sit venia voci, ebore atque auro exornati. Hor. Epod. IX, 21. eosdem *aureos* vocat, et aliis in locis sunt *aurati.* Vid. Scheffer de re vehic. II. c. 13.

Eburnos pro *eburneos* apud poëtas saepius. Pont. III, 4, 45. Eodem modo Her. XI, 76. *fraxinus* pro *fraxineus,* alibi *aënus* vel *ahenus* pro *aëneus.* — Bern. *currus quos.* Seg. *quos currus.* Mor. *currus qua.* Idem Mor. v. 65. *spectac. praesens* et v. 66. *felix.* Iun., II alii Heins. et Bern. *populus capiet.*

67. *Fingenti.* Pol. 1., Pal. 2., III alii Heins. et Guelf. *fingendo.* Gall. *fingetur.* Pal. 2. et Guelf. *remotis.* V. 68. Vat. 1., Pol. 1., Leid., II alii Heins. et Guelf. *perspiciendus.* Vett. edd. *praecip.* Guelf. *fluctus.*

68. „*Auribus* (tantum) *hic fructus mihi percipiendus: ac vix* (aliquis) *erit, qui e Latio missus* (στελεὶς h. e. profectus) *in orbem diversum* (I, 3, 19.), huc in Scythiam, etc.“ Conf. III, 13, 37. — V. 69. Mor., Serv., IV alii Heins. et ed. Bonon. *utque.* Barb. *atque aliquis.* Crev. *ac procul—diversus. Diversus* etiam pro v. scr. Berol. V. 71. Pal. 1., exc. Voss. et Reg. *tam serum.* V. 72. Pol., 1. et III alii Heins. *audito.*

73. *Veniet.* Scribe *veniat* (ita Berol.), ut III, 5, 55. et Pont. I, 4, 57. Heins. Quod illis locis poëta optat, nihil refert ad huius loci scripturam. Vulgatam *veniet,* quae est oratio affirmantis, tuentur et librorum veterum consensus et bonitas sententiae. Vid. ad III, 3, 5.

Lugubria, vestimenta lugubria. Met. XI, 669.

ELEGIA III.

Ursas, sidera, precatus, ut sibi, an uxor sui adhuc memor esset, referrent, sese quasi corrigens indesinenter ab ea se amari dicit, conversaque ad ipsam oratione hortatur, ut mariti caussa lugeat antiquumque amorem ac pietatem servet, neu erubescat quod coniugem habeat infelicem, sed egregiae inde uxoris famam petat.

Magna minorque ferae, quarum regis altera Graias,
Altera Sidonias, utraque sicca, rates,
Omnia cum summo positae videatis in axe,
Et maris occiduas non subeatis aquas,
Aetheriamque suis cingens amplexibus arcem 5
Vester ab intacta circulus exstet humo:

Surge, age, da lacrimas lugubriaque indue,
Prop. IV, 11, 97.

— — — nunquam mater lugubria sumsi.

Ed. Bonon. *dies aderit mea.* Pal. 1. *mea quo.*

ELEGIA III.

1. *Regis.* Iun., Leid., VI alii Heins., Rel. et Crev. *regit.* Male. Vid. ad I, 7, 1.

Magna fera est *Arctos* (I, 3, 48.) sive Ursa maior, quae etiam simpliciter *Ursa* (I, 4, 1.) et *plaustrum* (Hom. Il. XVIII, 487., interpp. ad Fast. II, 153.) et Helice et *Arctophylax* i. e. custos Ursae (minoris) appellatur. Nam *fera minor* est Ursa minor, quod sidus etiam *Cynosura* nomen habet. Hyg. Astron. II. c. 3., Fast. II, 153. De fabula, vid. ad I, 4, 1.

Quarum regis altera Graias. Hyg. Astron. II. c. 3. *Omnes, qui Peloponnesum incolunt, priore utuntur Arcto, Phoenices autem, quam a suo inventore* (Thalete) *acceperunt, observant Cynosuram, etc.* Fast. III, 107.

Esse duas Arctos, quarum Cynosura petatur
Sidoniis, Helicen Graia carina notet.

Vide, unde Naso haec sumsit, Arati Phaen. v. 26. seqq. et conf. Scheffer. de Milit. nav. vet. LIV. c. 6. Utrumque sidus iis, qui a 36. gradu latit. bor. habitant, non occidit, vel, ut poëtae dicunt, in oceanum non descendit. Vid. I, 3, 48. Hom. Il. XVIII, 489.

οἴη δ' αμμορός ἐστι λοετρῶν Ὠκεάνοιο.

Eadem de caussa *siccum, aquam non subire* et ut h. l. *summo positum arce* dicitur. Vid. I, 3, 47., III, 10, 3., Met. II, 409., XIII, 293., Fast. IV, 577. Virg. Georg. I, 246. *metuentes aequore tingi,* Ibique Serv. De *Sidon.* vid. ad IV, 2, 27. V. 3. Pal. 1. *in arce.* Bern. *posito.*

5. *Aetkeriam.* Codd. (?) praeter

Adspicite illa, precor, quae non bene moenia quondam
Dicitur Iliades transsiluisse Remus,
Inque meam nitidos dominam convertite vultus,
Sitque memor nostri necne, referte mihi. 10
Hei mihi, cur, nimium quae sunt manifesta, requiro?
Cur labat ambiguo spes mea mixta metu?
Crede quod est et vis, ac desine tuta vereri,
Deque fide certa sit tibi certa fides;

Bern. et Guelf. *aetheream*, atque eam formam vett. edd. constanter: codices vero in aliis locis non item. Quidam Heins. *aethereum axem* vel *orbem*. Medon. *arcton*. Construe: *et cum circulus* (ambitus vester), *amplexibus suis aetheriam arcem cingens, exstet humo* q. e. terra vel super terra. Conf. not. ad I, 1, 69. — Seg. *complexibus*. Berol. *erret*. Busl. *exit*.

7. *Transsiluisse*. Ita plurimi et meliores. Heins. vett. edd. et alii codd., etiam Dresd. *transiliisse*. Heins. ed. pr. *aspice et illa*.

Non bene, male, damno suo. Remum a Romulo, propterea quod fratrem illudens novos urbis muros transsiluisset, esse occisum, passim memorant scriptores. Liv. I. c. 7., Flor. I. c. 1., Plut. Rom. c. 9., Dion. Hal. I. c. 8. — Fast. III, 69.

Moenia conduntur, quae, quamvis parva fuerunt,
Non tamen expediit transsiluisse Remo.

Conf. Fast. IV, 839. seqq.

Iliades, Iliae filius. Vid. ad II, 260. — V. 9. Bern. *nitidam*. Put. *dominam nitidos*.

10. *Sitque*. Vid. ad V, 1, 78. — Seg. et Bern. *neve referte*.

11. *Cur nimium*. Ita III Heins., Mor. pro v. scr., vett. edd., praeter Bonon., et Guelf. sub rasura. — Pal. 1., Franc., plurimi alii Heins., Rel., Crev. et Bern. *cur timui*. Dresd. et Seg. *quid timui*. Pal. 2. et Vat. 1. *cur timeam*. Busl., Mor. *cur timeo*. Leid. *cur timidus*. Berol. *cur tamen quae*.

12. *Spes mea*. Pal. 1., Mor. et II alii *spes mihi*, quod praestat. Heins. Immo peius est; atque si vere praestaret, num invitis reliquis tot codd. et vett. edd. mutare liceret? Pirckh. *spes bona*. Put. et III alii Heins. *spes mea victa*. Rel. pro v. scr. *exiguo*.

13. *Quod est et vis*. Pal. 1., Franc., Gall., Pirckh. et Seg. *quod vis*, quod, ut insolentiora et affectus ubique cupide arripiens, primum recepit Heinsius. Reliqui codd. et vett. edd. *et vis*, nisi quod Guelf. *et quivis ac des.*, Rel. *ac vis sed desine*. Pirckh. et Crev. *et desine*. Vide, quae notavimus ad IV, 10, 119.

14. Ludit in *certa fide*, duplici ea utens sensu; nam priori loco est fidelis et in fide constantis, altero persuasi et non dubitantis. Vid. ad V, 5, 33. Iun. *tuta fides*.

Quodque polo fixae nequeunt tibi dicere flammae, 15
Non mentitura tu tibi voce refer:
Esse tui memorem, de qua tibi maxima cura est,
Quodque potest, secum nomen habere tuum.
Vultibus illa tuis tanquam praesentibus haeret,
Teque remota procul, si modo vivit, amat. — 20
Ecquid, ubi incubuit iusto mens aegra dolori,
Lenis ab admonito pectore somnus abit;
Tunc subeunt curae, dum te lectusque locusque
Tangit, et oblitam non sinit esse mei;

15. Voss. *positae*, quod fluxit e Met. II, 173. Bern. *quaeque*. Rel. *mihi*. Pal. 1. *stellae*. V. 16. Mor. *nec*. Rel. a 1. m., Berol. et III Heinsiani *tu mihi*.

17. *De qua*. Put. *de quo*. Recte. Maxima sc. cura est, an tui memor sit. *Burm*. Prop. IV, 2, 41.

Nam quid ego adiiciam, de quo mihi maxima cura est,
Hortorum in manibus dona probata meis.

Sed elegantior est scriptura omnium reliquorum librorum *de qua;* et *de quo* si scribatur, desideratur accusativus, quem vocant, subiecti, qui nunc latet in relativo *qua*. Leid. v. 15. et 16. post 17. et 18. ponit.

18. „*Et quod* (unum) *potest nomen . . .*" Conf. IV, 2, 57., III, 4, 45. et not. ad I, 7, 8. Busl. *quamque*.

19. *Praesentibus haeret*. Leid., V alii Heins., Mor. pro v. scr., glossa Pirckh., Dresd. pro v. scr. *praesentis inhaeret*, quod, cum *haerere alicui* passim apud Nasonem reperiatur, non intelligo, cur bonae veterum edd. et optimorum codd. omnium scripturae anteposuerint. — Mor. pro v. scr. *tui*.

21. *Ecquid ubi*. Gall., Busl., VI alii (Bern. et Rel.) et vett. edd. *ecquid ut;* quomodo Naso saepissime. *Heins*. Sane, quomodo ab Heinsio apud Nasonem permultis locis temere novatum nunc legitur: nam codices et optimi et longe plurimi prope constanter *ecquid ubi*. Vid. not. ad Her. XV, 1., Trist. III, 3, 47. Conf. v. 55. — Iun., Seg. a 1. m. *incumbit*. Reg. *certo*. Bern. *multo*. Pirckh., II alii Heins. et ed. Bonon. *moesto*. Eodem modo Met. XV, 768. *iustis curis*. Ab hoc inde versu poëta, qui in praecedentibus secum locutus est, convertit orationem ad uxorem suam.

22. *Ab admonito*. Pal. 1. et II alii Heins. *ab attonito*. Busl. *ab admonitu*. Vat. 1., Pol. 1. et II alii Heins. *abest*.

23. *Tunc subeunt*. Ed. pr. Heins. *tum*. Bern. *tunc veniunt cum te curae lectusque*. *Cum* etiam Put. et V alii Heins. Art. A. III, 663.

Haec quoque, quae praebet lectumque locumque,

Met. XI, 472.

Et veniunt aestus, et nox immensa videtur, 25
Fessaque iactati corporis ossa dolent?
Non equidem dubito, quin haec et cetera fiant,
Detque tuus moesti signa doloris amor,
Nec cruciere minus, quam cum Thebana cruentum
Hectora Thessalico vidit ab axe rapi. 30

— — — renovat lectusque locusque.
Halcyones lacrimas.

Conf. Trist. IV, 2, 55.

25. *Et veniunt.* Unus Ital. *tunc veniunt.* Dresd. pro v. scr. *conveniunt.* Unus Medic. *num veniunt.* Pol. 1. *nec veniunt.* *Et* eleganter atque cum copia repetitur. Her. XII, 198.

Et nimium similes sunt tibi (*nati*), et imagine tangor,
Et quoties video, lumina nostra madent.

Conf. Her. XVII, 179—184.

Aestus. Cic. Verr. IV. *Quod ubi auditum est, aestuare illi, qui dederant pecuniam.* Barb. *questus.*

26. *Iactati.* II Heins. *versati,* quod fluxit ex Amor. I, 2, 3.

Et vacuus somno noctem, quam longa, peregi,
Lassaque versati corporis ossa dolent.

Scriptura *iactati* in valde dolente aptior est. Lucret. II, 35.

Textilibus si in picturis ostroque rubenti
Iactaris —

27. *Et cetera.* Reg. *maioraque.* *Burm.*

28. *Moesti.* Barb. pro v. scr. *casti* eleganter. Leid. *tacti.* *Heins.* *Moestus dolor* est dolor cum moerore vel non sine moerore. Eodem modo *iucunda voluptas* et similia, de quo usu dictum est supra.

29. *Cruciere.* Pal. 1., XIII alii Heins., Guelf., Busl., Berol., Seg., Bern., Rel. *cruciare.* Orta ea scriptura inde videtur, quod olim post *amor* gravius interpungebatur. Elegantior et concinnior est vulgata.

Cruentum. Pal. 1., Put., Pal. 2., pauci alii Heins. et Guelf. *peremptum.* Gall., Mor., Busl., XV alii Heins. et eiusdem ed. pr., Bern., nostri quinque et vett. edd. *cruentum,* quod etiam gravius est, et confirmatur aliis Nasonis locis. Eleg. in mort. Drusi v. 319.

Hoc fuit Andromache, cum vir, religatus ad axem,
Terruit admissos sanguinolentus equos.

Her. I, 36.

Hic lacer admissos terruit Hector equos.

Scriptura *peremptum* fluxisse videtur e III, 3, 67.

Thebana. Serv. et IV alii Heins. *Troiana.* *Thebana* est Andromache, Eëtionis Thebarum in Cilicia (Strab. XIII. p. 402.) regis filia, Hectoris uxor, cuius in maritum amor ac fides Homeri Iliade celebrata immortalitatique commendata est. Il. VI. XXII. XXIV. Conf. Virg. Aen. III, 301. ibique interpp. Nasonem saepius docte ita homines a patria designare supra notavimus ad I, 1, 47. Vid. V, 14. 39.

De saevitia illa Achillis in Hectoris occisi cadaver vid. ad III, 12,

Quid tamen ipse precer, dubito, nec dicere possum,
Affectum quem te mentis habere velim.
Tristis es: indignor, quod sim tibi causa doloris;
Non es: ut amisso coniuge digna fleas.
Tu vero tua damna dole, mitissima coniux, 35
Tempus et a nostris exige triste malis;
Fleque meos casus: est quaedam flere voluptas;
Expletur lacrimis egeriturque dolor.
Atque utinam lugenda tibi non vita, sed esset
Mors mea, morte fores sola relicta mea: 40

28. Nam *Thessalico* est Achillis; Phthia enim, Achillis patria, oppidum Thessaliae. Vid. ad III, 1. l. — V. 30. Pal. 2. *trahi.* Bern. *ab hoste rapi.*

33. *Tristis es,* conditionem continet, neque tamen subaudiendum aut mente addendum *si,* sed plane intelligendum, ut Germani dicimus: *du bist traurig, dann . . .;* quae oratio apud Nasonem centies et saepius reperitur, nec rara apud Horatium est, imprimis in Satyris, ut quae ad vulgarem orationem propius accedant. Interrogatio: *tristis es?* quam primus induxit Heinsius, parum elegans est. *Quod sum* Mor., Busl., V alii Heins., Bern. et Berol. Reliqui libri omnes *quod sim,* nisi quod Pal. 1. et II alii Heins. et pro var. scr. Dresd. *quia sum,* quod sine idonea caussa nuper dedit Merkel. Vid. v. 69. et Her. XX, 125.

34. *Fleas.* Ita priscae edd. et V scripti (etiam Bern.). Reliqui codd. *fores.* Unus *feres.* Heins. Ex illo *indignor* verbum *dignor* vel *cupio* supplendum, quae oratio non rara est. Vid. Zumpt. Gramm. Lat. §. 774. „*Cupio ut fleas, digna* (dignam te praebens) *amisso coniuge.*" Nam *fleas* legendum videtur, et non *fores,* ut concinna sit oratio, et tempus praesens praesenti respondeat. *Fleas* etiam gravius est. Interpunctio veterum edd.:

Non es, ut (*q. e.* non es, quae) amisso coniuge . . .

sententiam praebet minime ferendam; poscunt enim vv. 31. et 32., diversum animi statum, se. tristem et laetum, memorari. Prorsus mendosa est interpunctio Heinsii:

Non es? ut amisso coniuge digna fleas?

35. *Tua,* quae tibi evenerunt e marito exsule. Busl. *mea.* Exc. Voss. et Rel. pro var. scr. *moestissima.*

36. „*Et tempus a* (propter) *nostris malis triste exige,* q. e. age." Vid. ad IV, 10, 16. et conf. III, 3, 28.

38. *Expletur,* satiatur, lenitur. Amor. II, 6, 8.

Expleta est annis ista querela tuis.

Vid. Virg. Aen. VIII, 559. Tacit. Annal. III. c. 6. *et ex moerore so-*

Spiritus hic per te patrias exisset in auras,
  Sparsissent lacrimae pectora nostra piae;
Supremoque die notum spectantia coelum
  Texissent digiti lumina nostra tui;
Et cinis in tumulo positus iacuisset avito, 45
  Tactaque nascenti corpus haberet humus;
Denique ut et vixi sine crimine mortuus essem;
  Nec mea supplicio vita pudenda foret.

latium. Iuv. Sat. V, 159. *per lacrimas effundere bilem.*

Mor. et Berol. *exigiturque.* Rel. *egrediturque.* IV Heins. et Seg. *non vita tibi lugenda.* Busl. *mea— fores.*

41. *Spiritus.* Ab hoc versu incipit apodosis; nam versus 39. et 40. efficiunt protasin. Exempla vid. ad II, 561.

Serv. et Bern. *pro te.* Recte *per te;* nam supremum morientis spiritum unus e cognatis ore excipere solebat. Virg. Aen. IV, 684.

— — extremus si quis super halitus errat,
Ore legam.

Cic. Verr. V. c. 45. *ut extremum filiorum spiritum ore excipere liceret.* — Rich. *vacuas — in auras,* ex I, 5, 11. Crev. *ad auras.* Exc. Voss. et Serv. *in oras.*

42. *Corpora.* IV Heinsii, Bersm., Dresd. et Bonon. *pectora.* Non male. Sed tamen repugnantibus reliquis codd. et vett. edd. cum Heinsio recipere non audeo. *Corpora* et *pectora* in uno homine, vid. ad III, 1, 27. — Reg., Mor., Bern., ed. pr. Heins., Rel. a 1. m. et pro v. scr. Seg. *nostra tuae.* — Ad sententiam conf. III, 3, 41.

43. *Notum,* patrium. Rel. pro v. scr. *solitum,* e glossa.

44. Vid. not. ad III, 3, 44. Mor. et IV alii Heins. *clausissent,* e glossa.

45. *Cinis.* Conf. III, 3, 37. seqq. Pal. 1. *cum cinis.* Bern. *amico.*

46. *Tactaque nascenti. „Et humus eadem, quam nascens tetigi, corpus meum* (mortuum) *haberet.“* Locutio *nascentem tangere terram,* uti etiam *tollere* et *suscipere liberos* pro educare fluxit e moribus veterum Graecorum et Romanorum, in quorum potestate erat, infantes ex se natos educare, vel exponere vel occidere. Infans recens natus in terra ponebatur, invocata Ope, ut eum tueretur. E quo more intelligendus Suet. Oct. c. 5. *solum, quod primum D. Augustus attigisset,* ubi vid. interpp. Hinc etiam *cadere* pro nasci apud Stat. Silv. I, 2, 109. Vid. Lambin. ad Hor. Sat. II, 5, 46. Positum in terra infantem pater si educari vellet, tollebat, si nollet, relinquebat iacentem. Haec Ruhnk. ad Terent. Andr. I, 3, 14.

47. *Denique ut et vixi.* Reg., Serv., Franc., III alii Heins., Dresd. a 1. m., vett. edd. praeter Bonon. *Denique ut et vixi.* Leid. *denique ut vixi.* Crev. *denique et vixi.* Guelf. *deniqne ut evixi.* Put., Gall.

Me miserum, si tu, cum diceris exsulis uxor,
  Avertis vultus, et subit ora rubor! 50
Me miserum, si turpe putas mihi nupta videri;
  Me miserum, si te iam pudet esse meam!
Tempus ubi est illud, quo te iactare solebas
  Coniuge, nec nomen dissimulare viri?
Tempus ubi est, quo te (nisi non vis illa referri) 55
  Et dici (memini) iuvit et esse meam;

III alii Heins., *den. et ut v.*, quod recepit Heinsius. Vat. unus, Pal. 1., reliqui Heins., Rel., Bern., Berol., Dresd. pro v. scr. *den. dum vixi*, nisi quod Pirckh. *den. convixi*, et ed. Bonon. *cum vixi*. Scriptura multorum et bonorum codd. satis aptam habet sententiam: *denique*, (quo tempore) *dum vixi sine crimine*, sine criminatione ac damnatione, *mortuus essem*, *nec mea vita* (ulterior turpi) *supplicio* (criminatione et damnatione) *pudenda foret*. Quanquam in hac scriptura perfectum *vixi* habet in quo merito offendas. Altera scriptura *ut et vixi* plana est et simplicem habet sententiam; modo illud *sine crimine*, trahatur ad utrumque verbum et *sine criminatione* intelligatur.

Ad sententiam conf. III, 3, 35.

48. *Nec—foret.* Ita Pal. 1., exc. Voss., Busl., Iun., Reg. pro v. scr., Bersm., Bern., Dresd., Berol., Crev., Rel. et vett. edd. — Mor. et XV alii Heins. *nunc—foret.* Put., Gall., III alii Heins. *ne—foret.* Pal. 2. et reliqui (?) Heins., Dresd. pro v. scr., Seg. et Guelf. *nunc—suo est.* Utrumque et *nec* et *ne* ad sententiam rectum est, itaque sequenda est auctoritas plurimorum et optimorum librorum.

49. *Si tu.* Ita Pal. 1., XXIV alii Heins., Dresd., Berol. et Bern. Reliqui codd. et vett. edd. *tu si*, Gall. et Busl. *cum tu si.*

50. *Rubor.* Put., exc. Voss., Bersm., Busl. et V alii Heins., Bern., Rel., Crev. et pro v. scr. Seg. *pudor.* Pal. 2. *advertis.*

51. *Nupta videri*, ad modum Graecorum pro *te nuptam videri.* Eodem modo Lucan. IX, 1037.

— — — — — — — tutumque putavit,
Iam bonus esse socer.

Vid. ad II, 10. V. 52. Gall. et Mor. *iam te si.*

53. *Quo te—coniuge.* Scribe *me coni.* sic pro v. scr. Voss. (et Dresd. a 2. m.) Heins. Si legamus *me*, coniungi debet *me coniuge* et *te iactare*, quod quam durum sit, manifestum est; ac tunc satius foret cum Busl. (Rel.) et VI aliis legere: *quo te de me.* Antiquam ego scripturam retineo, quae rectam habet sententiam et ita saepe Naso et alii sunt locuti. Her. XII, 175., XXI, 62., Iust. XVIII. c. 7. et XXIV. c. 5., Virg. A. I, 140. Burm. Serv. *cum te.* — V. 54. Vett. edd. et Pal. 2. *dissimulare meum.*

55. *Nisi non vis.* Vat. 1. *quo non fugis illa referre.* Pol. 1. et

Utque probae dignum est, omni tibi dote placebam,
Addebat veris multa faventis amor;
Nec, quem praeferres (ita res tibi magna videbar),
Quemve tuum malles esse, vir alter erat? 60
Nunc quoque ne pudeat, quod sis mihi nupta; tu-usque
Non debet dolor hinc, debet abesse pudor.

2., (Guelf. sub rasura) *quo ni fugis illa referre.* Pal. 2. (Guelf. a 1. m.) *quo nisi fugis illa referre.* Medic. *nisi non fugis illa referre.* Alii aliter, sed longius a vestigiis verae scripturae, quae est *nisi si fugis illa referre. Nisi si* passim corruptum apud Nasonem. Vid. ad Her. IV, 111. et Trist. V, 9, 35. *Referre* pro meminisse. Vid. not. ad Her. V, 113. *Fugis referre* pro *metuis.* Vid. Her. IX, 75. *Heins.* Vett. edd. et omnes prope codd., etiam nostri, *nisi non vis illa referri,* nisi quod Busl. *si non vis ipsa referri.* Ac *referri* non mutandum, quod h. l. non est *recordari, meminisse,* sed *memorari,* ut Pont. III, 3, 73. *Nisi si* apud Heinsium fere ubique suspectum habeo, memor, quot locis has delicias suas ex arbitrio suo apud Nasonem induxerit. Vid. Her. IV, 111., Pont. III, 1, 21., Trist. V, 9, 35. Scriptura *nisi non vis* optimam etiam continet sententiam. Atque illud *fugis* quoque paucissimi exhibent codd. Itaque revocavi *nisi non vis i. referri.* Exc. Voss. *nisi non vis vera referre.* Bern. et Rel. pro v. scr. *nisi non vis vera fateri.* Put. et Mor. *ubi est illud, nisi non.* Patav. *ubi, quo te mihi non vis vera fateri.* Rel. a 1. m. *illa celare.*

57. *Probae* XVIII Heins., quos ille castigatiores dicit, in quibus Franc. et Pirckh. Accedunt Guelf. a 2. m. et nostri praeter Crev. Regit autem ea vox non secundum minus casum, quam sextum. Virg. Aen. XII, 649. ibique Serv., Sil. VIII, 383., Phaedr. IV, 20, 3., Nolten. Lex. antib. p. 1408., Vechner. Hellenol. I, 2, 18., Drackenb. ad Liv. IV. c. 37. — Pauci codd. Heins. et vett. edd. *proba.* Crev. *probi.* Bern. *mihi dote placebas.*

58. „Et (insuper) *amor tuus* (faventis. Vid. v. 19. et conf. not. ad III, 1, 67.) *multa addebat veris.*" Bern. *veri multa favoris.* — V. 59. Iun. et II alii Heins. *digna.* Rel. *sic res.* Bern. *videtur.*

60. *Quemve.* Franc., Put., XXI alii Heins., Guelf., Bern., Crev., Rel. et Busl. *quemque.* Sed scriptura *ve* praeter naturam sententiae confirmari videtur etiam repetitione illa relativi. — Iun., Leid. et alii Heins. *quodque.*

61. *Ne.* Mor., Bern. et Rel. *non.*

62. *Non debet.* Gall., Serv. et Bern. *non dolor hinc debet,* quod primus dedit Heinsius. Favet scripturae librorum etiam oppositio: *non debet, debet.* Iun. et Reg. *hic.*

Cum cecidit Capaneus subito temerarius ictu,
Non legis Evadnen erubuisse viro:
Nec, quia rex mundi compescuit ignibus ignes, 65
Ipse suis Phaëthon inficiandus erat:
Nec Semele Cadmo facta est aliena parenti,
Quod precibus periit ambitiosa suis:
Nec tibi, quod saevis ego sum Iovis ignibus ictus,
Purpureus molli fiat in ore rubor: 70

63. *Capaneus.* Vid. ad V, 3, 29.

64. *Non legis.* Heinsius ex ed. pr., Rott., Vat. 1., Serv. et alio primus dedit *num legis.* Sed restituendum est *non* et hoc loco, et multis aliis, ubi Heinsii audacia sine omni caussa mutavit. Vid. ad II, 106. *Non* hoc loco firmatur etiam v. 65. et 67.; et meo quidem sensu elegantius quoque est, quia *num* acerbius monet: quanquam de hoc genere fortasse erit, qui sentiat aliter. Codex Bern. loco huius versus habet:

Manſit fida suo tristis evantica viro.

Rel. utrumque versum habet et vulgatae et codicis Bern.; nisi quod *Evanne* q. e. *Evadne.* V. 65. Bern. et Busl. *non quia.*

66. *Ipse suis—erat.* Ita codd. et vett. edd., nisi quod unus Iun. *tuis—eras,* unde in textum a recentioribus editoribus receptum est; sine idonea caussa. Multi codd. *Phethon;* nimirum quia in codd. *ae* persaepe simplici *e* notatur. Guelf. etiam *eras.*

Phaëthon, Phoebi e Clymene, Meropis uxore, filius, cui cum ab Epapho obiectum esset, esse Meropis (III, 4, 30.), non Phoebi filium, a Phoebo in pignus, quod vere esset ab ipso prognatus, impetravit, ut in unum diem eius currum (sc. solarem) duceret. Sed aurigandi imperitus, quum equis a recte via evagantibus coelum ac terram incendiis implesset, a Iove fulminis ictu de curru excussus in Eridanum fluvium cecidit. Cuius mortem Heliades, sorores eius, lugentes in populos conversae sunt. Met. II., Hyg. F. 152. 154., Virg. Ecl. VI, 62. ibique interpp. et Aen. VI, 659. ibique Serv.

Suis, matri Clymenae et Soli sive Phoebo patri. Met. II, 34.

Progenies, Phaëthon, haud inficianda parenti.

67. *Semele Cadmo.* Vid. ad II, 401. V. 28. de syllaba *it* producta vide ad III, 15, 36.

69. *Iovis ignibus ictum se dicit,* ut I, 1, 72. et I, 4, 26., suam sortem fabulis illis aptans. Augustum Iovem appellat etiam V, 2, 46., I, 5, 78. et saepe. — Bern. et vett. edd. *quod—sim,* ut v. 61. — Dresd. *saevis perii Iovis.* Busl. *ustus.*

70. *Rubor.* Nonnulli Heins., Guelf., Crev. et vett. edd. *pudor.* Libris diiudicari debet, nam *purpureus pudor* pro *rubore* recte dicitur, uti *pallens metus,* et similia. At recte etiam *purpureus rubor.*

Sed magis in curam nostri consurge tuendi,
Exemplumque mihi coniugis esto bonae;
Materiamque tuis tristem virtutibus imple:
Ardua per praeceps gloria vadit iter.
Hectora quis nosset, si felix Troia fuisset? 75
Publica virtutis per mala facta via est.
Ars tua, Tiphy, iacet, si non sit in aequore fluctus;
Si valeant homines, ars tua, Phoebe, iacet.

71. *Curam nostri.* Gall., fortasse Bern., et vett. edd. praeter Bonon. *nostri curam.* Reliqui codd., etiam nostri omnes, ut dedimus. Serv. *cura nostri.* V. 72. Bern. *bonae—mihi.*

73. *Materiamque — tristem imple,* h. e. tristem conditionem defungere, metaphora sumta a vase. Eadem oratio exstat Her. VIII, 53. Conf. Virg. Aen. I, 716.

74. *Vadit.* Scribo *vadat* cum Iun. et ed. pr.; nisi *tendat* mavis: nam in tribus (Busl. et II aliis Heins., etiam Crev.) *tendit.* Heins. Habemus iterum coniunctivum Heinsianum. Vid. ad III, 3, 5. Rescripsi *vadit.* Nam sententia non imperat aut admonet, sed est generalis: *materiam tristem defungere:* (nam) *ardua gloria per praeceps iter vadere solet.* Aptius sic etiam sequitur: *Hectora* (sc. enim) *quis nosset.* Nec abhorret ea oratio a consuetudine Nasonis. Conf. Her. V, 144., IV, 34., XIV, 14. ibique not. — V. 75. Pal. 1., Put. et VIII fere alii Heins. *felix si.* Bern. et Seg. *maneret.*

76. *Virtutis. Virtuti* rectius legas cum uno Vat. Heins. Restituendum *virtutis.* „*Per mala publica* (patriae suae) *via laudis ac virtutis facta est,* viam sibi virtutis ac laudis aperuit.“ Conf. v. 81. De *facta via est* conf. I, 3, 83.

78. *Iacet.* Scribe *vacet* hoc versu, et sequenti versu cum Gott. et vett. edd. Vulg. *iacet. Vacet* est iners et otiosa sit, nil haheat, quod agat aut quo occupetur. Heins. Ego tamen contra codd. nil mutavi, cum eleganter *iacere* dicantur, quae negliguntur nec creduntur esse utilia aut necessaria. Senec. de Benef. VI. c. 38. *iacebit opera fabrilis.* Burm. Senec. ep. 9. *ut exerceat amicitiam, ne tanta virtus iaceat.* V. 78. *vacat.* Pal. 1., XV alii Heins. et Crev., quod nuper dedit Merkel. Sed repetitio verbi *iacet* praeter maiorem auctoritatem codicum etiam concinnitate confirmari videtur. Art. A. I, 191.

Auspiciis animisque patris, puer, arma movebis;
Et vinces animis auspiciisque patris.

Amor. I, 9, 1.

Militat omnis amans et habet sua castra Cupido;
Attice, crede mihi, militat omnis amans.

Fast. II, 235.

Una dies Fabios ad bellum miserat omnes;
Ad bellum missos perdidit una dies.

Remed. v. 385.

Quae latet inque bonis cessat non cognita rebus,
Apparet virtus arguiturque malis. 80
Dat tibi nostra locum tituli fortuna, caputque
Conspicuum pietas qua tua tollat, habet.
Utere temporibus, quorum nunc munere freta es,
Et patet in laudes area lata tuas.

Thais in arte mea, lascivia libera nostra est:
Nil mihi cum vitta; Thais in arte mea est.

Amor. III, 2, 27.

Invida vestis eras, quae tam bona crura tegebas;
Quoque magis spectes . . . invida vestis eras.

Vid. not. ad Her. V, 117.

Tiphys clarissimus fuit Argo navis gubernator. Apoll. Rhod. I, 105., Val. Flacc. I, 419., Voss. ad Virg. Georg. IV, 34., Art. A. I, 6., Pont. I, 4, 37.

Phoebe. Apollo artis medendi inventor. Vid. ad Trist. III, 3, 10. Leid. *ars tua victa.*

80. *Arguitur* bono sensu capiendum, et fere valet monstratur, ut saepe. Vid. Gier. ad Fast. II, 397.

81. *Tituli,* laudis adipiscendae. I, 11, 30. Bern. et Iun. *locum laudis.* Rich. *titulis.*

82. *Caputque.* „*Et habet tua pietas, qua . . :*“ Vid. ad V, 14, 24. Iun., VI alii Heins. et vett. edd. *quo tua.* Guelf. *tollit.*

83. *Freta es,* te sustines, confidis. — Iun. et Leid. *quorum non munere.* Gall. et II alii Heins. *quorum tu munere.* Rich. *quorum tibi copia nunc es.* Coniecerunt Heumann.: *quorum nunc munere fida es;* Schrader:

Utere muneribus, quorum tibi copia nunc est —

Struchmeyer:

Utere t., quorum uti munere sueta es.

Withof. *quorum nunc nunc munere tristi.* Burm.: *quorum non munere spreto.* Merkel: *nunc munere trita es.* Porro Heinsius v. 84. ex corrupta scriptura unius Vat. *en latet* dedit *en, patet,* quod nunc pro vulgata est. Mihi scriptura omnium librorum recta esse videtur, aptamque habere sententiam, modo *temporibus* intelligas duplici accipi posse potestate, et proprie et pro rerum conditione: *Utere* (in usum ac commodum converte) *temporibus, quorum munere* (quatenus meliora ab iis exspectas) *nunc freta es; et* (vel *tum*) *patet* (tibi aperis, tibi aperitur) *lata area laudis.* Exempla aliquot particulae *et* sic post imperativum positae apponam. Virg. Ecl. III, 104.

Dic, quibus in terris, et eris mihi magnus Apollo,
Tris pateat colei spatium non amplius ulnas.

Amor. II, 14, 43.

Di faciles, peccasse semel concedite tuto,
Et satis est: poenam culpa secunda ferat.

Senec. de Clem. I. c. 16. *Contunde animos, et quidquid est indolis, comminuetur.* Epist. 94. *Veras repone, et nihil habet admonitio, quod agat.* N. Q. II. c. 49. *contemne mortem, et omnia, quae*

ELEGIA IV.

Viro, nobilitate generis atque eloquentiae fama insigni, cuius patre amico usus erat, scribit, sicut vita prior sine labe atque irreprehensa fuerit, ita peccatum suum, quo Augusti iram concitarit, magis errorem quam scelus fuisse, itaque Principis clementia se mitius Romaeque propius exsilium sperare, siquidem nunc in extremo Ponto et Boreae frigoribus inter ferissimas gentes proiectus iaceat.

O qui, nominibus cum sis generosus avorum,
Exsuperas morum nobilitate genus,
Cuius inest animo patrii candoris imago,
Non careat nervis candor ut iste suis,
Cuius in ingenio est patriae facundia linguae, 5
Qua prior in Latio non fuit ulla foro, —
Quod minime volui, positis pro nomine signis
Dictus es: ignoscas laudibus ipse tuis.

ad mortem ducunt, contemta sunt. Plin. Ep. 24. 5. *absit superbia, asperitas, nec timueris contemtum.* Conf. Hor. Epist. I, 8, 107., Lucan. II, 514.

Area lata Pal. 1., V alii Heins., Berol., Dresd., pro v. scr. Rel. et vett. edd. Her. I, 72.

Et patet in curas area lata meas.

Reliqui codd. omnes *area magna,* non male.

ELEGIA IV.

1. *Avorum.* Ita veteres edd., Bern., Guelf., et nostri sex, etiam Heinsii, nisi quod Reg. et alius *generose tuorum.* Recentiores edd. ab Aldina II.: *avitis.*

2. *Exsuperas etc.* Pont. I, 2, 2.

Et geminas animi nobilitate genus.

4. *Nervis.* Bern., Pal. 1., XVI alii Heins., Rel. et Dresd. pro v. scr. *numeris,* quod „*sanius*" videtur Burmanno, qui interpretatur: „*ut sit perfectus ille candor.*" Recte habet et multo elegantius mihi videtur *nervis:* „*sic, ut iste tuus candor sua ac propria vi atque vigore non careat.*" Leid. *meritis.* Gall., Berol. *ipse suis.* Bern. et Crev. *ipse tuis.* Barb. *vitiis.*

5. Illa *cuius inest animo* v. 3., *et cuius in ingenio — est* v. 5. sibi respondent.

„*Ingenio est* Pal. 1. et plurimi. Nam III tantum ignoti in fine verbum ponunt; Leid. et X alii Heins. et vett. edd. prorsus abliciunt." MERKEL.

6. *Latio.* Vid. ad II, 205., III, 13, 24. — Leid. *qua melior Latio.* Seg. *patrio — foro.*

7. *Quod minime volui.* In me-

Nil ego peccavi: tua te bona cognita produnt.
Si, quod es, appares, culpa soluta mea est. 10
Nec tamen, officium nostro tibi carmine factum,
Principe tam iusto, posse nocere, puto.
Ipse Pater Patriae (quid enim civilius illo?)
Sustinet in nostro carmine saepe legi;

diis amici laudibus consistit et, quasi nunc demum sentiat, se vetita elocutum esse, veniam petit dicens: *ignoscas laudibus ipse tuis*, non sine acumine: quando ignoscere iis solemus, qui nos offendunt. Male autem ex uno Polit. 2. Heinsius, et post Heinsium recentiores editores dederunt *ista*, quo sensus et acumen illud omnino pervertitur. Accedit praeter librorum consensum vere Ovidiana illa oratio, quam largis exemplis illustravimus ad II, 2. Conf. v. 70. Iam sequitur caussa, cur *ipse suis* laudibus veniam dare debeat, et non poëtae. (Nam) *ego nil peccavi, nec te prodidi, sed bona tua quae cognita sunt omnibus te produnt; verum culpam vitavi, si te talem, qualis es, descripsi, culpam suscepturus, si aliter de te essem locutus.* De *positis pro nom. signis* vid. I, 5, 7. Bern. *ignoras.* — V. 9. Serv. *bene.* Ed. pr. *perdunt.* Dresd. *non ego.* V. 10. Iun. et Heins. ed. pr. *quid.*

11. *Officium.* Conf. III, 4, 65. „*Cum sit tam iustus Princeps, quod te carmine salutarim, nihil tibi puto nocere.*“ Et caussam sequenti v. affert. *Cior.* Busl. VII alii Heins et. Bern. *non.* Leid. *nostrum.* Gall. *factum est.* Dresd. pro v. scr. *dictum.*

12. *Puto. Puta* Mor. et III. Concinnius. *Heins.* Immo, concinnior est vulgata et reliquorum ll. omnium scriptura *puto.* „*Nil ego peccavi, sed . . .; neque tamen . . . puto.*“

13. *Quid enim civilius illo.* Ita meliores. Tres tamen (et ed. Bonon.) *communius*, quod ex Arond. probat Gronov. Obss. II. c. 12. *Comis* et *communis* coniunguntur apud Caecilium Cratino: *Modo sit obsequens, hilaris, comis, communis, concordis, dum id, quod petit, potitur.* Vid. Franc. Iur. ad Symmach. L. II. Ep. 79. Sed quia v. 16. de communi Caesaris bono sequitur, minus placet. — III, 8, 41.

At quoniam semel est odio civiliter usus,
Mutato levior sit fuga nostra loco.

Heins.

Conf. Metam. XII, 583. *Pater Patriae.* Vid. not. ad II, 39. Crev., Guelf., Pal. 2. et III alii *enim est.* Berol. *nobilius.* Crev. *benignius.* Mor., Busl., Dresd., Seg. et Rel. *illo est.* Berol. *iste pater.*

14. *Saepe legi.* Ita vett. edd. Heinsius de suis codd. nihil annotavit. Sed Bern., Berol., Crev. et Rel. *posse legi*, atque inde coniici potest, plurimos quoque Heinsii codd. eam scripturam tenere; quae vere Ovidiana est, nec librariis deberi videtur. Vid. ad II, 204.

Nec prohibere potest, quia res est publica Caesar, 15
Et de communi pars quoque nostra bono est.
Iupiter ingeniis praebet sua numina vatum,
Seque celebrari quolibet ore sinit.
Causa tua exemplo superorum tuta duorum est,
Quorum hic adspicitur, creditur ille deus. 20
Ut non debuerim, tamen hoc ego crimen habebo:
Non fuit arbitrii litera nostra tui.

15. *„Quia res est publica Caesar et communis omnium, quemadmodum sol, aër, aqua communia sunt, et de re publica sire communi bono pars quoque mea est, mihi debetur.“* Pont. II, 1, 17.

Gaudia Caesareae mentis pro parte virili
Sunt mea: privati nil habet ista domus.

Met. I, 135., VI, 351. — V. 16. Reg., Put., ed. pr., Franc., Pal. 2., VI alii Heins., Berol., Bern., Crev. et Rel. a 1. m. *bona est.* Rel. pro v. scr. *bono est.*

17. *Sua numina.* Pal. 2., XV alii Heins., Guelf. a 1. m., Goth. et Seg. pro v. scr. *nomina.* Male. Conf. II, 69.

19. *Causa tua,* quod tua laus carmine meo celebrata est, tuta est, sine culpa est duorum exemplo deorum, qui et ipsi se a quovis poëta laudari patiuntur, Iovis et Augusti. Iun., Leid., Bersm., VII alii Heins., Seg. a 1. m. et Rel. *deorum.*

Est Iun., Leid., XIX alii Heins., Pal. 1., Goth. et Dresd. omittunt. Berol. *exemplo est—duorum.*

20. Exc. Voss. *conspicitur,* melius, ut II, 54. *per te praesentem conspicuumque deum.* Heins. Ille locus nihil evincit, nec impedit, quominus h. l. *adspicitur* retineamus: et *adspicitur,* quod est, ut barbare loquar, de facie ad faciem videre, optimum habet sensum. *Conspicuus* cur L. II. dicatur, manifestum est, nec enim adiectivum est a verbo *adspicio,* nec illud admittebat ratio versus. Neque gratum est aurbus *hic con:* quanquam hoc levius est. *Conspicitur* ortum videtur a librario, qui *hic* ante vocalem corripi opinaretur. — *Hic* ad remotius refertur. Vid. ad I, 2, 24.

Creditur, persuasione religionis, cui h. l. opponitur *adspicitur.* Hor. Od. III, 5, 2.

Coelo tonantem credidimus Iovem
Regnare, praesens divus habebitur
Augustus.

Ubi vid. Mitscherl. Fast. II, 130.

— Iam pridem tu pater orbis eras.
Hoc tu per terras, quod in aethere Iupiter alto:
Nomen habes hominum tu pater, ille deum.

Vid. not. ad I, 5, 75., II, 217. et conf. Hor. Od. I, 12, 51. seqq. Iun. et Leid. *esse deus.*

21. *Habebo.* *Amabo* bene Vat. pr. et Leid. Heins. Probum et integrum *habebo,* quod etiam v. 26. legitur, et Fast. I, 445., II, 162., III, 464., Art. A. I, 586. et sic saepius. *„Ut non debuerim, positis pro*

Nec nova, quod tecum loquor, est iniuria nostra,
Incolumis cum quo saepe locutus eram.
Quo vereare minus, ne sim tibi crimen amicus: 25
Invidiam, si qua est, auctor habere potest.
Nam tuus est primis cultus mihi semper ab annis
(Hoc certe noli dissimulare) pater,
Ingeniumque meum (potes hoc meminisse) probabat
Plus etiam, quam, me iudice, dignus eram; 30
Deque meis illo referebat versibus ore,
In quo pars altae nobilitatis erat.
Non igitur tibi nunc, quod me domus ista recepit,
Sed prius auctori sunt data verba tuo.

tuo nomine signis, te significare et celebrare; tamen ego (et non tu) *. . habebo: non* (enim) . . . *tui.*"

23. *Nostra.* Duo *nostri.* Fortasse *nostro,* i. e. tecum, qui noster es. Heins. Coniunge: *cum quo—nostro h. e. favente, noster cum esses.* Burm. Omnino restituendum e librorum prope consensu *nostra: Sed neque nova est ista* (*a me* h. e.) *nostra iniuria in te, quod tecum loquor, sive locutus sum; cum quo* (q. e. cum tecum, sed ita, ut poëta per simplex relativum enuntiet; alioquin enim ponere debuisset coniunctivum. Vid. ad I, 5, 41.), *incolumis cum adhuc essem, saepe locutus eram.* —Her. XX, 93.

Hoc, quod Amor iussit, scriptum est iniuria nostra.

Ubi vid. not. Conf. Her. VIII, 87., Trist. IV, 9, 7. De plusquamperfecto *locutus eram* conf. IV, 2, 28.

25. *Amicus.* Graeci h. l. adderent participium ὤν: φίλος σοί γε ὤν. — Guelf., Goth., Pal. 2. et XX alii Heins., Dresd. pro v. scr., Bern., Berol., Seg., Rel. *amice.* Non male. *Auctor* autem v. 26. intelligendus est *auctor amicitiae,* ut apparet e v. 34.

27. *Nam tuus est. Namque tuus primis* IV Heins. Mor. *a primis.* Goth. *semp. m. cultus.* Seg. *mihi semp. cultus.* V. 28. Rel. a 1. m., IV Heins. et vett. edd. *hoc saltem noli. Hoc certe nolit* Iun., Reg., Bern. et Dresd. pro v. ser. — Reliqui *hoc certe noli,* non, ut e Vat. 1., Pol. 1., Pal. 2. Guelf. et tribus aliis nunc edunt, *noli certe.*

29. *Hoc* primae edd. et plurimi scripti loco vulg. *haec.* Recte. Heins.

30. *Quam me iudice,* qui certe non invidiose aut contemtim de ingenio meo iudicarem. V. 31. Busl. *plurimus.*

32. *Altae.* Plurimi scripti (Pal. 1., Franc., Guelf., Goth., Reg., Serv., Busl., Iun., Bersm.) et vett. edd. *magnae.* Vid. Pont. II, 3, 63. et not. ad Fast. IV, 305. Heins. Conf. tamen Pont. II, 16, 43.

33. „*Non igitur tu nunc dece-*

Nec data sunt, mihi crede, tamen; sed in omnibus actis, 35
Ultima si demas, vita tuenda mea est.
Hanc quoque, qua perii, culpam scelus esse negabis,
Si tanti series sit tibi nota mali.
Aut timor aut error nobis, prius obfuit error.
Ah sine me fati non meminisse mei; 40
Neve retractando nondum coëuntia rumpe
Vulnera: vix illis proderit ipsa quies.

ptus es eo, quod domus vestra me in familiaritatem recepit, sed potius pater tuus: sed non deceptus est . . . . Friget totus hic locus, ut multa alia in his carminibus. — Iun. *quod me tibi nunc.* Pal. 1. *nunc igitur.*

34. *Sunt.* Leid., Reg. et duo alii *sint.* Burm. Guelf. *sunt nota verba.* — V. 35. Put., Bersm., XX alii Heins., Guelf., Goth., Bern., Berol., Dresd. et Rel. *non data.* Reliqui, paucos puto, et vett. edd. *nec data.* Pal. 2. *omnibus istis.*

36. *Ultima.* Alteram exsilii caussam significat, non scriptae Artis amatoriae. Vid. II, 97. 89., Pont. II, 2, 107. et not. ad Trist. I, 2, 99.

38. *Series,* ordo ac ratio. Gall. *series tanti.*

39. *Timor,* sc. ne si non ita faceret, inde mala aut sibi aut aliis evenirent. Idem Pont. II, 2, 17.

Nil nisi non sapiens possum timidusque vocari;
Haec duo sunt animi nomina vera mei.

Gott., II alii Heins., Bern., Berol. et ed. Bonon., Franc. pro v. scr. *plus obfuit.* Goth. *magis obfuit.* Berol. *an—an.*

40. *Ah.* Guelf., nonnulli Heinsii et Bern. *ha.* Pal. 1. et 2., Put., Gall., Pirckh., Bersm., Berol., Crev. et vett. edd. *at sine.* Goth. sub ras., Iun., Seg. et V Heins. *aut,* q. e. *at.* Rel. et quidam Heins. *sed sine.* Apparet vulgatam scripturam: *ah sine,* valde incertam esse: neque malum habet sensum scriptura *at;* ut sese in medio peccati sui narrandi cursu cohibeat. Affectus tamen elegantior est. — Goth. *facti.* Vid. ad III, 12, 66. Bern. *memor esse.*

41. *Rumpe.* Vat. 1., Medic. et III alii *rumpam.* Sequor; ipse enim rumpit vulnera retractando, quorum mentionem iniicit. Heins. Ac de constructione vid. not. ad I, 1, 16. Verum *retractat vulnus* etiam is, qui mentionem fieri cupit. Itaque repugnantibus vett. libris non mutandum. — *Coire, rumpere, retractare* in vulneribus saepe dicitur ac proprie. Vid. V, 2, 9., III, 11, 19., Hor. Epist. I, 3, 32. Conf. Trist. III, 11, 63.

42. *Ipsa.* Pirckh., Busl. et Rel. *illa.* Goth. et III Heins. *ulla.* Dresd. pro v. scr. *ista.* Bern. *illi.* V. 43. Unus Vat. *poenas tamen abfuit.* Goth., Bern. et II Heins. *sic defuit.* Busl. *adfuit.*

Ergo ut iure damus poenas, sic abfuit omne
  Peccato facinus consiliumque meo.
Idque deus sentit: pro quo nec lumen ademtum est, 45
  Nec mihi detractas possidet alter opes.
Forsitan hanc ipsam, vivat modo, finiet olim,
  Tempore cum fuerit lenior ira, fugam.
Nunc precor hinc alio iubeat discedere, si non
  Nostra verecundo vota pudore carent. 50
Mitius exsilium pauloque propinquius opto,
  Quique sit a saevo longius hoste locus.

45. *Sentit.* Duo (etiam Goth.) *sensit.* Fragm. Vat. *per quem non.* Pal. 2., Pirckh. *limen,* probante Gronovio. Sed *lumen* verum esse puto, quia toties vitam et opes sibi relictas esse dicit. *Burm.* Vid. II, 127., V, 2, 55., V, 4, 21., V, 11, 15., IV, 9, 11.

Deus, Augustus, ut supra. *Non lumen* etiam Seg. et Rel. Denique Pal. 1., Guelf. a 1. m. cum paullo minus dimidia codicum Heins. parte, Crev. et Berol. *est* omittunt. Reliqui et vett. edd. *ademptum est.*

47. Et haec sententia persaepe redit in his carminibus. III, 1, 75., III, 9, 19., IV, 1, 9., II in fine, V, 1, 45.

Mor. pro v. scr. *vivam,* sed *vivat* multo elegantius est.

Put. et IV alii Heins., et Seg. a 1. m. *finiat.* Vid. ad IV, 2, 3. V. 48. Goth., Iun., Pirckh., Mor., Rel., Seg. et ed. Bonon. *quo fuerit.* Male.

51. *Propinquius opto.* Vatt., Maff., Pol. 1., V alii Heins. et Dresd. *propinq. opto.* Pal. 1., Busl., XX alii Heins., Dresd. pro v. scr. et reliqui nostri *quietius opto.* Pirckh., III alii Heins. *propinquius oro.* Pauci Heins. *quietius oro.* — *Propinquius* non *quietius* legendum esse iam vidit Ciofanus. *Quietius* fluxit e II, 577. Quod autem ibi verbo *quietius,* hic toto versiculo 52. declaratur. *Opto* et maiorem habet auctoritatem codicum, et elegantius est.

32. *Locus.* Bern., Guelf., Seg. pro v. scr., et vett. edd. *locum.* Busl. *esse locum.* Goth., Put., Pal. 1., Franc., et reliqui Heinsii, quorum collationes plenae exstant omnes (unde coniici potest de ceteris), nostri V *locus,* quod, quando id agimus, ut textum ad auctoritatem optimorum et plurimorum codd. reducamus, revocandum est. III, 3, 1.

> Ergo erat in fatis Scythiam quoque visere nostris,
> Quaeque Lycaonio terra sub axe iacet.

III, 5, 29.

> Quaeque tibi est linguae facundia, confer in illud,
> Ut doceas votum posse valere meum.

Plura exempla vid. ad I, 10, 31.

Tantaque in Augusto clementia, si quis ab illo
Hoc peteret pro me, forsitan ille daret.
Frigida me cohibent Euxini litora Ponti; 55
Dictus ab antiquis Axenus ille fuit.
Nam neque iactantur moderatis aequora ventis,
Nec placidos portus hospita navis habet.
Sunt circa gentes, quae praedam sanguine quaerunt;
Nec minus infida terra timetur aqua. 60
Illi, quos audis hominum gaudere cruore,
Paene sub eiusdem sideris axe iacent.

53. *Tantaque.* Pol. 2. et II alii *quantaque.* Bene. *Heins.* Nil mutandum *quanta est* Rel. pro v. scr., a 1. m. *tanta est.* Ceterum non segniter alludit et callide ipse precatur, fere sicut V, 2., quo carmine uxorem obiurgat, quod Augustum pro se non supplicet, certe animum eius flexuram, dum recto modo iustisque eum precibus adeat. Pal. 1., Franc., Bersm., Crev., ed. pr. et reliquae saec. XV. *in Augusto est.*

54. *Hoc.* Pal. 1. et nonnulli alii Heins. cum vett. edd. *haec,* quod merito expulit Heinsius. Berol. *petiit.*

55. Goth.: *Hic pt ee epla per se.* Cuiusmodi veterum grammaticorum commenta iam multa vidimus in his carminibus. Idem Goth. *prohib.* et a 1. m. *frigora.*

56. *Axenus. Euxinus, Eusimus, Euximus, Axemus* alii codices. Plurimi *exinus.* Deinde *ille locus* Busl. et exc. Voss. *Burm. Axenus* Graecum, q. e. inhospitalis: nam *Pontus olim ab inhospitali feritate incolentium Axenos appellatus,* auctore Plin. VI. c. 1. Conf. Mela I. c. 19. Post, cum Iones in litore eius urbes condidissent, *Euxinus,* i. e. *hospitalis* vocari coeptus, ut tradit Strabo VII. Vid. Diod. IV. p. 170., Trist. III, 12, 7., III, 14, 27., V, 10, 13. Sed poëta suo iure eam feritatem transfert ad ipsum mare. V. 57. Leid. *moderantibus.* Goth. a 1. m. *aequore.*

58. *Hospita navis habet.* Heinsius e pr. Vat., Iun. et III aliis primus dedit *adit,* quod in Berol. erasum. Sed mutandi non erat caussa. Pal. 1. et II alii Heinsii codd. *puppis.* Ad sententiam conf. III, 2, 11., III, 13, 38. et 32.

59. *Quaerunt.* Gall., Franc. et alius cum ed. pr. (et Bonon.) *quaerant. Heins.* Neque hoc loco iustam Heinsius habebat caussam coniunctivum inducendi. Vid. not. ad IV, 3, 74., IV, 6, 49. et Zumpt. Gramm. Lat. §. 563. — Ad sententiam vid. III, 11, 60. seqq., I, 11, 30. Put. *gentes circa.* Goth. *sunt circum.*

60. *Infida.* Busl. et III alii Heins. *infesta,* quod fluxit ex I, 10, 26.

61. *Illi, quos audis.* Scythiae

Nec procul a nobis locus est, ubi Taurica dira
Caede pharetratae spargitur ara deae.
Haec prius, ut memorant, non invidiosa nefandis, 65
Nec cupienda bonis, regna Thoantis erant.
Hic pro supposita virgo Pelopeïa cerva
Sacra deae coluit qualiacunque suae.

interioris incolis *bellantibus mos erat, cruorem eius quem primum interemerant, ipsis e vulneribus ebibere.* Mela II, c. 1. Quanquam etiam ἀνθρωπόφαγοι inter Scytharum gentes memorantur. Plin. IV. c. 12., VI. c. 17., Strab. V. p. 139.

62. *Sideris axe.* Vulg. *frigoris.* Primae edd., Leid. et IV alii scripti *sideris igne.* Comb. (sive Dresd.) et II alii *sideris axe,* quod verum est. Heins. Seneca Herc. Fur. v. 1139. *sub cardine glacialis Ursae.*

63. *Taurica.* Chersonesum Tauricam sive Scythicam dicit quae nunc *Krimm* appellatur, feritate incolentium infamem. Vid. Strab. VII. p. 213. seqq., Mela II. c. 1. Iam intertexitur fabula, ut III, 12. et Pont. III, 2.

64. *Spargitur. Pascitur* pr. Vat., pr. Pol., opt. Medic. et Mor. pro div. l. Nihil verius. Val. Flacc. I, 677.

Tum quocunque loco meritas tibi plurimus aras
Pascet honos.

Plura ad Claud. Consol. Honor. III, 101. Heins. Ego *aram pascere caede* in hoc contextu sermonis audacius dictum, itaque invitis libris meliorem scripturam non movendam esse existimo. — *Pharetrata dea* per periphrasin est Diana (V, 1, 57.), dea venationis, unde *pharetrata.* Conf. Her. XX, 204. Apud Hom. ab eodem studio est ἰοχέαιρα Odyss. VI, 102. et τοξόφορος Il. XXI, 483. Vid. Met. III, 155. seqq.

65. *Haec. Hic* Goth. pro v. scr., Pal. 2. et VII alii Heins. Serv. *nefandi.* Leid. *nec capienda.* Put. *nec captanda.* Bern. et Franc. pro v. scr. *nec optanda.*

67. Fabulae, quam tangit, brevis summa haec est. Iphigenia Agamemnonis filia et Pelopis proneptis (nam Pelops pater Atrei, Atreus Agamemnonis, unde *Pelopeïa virgo*), cum ex oraculi responso, ut Graeci prospera ad Troiam navigatione uterentur, a patre in Aulide Dianae immolanda esset, a Diana, supposita cerva, Tauros in Scythia, ubi Thoas regnabat (I, 9, 23.), ablata est, ut ibi templo Deae (unde *suae*), in quo omnes hospites immolabantur, sacris praeesset. Atque ibi facta sunt, quae hoc loco a v. 69. et Pont. III, 2, 45. et seqq. narrantur. Euripid. Iphig. Aul. et Taur., Hyg. F. 98. 261. 120., Ov. Met. XII, 24. seqq. et ibi Gier., Serv. et Heyn. ad Virg. A. II, 116. Conf. not. ad II, 395.

68. *Qualiacunque.* Significat crudeles illas hominum immolationes. Pont. III, 2, 65.

Praefuerat templo multos ea rite per annos,
Invita peragens tristia sacra manu.

Quo postquam, dubium pius an sceleratus, Orestes
  Exactus Furiis venerat ipse suis, 70
Et comes exemplum veri Phoceus amoris,
  Qui duo corporibus, mentibus unus erant;
Protinus evincti tristem ducuntur ad aram,
  Quae stabat geminas ante cruenta fores.
Nec tamen hunc sua mors, nec mors sua terruit illum: 75
  Alter ab alterius funere moestus erat.

69. *Dubium. Dubium est* Put., III alii Heins. et vett. edd. *Est* in tali oratione recte omittitur. Pont. III, 1, 18.

Qui potus dubium sistat alatne sitim.

Metam. VI, 678.

Iustitia dubium validisne potentior armis.

Tacit. Agric. c. 7. *incertum suo an militum ingenio.* Annal. I. c. 5. *dubium an quaesita morte.* Vid. Trist. III, 13, 35., Virg. A. II, 740.

Dubium, pius an sceleratus. Nimirum quia patrem ulturus matrem occiderat. Vid. ad II, 395.

70. *Ipse suis.* Bern., Busl. et Berol. *ille suis.* Pronomina *ipse suis* cum vi iuxta ponuntur. Exempla vid. ad II, 2.

Exactus, huc illuc actus, agitatus, ut alibi de eodem. Bern. *vexatus.*

Furiae sive Erinnyes tres deae ultionis, quae sceleratos exagitabant, quarum princeps Tisiphone. Heyn. ad Apollod. I. c. 1., Hom. Il. III, 278., IX, 568., Met. IV, 451. seqq. Vid. Trist. IV, 9, 5. — Hanc Orestis et Pyladae amicitiam persaepe laudat; nam *comes Phoceus* est Pylades. Vid. not. ad I, 5, 21.

72. *Qui duo — erant.* Aristot.: Ἐρωτηθεὶς, τί ἐστι φίλος, ἔφη, μία ψυχὴ δύο σώμασιν ἐνοικοῦσα. Vid. interpp. ad Hor. Od. I, 3, 8.

73. *Tristem.* Barb., Voss. et fragm. Vat. pro div. script. *Triviae.* Recte. Pont. III, 2, 71.

Protinus immitem Triviae ducuntur ad aram,
Evincti geminas ad sua terga manus.

Heins.

Cuius ara intelligenda sit, e praecedentibus satis notum est; et *tristem* auget gravitatem sententiae. Neque libri scripturam *Triviae* satis confirmant; et novimus, quid in similibus locis ac sententiis apud Nasonem ausi sint librarii, et ex Pont. III, 2, 71. dixit *immitem aram.* Iun. *invicti.* — V. 75. Berol. *nec tantum sua.*

76. *Ab alterius funere moestus.* Lege *ob — funera*, quod Hamb., Strozz., Reg. et Mor. pro v. scr. — Gall. et II *ob—funere.* Heins. *Ob —funera* etiam Seg. et Berol. Scribendum *ab—funere.* Varietas *ob —funera* orta a Grammaticis, qui hunc dicendi usum Nasonis non perspectum haberent, quem pluribus exemplis illustravimus ad IV, 10, 16. Conf. IV, 3, 36.

Et iam constiterat stricto mucrone sacerdos,
Cinxerat et Graias barbara vitta comas;
Cum vice sermonis fratrem cognovit, et illi
Pro nece complexus Iphigenia dedit. 80
Laeta deae signum, crudelia sacra perosae,
Transtulit ex illis in meliora locis.
Haec igitur regio, magni paene ultima mundi,
Quam fugere homines dique, propinqua mihi est;

Sententia plana est: „nec *sua* (propia) *mors hunc, nec illum terruit, sed alter moestus erat ob funera* sive mortem *alterius*, q. e. quod alteri moriendum esset.“ Mira ad probandam scripturam *ab —funere* notat Merkel: *moestus uterque fuit, quod ipse funus alterius comitaretur, in funere iret, non ob funera, propter mortem,* quod versu priori dicitur. — Bersm. et Rel. *in—funere.*

77. *Stricto mucrone,* sc. ad caedendas victimas. Busl. *constricto steterat.* Guelf. *cum steterat.*

78. *Barbara.* Intellige: *barbarica* (ut in barbara terra,) *vitta cinxerat* (quod indignum,) *Graias* (h. e. hominum Graecorum mactandorum) *comas. Vitta* de more vetusto ornamentum victimarum caedendarum. Virg. Georg. III, 486.

Saepe in honore deum medio stans hostia ad aras,
Lanea dum nivea circumdatur infula vitta — — —

Virg. Aen. II, 155. de Sinone:

Testor numen, ait, vos arae ensesque nefandi,
Quos fugi, vittaeque deum, quas hostia gessi.

Vid. Iuv. Sat. XII, 118. ibique Rupert. et Serv. ad Virg. A. II, 133. Pal. 1. *victa.*

81. *Laeta* (Iphigenia) Dianae simulacrum, hostias tam immanes abominantis, transtulit in meliora, humaniora loca, sc. Halas in Attica, ut Minerva iubet apud Eurip. Iphig. Taur. v. 1450. et seqq., vel Ariciam in Latio, ut suo iure contendit Serv. ad Virg. A. II, 116., vel Limnaeum in Laconia, ut contendit Pausan. in Lacon., vel Zminthum insulam, ut tradit Hyginus. — Vid. Met. XV, 488. et XIV, 331.

83. *Regio, m. paene ultima mundi!* Barb. et Gott. *magni penetralia mundi*, eleganti appositione. Pontum abstrusam et interiorem orbis partem appellat. *Heins. Penetralia mundi* de Ponto parum elegans est et pugnat cum reliquis, qui de exsilii situ in his carminibus sunt, locis, in quibus fere constanter Pontum *partem ultimam orbis terrarum dicit,* et *ultima* respondet illi *propinqua* v. 84. Burmanniana scriptura, quae nunc pro vulgata circumfertur, *magni pars ultima mundi* libris non confirmatur, nisi quod in uno Bern. est:

Haec igitur magni paene pars ultima mundi.

Neque in eo haerendum, quod alibi Tomi *ultima terra* appellantur. Vide enim utrum gravius dicatur,

Atque meam terram prope sunt funebria sacra: 85
Si modo Nasoni barbara terra sua est.
O utinam venti, quibus est ablatus Orestes,
Placato referant et mea vela deo!

ELEGIA V.

Amici fidem laudat eique gratum suum animum declarat, petitque, ut posthac etiam sibi opem ferat, additis pro eius salute votis. Conf. I, 5. et V, 9.

O mihi dilectos inter sors prima sodales,
Unica fortunis ara reperta meis,

ultimus orbis an *paene ultima regio magni mundi:* mundus enim non simpliciter capiendum pro orbe terrarum, sed poëta totum universum significat, quomodo etiam Horatius saepius locutus est. *Mundus* pro orbe terrarum cadentis Latinitatis est. Mor. *magni est.* Put. *mundi est.* Busl. *Ponti.* — V. 84. Gall. *fugiunt.* V. 85. Goth. *prope sunt terram.*

86. *„Si modo Nasoni, Romano et ingenuo viro, barbara terra sua est.“* Iun., Mor., Rel. a 1. m. et Pal. 1. *Nasonis.*

87. *Orestes,* sc. quum mari cum sorore et amico Pylade, placata Diana, e Taurica terra fugeret. Bern. *ventis.*

88. Barb., IV alii Heins., Dresd. pro v. scr., Rel. *hinc mea.* Crev. *hec mea.*

ELEGIA V.

1. *Sors.* Ita Pal. 1. et plurimi Heins., Bern., Seg., Rel. et Crev. — Guelf., Franc., Pal. 2., Gall., IX alii Heins., Dresd., Berol. et vett. edd. *pars prima.* Fast. VI, 30.

— — Saturni sors ego prima fui.

Sors etiam, quicquid alicui benigna fortuna contingit, ut liberi, amici aliaque bona. Vid. indices Ovidii.

2. *Ara.* Conf. V, 6, 14. Supplices ad aras confugiebant, quas si tangerent, abstrahi inde nefas habebatur. Cic. Verr. V. c. 48. *Hic portus, haec arx, haec ara sociorum.* Tacit. Annal. III. c. 60. seqq. Cic. de Nat. Deor. III. c. 10., Virg. A. II, 512. et seqq., Thucyd. I. c. 136. et III. c. 81., Terent. Heaut. V, 2, 22. Graev. ad Flor. III. c. 20. Inde homo, qui perfugium est, ipse *ara* dicitur. Her. I, 110. Conf. Trist. V, 2, 43. et Pont. II, 8, 67. — Dresd. *ara relicta.* Leid. *una hic.*

Cuius ab alloquiis anima haec moribunda revixit,
Ut vigil infusa Pallade flamma solet;
Qui veritus non es portus aperire fideles 5
Fulmine percussae confugiumque rati;
Cuius eram censu non me sensurus egentem,
Si Caesar patrias eripuisset opes —:
Temporis oblitum dum me rapit impetus huius,
Excidit heu nomen quam mihi paene tuum! 10
Tu tamen agnoscis, tactusque cupidine laudis,
„Ille ego sum," cuperes dicere posse palam.

3. *Alloquiis.* Reg., Put. et III alii *eloquiis.* Male. *Alloquia* sunt solamina. *Burm.* Conf. I, 5, 4. et I, 8, 18. Hor. Epod. XIII, 17.

Illic omne malum vino cantuque levato,
Deformis aegrimoniae dulcibus alloquiis.

De *reviviscere ab aliqua re* vid. not. ad II, 27., IV, 4, 78. et ad IV, 10, 16. *Vigil* et *reviviscere* h. l. flamma dicitur, ut *dormitare* et *mori* de flamma dici docuimus ad Her. XIX, 195.

4. *Infusa Pallade. Pallas* est pro oleo olivae, quam Pallas in certamine cum Neptuno de Athenarum urbis recens conditae appellatione protulit. Met. VI, 70. ibique interpp., Herodot. V. c. 82., Sophocl. Oed. Colon. v. 686. Eodem modo dicitur Bacchus, Ceres, Neptunus, Mars, Vulcanus pro rebus, quibus praesunt. Heroid. XIX, 44.

Pallade iam pingui tingere membra putas?

5. *Portus aperire.* Voss. *aperisse.* Quint. Decl. IX. c. 16. *portum benignitatis aperire. Burm. Es* cum scriptis et vett. edd. pro *est. Heins.* Vid. ad I, 7, 1. *Vereor,* si est pro *pudet me,* vel *cum verecundia sentio* cum inf. construitur. Vid. Her. XVI, 76., Pont. IV, 15, 19. Curt. IX. c. 7. *Tristis spectaculi eventus, non Macedonibus modo, sed etiam Alexandro fuit, maxime quia barbari affuerant; quippe celebratam Macedonum fortitudinem ad ludibrium recidisse verebatur.*

Portus. Conf. V, 6, 2.

6. *Fulmine percussae.* Vid. ad I, 1, 72. et IV, 3, 69. Goth., exc. Voss., Berol. *flumine.* Serv. *ratis.*

7. *Sensurus.* Unus Vat., Rel. et Busl. *censurus. Heins. Censu* pro re, quae in censum venit, i. e. opibus, facultatibus. II, 115., III, 7, 40. Goth. *censu nonquam sens.*

8. Vid. II, 129. Rel. pro v. scr. *proprius.*

9. *Rapit. Trahit* Ms. Bersmanni et Pal. 2. Ita certe Naso Metam. II, 356. *Heins. Rapit* ad sensum certe aptius est. Construe: *dum impetus* (tecum loquendi) *me rapit oblitum temporis huius* (exsilii), *quo periculosum est amicum nomine compellare.* V. 10. Bersm. *quo mihi.* Berol. et Seg. a 1. m. *saepe,* posterior pro v. scr. *paene.*

11. *Tu tamen agnoscis.* Scribe

Certe ego, si sineres, titulum tibi reddere vellem,
Et raram famae conciliare fidem.
Ne noceam grato, vereor, tibi carmine, neve 15
Intempestivus nominis obstet honor.
Quod licet et tutum est, intra tua pectora gaude,
Meque tui memorem teque fuisse pium;
Utque facis, remis ad opem luctare ferendam,
Dum veniat placido mollior aura deo; 20

te tamen agnoscis. Vid. I, 7, 5. *Heins.* Reposui omnium librorum scripturam *tu tamen.* Obiectum, quod vocant verbi *agnoscis* nemo certe desiderabit, quod e praecedentibus facile intelligitur. Conf. IV, 4, 7. „*Tu tamen agnoscis,* te dici, *licet* non diserte appellarim.“ Iun. et VIII alii Heins. *ignoscis* et quinque *agnoscas.* Goth. a 1. m. *agnosce.* Rel. et Berol. *ignoscas.* Gall. *tractus.* Iun. *captus.*

12. *Cuperes.* Vid. ad III, 8, 1.

14. *Conciliare,* commendare. — Mor. *conciliasse.* Reg. pro v. scr. *gratam.* Busl. *fama.*

15. *Grato* h. e. quo tibi grati animi sensus declarem. Goth. *caro.*

16. *Honor.* Duo vett. (etiam Dresd. pro v. scr.) *honos.* *Heins.* Duo (etiam Rel.) *intempestivus,* unus *exstet,* tres *amor.* *Burm.*

17. *Et tutum est.* Reg., Put., Mor., Iun., Leid., IV alii Heins. et Berol. *hoc tutum est.* Dresd. pro v. scr. *et licet.*

18. *Fuisse pium.* Rectius Comb. (sive Dresd.), Pirckh. et VII alii *fuisse mei.* *Heins.* Idem Goth., sed huic loco parum convenit. Alia et maiora supra de amico praedicavit, quam *sui memorem fuisse.* Revocavimus optimam vulgatam *fuisse pium.* Cupit poëta, amicum tacite gaudere, *quod tam amice in se fecerit,* idque bene declaratur verbis *te fuisse pium.* — Put. *fuisse tui,* quod legendum censet Merkel, et interpretatur *virtutis tuae.* Dresd. pro v. scr. etiam *pium.*

20. *Veniat.* Pal. 1., Goth., pauci Heins. et vett. edd. praeter Bonon. *veniet.* Pal. 2., Guelf., Vat. 1., Pol. 1., Medic. 1., Serv. et quidam alii *dum venit a.* Iun. *adveniat.* Reliqui omnes, etiam Bern. et nostri quinque *veniat.* Utrumque h. l. dici potest et *veniat* et *veniet.* Itaque secutus sum maiorem auctoritatem codicum.

Mor., Iun., VI alii Heins., Dresd., Berol. et Crev. *moll. ira.* Crev. pro v. scr. *aura.* Busl., exc. Voss., et II alii Heins. *moll. hora.* Heinsius notat: „aut legendum *mollior ira,* aut *moll. aura mari* vel *salo,* ut persistat in figura coeptae orationis.“ Verum sensum loci non satis perspexisse videtur Heinsius, qui est: *et, ut facis, ad opem ferendam remis* (adhuc) *luctare, donec* (a) *placido deo* (deo favente) *mollior aura* (quando nunc aspera tempestas est), *veniat.*

Et tutare caput nulli servabile, si non,
Qui mersit Stygia sublevet illud aqua;
Teque, quod est rarum, praesta constanter ad omne
Indeclinatae munus amicitiae.
Sic tua processus habeat fortuna perennes; 25
Sic ope non egeas ipse, iuvesque tuos;
Sic aequet tua nupta virum bonitate perenni,
Incidat et vestro nulla querela toro;

21. *Servabile* a Nasone novatum adiectivum, ut huius generis permulta, velut *agitabilis* Met. I, 75., *dubitabilis* Met. I, 223. et XIII, 21., *iaculabilis* Met. VII, 680., *forabilis* Met. XII, 170., *resonabilis* Met. III, 358., *violabilis* Her. XV, 79., *Spectabilis* Art. A. I, 557., al. Vid. not. ad III, 12, 45. et I, 5, 28. Tres Heinsii *sanabile*.

22. *Qui mersit Stygia,* qui in tartarum misit: nam passim exsilium suum interitum et mortem appellat. I, 4, 28. V, 9, 19. est *Stygia ab unda revocare.* Met. X, 697.

An Stygia sontes dubitavit mergeret aqua.

Conf. Met. III, 272. et Pont. IV. 9, 74. Ad sententiam conf. etiam I, 1, 99., I, 2, 62., II, 19. et V, 2, 74. De Styge, inferorum fluvio, vid. not. ad V, 2, 74.

23. *Rarum.* Mor., Gall. et pro v. Franc. *gratum. Burm. Te praesta,* promtus et paratus esto. Vid. not. ad II, 170. Guelf. in rasura *praesta et const.*

24. *Indeclinatae,* quae non declinat de recta via, firma. Pont. IV, 10, 83.

— — — — qui perstas indeclinatus amico.

Quod vocabulum Naso novasse videtur. Vid. ad v. 21. — Leid. *nomen amicitiae.*

25. *Processus.* Put., Bern. et duo alii *successus.* Male. Vid. ad I, 9, 40. *Burm.* Etiam Dresd. pro v. *successus.*

27. *Bonitate.* Put. *probitate.* Leid. *novitate. Bonitate,* ut *bona progenies* IV, 2, 40., *bonae nurus, bonus dux* Hor. Od. IV, 5., et hoc uno epitheto omnes virtutes fere comprehendi Cicero indicat Tuscul. V. c. 10. *Burm.*

Sic. Vid. ad II, 153. *Perenni* moleste quidem post *perennes* v. 25. repetitur, sed novimus Nasonem saepe in eo genere paullo negligentiorem esse.

28. *Nulla querela.* Vett. edd. praeter Bonon. et unus et alter Heins. *rara querela.* Put., Pal. 2., exc. Voss., XXII alii Heinsii, Bern., Goth., Dresd., Rel., Crev., Busl., Seg. et ed. Bonon. *nulla quer.* Scriptura *rara querela,* quae perparvam habet auctoritatem vetustatis, mihi excogitata atque inventa esse videtur aut a moroso quodam monacho, qui locum magis ad vitam et experientiam, quam ad artem atque elegantiam exigeret, aut ab infelici quodam marito, qui ex dominae suae natura ac moribus de

Diligat et semper socius te sanguinis illo,
Quo pius affectu Castora frater amat; 30
Sic iuvenis similisque tibi sit natus, et illum
Moribus agnoscat quilibet esse tuum;
Sic faciat socerum taeda te nata iugali,
Nec tardum iuveni det tibi nomen avi.

reliquis omnibus falso iudicans matrimonium esse nullum sine querela putaret. Certe poëtae elegantiam si perspicio, cum semel optaret, viro amicissimo et optimo summum et maximum optavit, itaque scripsit *nulla querela*. Huc pertinet titulorum in sepulcris formula: *Vixerunt sine querela*. Fast. V, 205.

Vim tamen emendat dando mihi nomina nuptae,
Inque meo non est ulla querela toro.

Opposuit Merkel, qui dedit *rara quer.*, Ovidium fortasse habuisse, cur necesse haberet haec precari. At tum poëta nihil potuisset facere absurdius, quam amicum illius calamitatis domesticae admonere. Nam illo *perenni* non magis turbatam amici pacem domesticam fuisse declaratur, quam ex illo *semper* v. 29. suspicio est fratris in amore inconstantiae. Bern. *inc. et dextro*. Berol. *iusta querela*, e glossa.

29. *Socius — sanguinis*, est frater, ut e contextu orationis apparet. Reg. et Seg. *socius semper*.

30. *Castora frater amat*. Fabula varie narratur. Castor et Pollux, Iovis et Ledae, quae uxor fuit Tyndarei (I, 10, 45.), filii ita sese amabant, ut Pollux, in pugna occisus, cum a Iove in coelum translatus esset, rogaret, ut honorem immortalitatis cum fratre communicare liceret. Fast. V, 699. Ibique Gier., Hom. Odyss. XI, 297., Hyg. F. 80., Apollod. III, c. 10—12., Hemsterhus. ad Lucian. Dial. Deor. Tom. II. p. 88., Virg. A. VI, 121. Bern. *quo*.

31. „*Sic iuvenis filius et similis tibi sit* (fiat) *et quilibet ex moribus eius agnoscat eum esse tuum*.“ *Que — et*, ut passim. Vid. V, 8, 11. Bersm. *Sic iuvenis tibi consimilis sit natus et ipsum*. Rel. *similis iuvenisque*.

33. *Taeda — iugali* pro nuptiis, quia novae nuptae taedis deducebantur. Fest. in v. et Serv. ad Virg. Ecl. VIII, 29.

Quod nunc vulgo legitur *socerum fac.* nonnisi Reg. et V alii Heins., Bern., Berol. et Heins. ed. pr. et relique saec. XV. habent. Goth. *te teda*. Seg. *lecta te*. Pal. 2., Gall., Franc. et Berol. *lecto te*. Guelf. *lecto tibi*.

34. *Tardum*. Pal. 1., IV alii Heins. et vett. edd. *tarde*. Frustra. Conf. IV, 10, 75.

In Pal. 1. et 2., Franc., Pirckh., exc. Voss., Mor., Busl., Iun., Leid., Guelf., Goth., Seg., Dresd., Berol., Crev. et vett. edd. Elegia V. et VI. in unum carmen coniunctae leguntur. Verum hoc versu carmen finire nemo non videt. Vid. ad III, 6. in fine.

ELEGIA VI.

Tempore scribit omnia mutari, sua vero mala non modo non minui atque liniri, sed etiam fractis diu patiendo viribus intolerabiliora fieri, itaque unum solatium esse, quod propinqua morte finem sint habitura.

Tempore ruricolae patiens fit taurus aratri,
Praebet et incurvo colla premenda iugo;
Tempore paret equus lentis animosus habenis,
Et placido duros accipit ore lupos;
Tempore Poenorum compescitur ira leonum, 5
Nec feritas animo, quae fuit ante, manet;

ELEGIA VI.

1. *Ruricolae — aratri.* Haeserunt quidam interpretes illo *agricolae—aratri.* Sed huiusmodi substantiva ad modum adiectivorum poni, notum est. Sic Tibull. I, 10, 46. *aratores boves,* Ov. Trist. I, 10, 26. *ruricola deus,* Pont. II, 2, 82. *famulus vertex,* Amor. II, 5, 30. *domina manus,* Fast. IV, 858. *victor pes,* Virg. A. I, 21. *populus rex,* Amor. I, 6, 25. *serva aqua,* Tr. IV, 2, 47. *victor currus,* Her. X, 90. *serva manus.* Nec porro diversum genus *agricolae* et *aratri* quidquam insoliti habet, quum omnia illa verba vim ac naturam retineant substantivorum, nec audacius dictum quam *iudice bello* apud Lucan. et alia huius generis permulta. Quid, quod apud Lucanum de eodem aratro legitur *ruricola dens:* VII, 859.

Pluraque ruricolis feriuntur dentibus ossa.

Busl. *patiens est.*

2. *Premi iugo* recte dicitur, quia boves *sub* iugum ducuntur aut eidem *sub*mittuntur. Tibull. I, 10, 46.

Duxit aratores sub iuga curva boves.

IV, 1, 170.

Hinc et colla iugo didicit submittere taurus.

Vid. not. ad Her. XII, 40. Goth., Crev., Rel., Berol. et quaedam vett. edd. *in curvo.*

3. *Lentis,* flexibilibus. Vid. IV, 1, 9. et not. ad V, 4, 16.

4. *Et placido. Et domitus* duo libri. (etiam Berol.) *Burm. Lupi* i. q. *lupata* Amor. I, 2, 15., quae sunt frena asperrima, dicta a lupinis dentibus, qui inaequales sunt, auctore Serv. ad Virg. G. III, 208. Pal. 1. *at—lupus.*

5. *Compescitur.* Mor. *compellitur.* Bern. *saevorum. Burm. Poenorum,* ut Virg. Ecl. V, 27., pro Libyae sive Africae, ubi plurimi leones et ferocissimi. Vid. Fast. II, 209. Unde *Gaetulos leones* dixit Hor. Od. I, 23, 10., III, 20, 2. et Tibull. I, 4, 17. Conf. Hor. Od. I, 22, 15.

Quaeque sui iussis obtemperat Inda magistri
  Bellua, servitium tempore victa subit.
Tempus, ut extentis tumeat, facit, uva racemis,
  Vixque merum capiant grana, quod intus habent; 10
Tempus et in canas semen producit aristas,
  Et ne sint tristi poma sapore facit.
Hoc tenuat dentem terram findentis aratri,
  Hoc rigidos silices, hoc adamanta terit.

16. ibique interpp., Virg. A. XII, 4. seqq. Plin. N. H. VIII. c. 16. *Primus Romae leones ad currum iunxit M. Antonius et quidem civili bello cum dimicatum esset in Pharsalicis campis, non sine quodam ostento tempore generosos spiritus iugum subire, illo prodigio significans.* Pirckh., Bern., Seg. et ed. Bonon. *tempore saevorum,* et Seg. *luporum.*

7. *Inda bellua,* per periphrasin Elephas, qui *Inda bellua* dicitur, quia in India plurimi et meliores inveniuntur. Elephantorum servitium ac docilitas notissima. Vid. Plin. VIII. c. 1., Senec. Epist. 85. — Virg. Georg. I, 57. *India mittit ebur.* Heinsius loco *iussis* edidit *monitis* e Pol. 1., Pal. 2., Vat. 1., Comb. (sive Dresd.) v. scr. et uno Medic. Accedit Guelf. Sed retinenda est scriptura *iussis* etiam propter illud *obtemperat* et propter rem ipsam: certe sensus bonitate alteri scripturae minime cedit. Martial. Epigr. XVII. de elephante:

Non facit hoc iussus, nulloque docente magistro.

V. 9. Goth. a 1. m., Pirckh., II alii Heins., Berol., Rel. et pro v. Dresd. *extensis.* V. 10. Dresd. pro v. scr. *utque merum.*

11. *Producit.* Put. et V alii Heins. *deducit.* Pal. 1., X alii Heins. et pro v. scr. Dresd. *perducit.* Reliqui et vett. edd. *producit,* quod verbum licet quasi *in lucem ducere* valeat et de semine germinante proprie dicatur, tamen non raro etiam habet vim extendendi, in longum ducendi. Unus Vat. et ed. Bonon. *incanas semper.* — V. 12. Leid. *cavet.*

13. *Terram scindentis aratri.* Pal. 1. et Bern. *findentis.* — Plurimi: Busl., XV alii Heins., Maff., Guelf., Goth., Dresd., Berol. et Crev. *scindentis.* Medic. 1., Barb., Seg., Rel. et vett. edd. praeter Bonon. *renovantis,* quod latet in *removentis* Leid., *revocantis* unius et *morantis* alius Heinsii, sed parvam auctoritatem codicum habet. Itaque nos dedimus *scindentis.* Virg. Georg. I, 50.

At prius ignotum ferro quam scindimus aequor.

Merkel dedit *findentis.* Vat. 2. *patientis,* ex Amor. I, 15, 31.

Ergo cum silices, cum dens patientis aratri
Depereant aevo.

Put., Mor., Serv., X alii Heins., Berol., Rel. et Dresd. *terras.* Porro Mor., Busl., V alii Heins. et vett.

Hoc etiam saevas paulatim mitigat iras, 15
Hoc minuit luctus moestaque corda levat.
Cuncta potest igitur tacito pede lapsa vetustas
Praeterquam curas attenuare meas.
Ut patria careo, bis frugibus area trita est,
Dissiluit nudo pressa bis uva pede; 20
Nec quaesita tamen spatio patientia longo est,
Mensque mali sensum nostra recentis habet.
Scilicet et veteres fugiunt iuga saepe iuvenci,
Et domitus freno saepe repugnat equus.

edd. *dentem tenuat.* Eleganter. Gall., pro v. scr. Dresd. *dentes.* Seg. *et tenuat.* Ad sententiam, Pont. IV, 10, 6.

Et teritur pressa vomer aduncus humo.

14. *Rigidos.* X Heinsii, ab ipso meliores dicti, quorum noti sunt Pal. 2., Put., Serv., Pirckh. et Leid., etiam Guelf. et pro v. scr. Berol. *rigidas.* Reliqui omnes, etiam Dresd., Berol. a 1. m., Crev., Rel., Bern. et vett. edd. *rigidos.* *Silex* est generis communis. Verum Naso prope constanter utitur genere masculino, ut Met. II, 706., VII, 107., X, 242., nisi quod Heinsius femininum multis locis temere supposuit, ut hoc loco, Met. IX, 225. 613. 303., al.

Adamanta. Vid. ad IV, 8, 45.

16. *Levat:* dolor enim premit, est gravis, ingravat. Conf. IV, 8, 34. Barb. *corda domat.* Fragm. Vat. *saevaque corda domat.* Pal. 2. *luctum.* Iun. et II alii Heinsii *cordaque moesta.*

17. *Lapsa.* V Heins., Bern., Berol. et pro v. scr. Dresd. *longa.* Ed. Bonon. *igitur tacite longaeva vet.* *Tacito pede.* III, 8, 36. V. 18. Ed. pr. Heins. *arte iuvare meas.*

19. *Ut,* ex quo. V, 10, 1. Bern. *stricta.* Iun. *careo patria.*

20. *Nudo pressa — pede.* Vid. Prop. III, 15, 18., Tib. I, 7, 35., II, 5, 85. — Nos vero non *nudo pede* uvas calcamus, sed ocreis, quae validissimis soleis et clavis instructae sunt, bene munito atque armato.

21. *Nec quaesita.* Unus Vat. et Arond. *non quassata.* Heins. *Quaesita,* comparata, inventa. *Patientia* est h. l. actio patiendi, tolerantia. Conf. Hor. Od. I, 24, 29.

Scripti nonnulli Heinsii, Berol. et vett. edd. *non.* — Ed. pr. Heins. et Busl. *haec quaesita.*

22. Conf. Pont. I, 2, 29. 39. et III, 7, 33.

23. *Fugiunt iuga saepe.* Pal. 2. *iuga curva.* Placet: ita saepe Naso. Quandoque etiam *iuga panda.* Vid. vers. 2. Heins. Sed veteribus libris ea scriptura non confirmatur, et recte et eleganter, cum duo afferantur similia, particula saepe cum affectu repetitur. Conf.

Tristior est etiam praesens aerumna priore: 25
Ut sit enim sibi par, crevit et aucta mora est;
Nec tam nota mihi, quam sunt, mala nostra fuerunt:
Sed magis hoc, quo sunt cognitiora, gravant.
Est quoque non minimum, vires afferre recentes,
Nec praeconsumtum temporis esse malis. 30
Fortior in fulva novus est luctator arena,
Quam cui sunt tarda brachia fessa mora,
Integer est melior nitidis gladiator in armis,
Quam cui tela suo sanguine tincta rubent.
Fert bene praecipites navis modo facta procellas; 35
Quamlibet exiguo solvitur imbre vetus.

II, 519. 520. — Busl. *iuga saeva.* Bern. *iuga nova.*

Put., Iun. et alius *scil. ut;* e Trist. II, 17. ubi vid. not.

De *scilicet* vid. ad II, 17. et 107. — V. 24. Bern. *indomitus.* Dresd. pro v. scr. *frenos—recusat.* — V. 25. Leid. et II alii Heins. *priori.*

26. „*Ut enim per se minime differat et* (adhuc) *talis sit, qualis ante fuit, ipsa tamen mora* (diuturnitate) *crevit, acerbior facta est,* tamen mora ab ipsa incrementum accessit.“ Conf. Her. XX, 24. Iun. *ne sit.* Bern. *quid fieret sibi par crevit.* Put. et Leid. *est* omittunt. V. 27. Berol. *non—fuere.*

28. *Magis hoc, quo.* Pal. 1., Guelf. et a 1. m. Dresd. cum vett. edd. *magis haec. Hoc* Goth., Bern. et nostri omnes, (nisi quod Dresd. pro v. scr.,) et Heinsii ut videtur tantum non omnes. Reg., Gall., Berol. *quod sunt.* Iun. *quod sint.* Barb. et Berol. *nunc magis.*

29. *Non minimum.* Rott., Leid., Guelf. et pro v. scr. Dresd. *non nihilum.* Put. et III alii Heins. *non nimium.*

30. *Praeconsumtum* ab Ovidio, ut videtur, novatum verbum, ut *praecontrecto* Met. VI, 478., *praedelasso* Met. XI, 731., *praecorrumpo* Met. XIV, 135., *praeverro* Amor. III, 13, 14., *praesono* Amor. III, 13, 11., al. Vid. ad I, 5, 28., IV, 9, 29., V, 4, 40. et IV, 5, 21.

31. *Arena,* pro circo in usum certaminum *arena* recens strato. Vid. IV, 9, 29. Busl. *fortior est novus in fulva.* — V. 32. Mor. *sunt cui.* Iun. *corpora.* Seg. *brachia lassa,* et II Heinsii *lenta.*

33. *Nitidis in armis. Arma nitida* opponuntur *sanguine tinctis,* de quibus vid. Bentl. ad Hor. Od. II, 1. Put. *pulcris.* Pirck. et vett. edd. male *integer et melior.* Goth., Rel. a 1. m. et vett. edd. praeter Bonon., *glad. arenis.* V. 35. Unus Vat. *modo secta.* V. 36. Pal. 1. et VII Heins. *quolibet.* Idem Dresd. et Busl.

Nos quoque, quae ferimus, tulimus patientius ante,
Quam mala sunt longa multiplicata die.
Credite, deficio, nostroque a corpore quantum
Auguror, accedent tempora parva malis. 40
Nam neque sunt vires, nec qui color esse solebat;
Vix habeo tenuem, quae tegat ossa, cutem.
Corpore sed mens est aegro magis aegra, malique
In circumspectu stat sine fine sui.

38. *Quam mala etc.* Recte vett. (qui sunt Mor. et III alii) *et mala.* HEINS. Et sane locum habere potest, ut hic versus contineat caussam, cur mala ante patientius tulerit; quemadmodum in simplici sermone saepe sententiae quas vocant caussales per solam particulam *et* ad primarias adiunguntur. Quis ignorat Homeri in hoc genere usum particulae δέ? Conf. Virg. A. X, 618. et XI, 272. et vid. Bach. ad Ov. Met. III. 456. et XIV, 493. Sed nimium ista scriptura discrepat a scriptura vett. librorum prope omnium et vett. edd. *quae.* Quum vero illa ferri vix possit, mihi, ut vulgatae haud ita dissimilis, vera videtur unius Heinsianae editionis principis scriptura *quam,* olim a Gronovio et Bersmanno probata, ut coniungendum sit *antequam;* cuius tmesis exempla praebet Forcell. Conf. Met. XIII, 324—326. — Bern. et Crev. *quod.*

Idem Heinsius, ut nova et insolita ubique cupide arripiens, e Gall. et V aliis novavit *longo.* Vid. ad I, 5, 14.

39. *Nostroque—quantum.* Iun., II alii Heins. et Dresd. *quantumque a corpore nostro.* Leid., Franc. pro v. scr. et Rel. *a pectore.* Put. *a tempore,* ex v. 40.

Sensus est: *et quantum a corpore nostro* (defecto) *auguror, mala nostra nonnisi parvum tempus durant sive durabunt.* Conf. III, 3, 42., III, 4, 24., V, 13, 3. De illo *auguror nostro* pro *meo* vid. ad V, 2, 77.

40. *Accedunt.* Omnes vett. edd. et codd., praeter Bern. qui *accedant,* exhibent *accedunt,* itaque nescio unde natam vulgatam non licet retinere, cum res aut mox aut certe eventura saepissime non futuro sed praesenti enuntietur. Vid. Her. V, 117. et not. ad Her. III, 58., Munker ad Hyg. F. 41., Cort. ad Sallust. c. 14., Herzog. et Moeb. ad Caes. B. G. II. c. 32., Perizon. ad Sanct. Minerv. I. p. 133.

41. *Nec qui etc.* Heinsius e Mor. dedit *neque,* deinde e Iun., Leid. et II aliis *ante* pro *esse,* denique v. 42. ex uno Ital. *vixque* pro *vix.* Quarum emendationum nulla satis firma est nec e sensus ratione necessaria. Iun., Serv. et Seg. *tegit.* Goth. *et qui.*

43. „*Et mens reputat* ...“ quod poëtice reddidit: *et mens stat in circumspectu* .., a speculatore sumta metaphora.

Urbis abest facies, absunt, mea cura, sodales, 45
Et, qua nulla mihi carior, uxor abest;
Vulgus adest Scythicum braccataque turba Getarum:
Sic mala quae video non videoque nocent.
Una tamen spes est, quae me solatur in istis:
Haec fore morte mea non diuturna mala.

45. *Mea cura.* Conf. II, 1. *Abest* et *adest* v. 47. opponuntur. — Bern. *desunt.* Conf. III, 4, 53.

46. *Et qua nulla mihi carior.* Conf. V, 14, 2., III, 3, 15., III, 9, 10., I, 6.

47. *Braccataque turba* cum acnmine dictum est, ut dicitur *gens togata.* De braccis dictum ad III, 11, 19. Vett. edd. *bacchataque.* Guelf. *brachataque.* Pal. 1. *brachiataque.* Reg. *barbataque.*

48. *Sic mala quae etc.* Mor., Leid. et vett. edd., praeter Bonon., *sic me—movent.* II Heins. *sic mala— movent.* Reliqui omnes *sic mala nocent,* nisi quod Pal. 1. *sic me nocent.* Heinsius notat: „An urbis faciem et sodales absentes pro malo numerat? Non puto. Scribe *male nocent.*“ Sed Heinsianum *male* praeter quod omnino nullam auctoritatem codicum habet, mihi etiam ideo non parum suspectum est, quod *mala* apud Ovidium tam saepe in *male* corrupit. Vid. V, 7, 49., Fast. II, 170. Accedit, quod hoc loco fere abundaret. Mihi verum videtur *mala.* Novimus enim Nasonem acumina captare et antitheta. Hinc absentiam sodalium et urbis *absens* malum sive *quod non videat* dicit, ut praesentiam Getarum per antithesin *praesens* malum sive *quod videat* appellet.

49. *Quae me solatur.* Pal. 2., Reg.., Gall., Serv., Iun., Leid., XI alii Heins., Guelf., Rel., ed. pr. Heins. et ed. Bonon. *soletur.* Reliqui scripti et editi omnes *solatur.* Indicativus, quo res pro certa enuntiatur aut *colon* illud merum adiectivum efficitur, huic loco accommodatior est. Heinsius sibi in pravis saepe constans induxit coniunctivum. Vid. not. ad III, 3, 6. Busl. *in illis.*

ELEGIA VII.

Queritur apud amicum, per totum biennium, ex quo in Scythia sit, nihil se ab eo accepisse literarum, quod etiamsi ex eo accidisse libenter credat, quod literae eius interceptae sint, tamen frequenter scribendo curet, ut omnem neglectae amicitiae suspicionem sibi eripiat.

Bis me sol adiit gelidae post frigora brumae,
  Bisque suum tacto Pisce peregit iter.
Tempore tam longo cur non tua dextera versus
  Quamlibet in paucos officiosa fuit?
Cur tua cessavit pietas, scribentibus illis, 5
  Exiguus nobis cum quibus usus erat?
Cur, quoties alicui chartae sua vincula demsi,
  Illam speravi nomen habere tuum?

ELEGIA VII.

1. *Bis me sol adiit.* Conf. IV, 6, 19. 20. Heinsii ed. pr.

Bis me sol gelidae vidit post tempora brumae.

Pol. 1. et 2., Franc., Put. et quidam alii *gelidam post frigore brumam.* Serv. et Seg. *gelidam post frigora brumam.* Guelf. *gelidam sub tempore brumae.* Bern. *tempora.* Berol. *gelida bruma.*

2. *Pisces* XII signorum coelestium ultimum (Voss. ad Virg. Georg. I, 231. seqq., Senec. Thyest. v. 367.), quos sol XV. Cal. Mart. subit, quibusque XII. Cal. April. relictis aequinoctium veris est, a quo dies longiores fieri incipiunt. Atque inde nata opinio, solem iter suum *tacto Pisce* finire, cum Ariete denuo incipere atque nostrae zonae propius venire. Vid. ad III, 12, 3. Met. X, 165.

— — — — — quotiesque repellit
Ver hiemem, Piscique Aries succedit aquoso.

Pal. 1. *bis quia sum.* Seg. *suo tacitum,* a corr. *suum tacito. Tacito* etiam Dresd.

3. *Versus* non carminis intelligendi, sed lineae quae dicuntur epistolae.

4. *In* finem declarat. „. . *se officiosam praestitit, ut quamlibet paucos versus scriberet?*“ — Pal. 1. *quod sibi in.* Leid. et Crev. *quoslibet.* Barb., III alii Heins. et Rel. *officiosa venit.*

5. *Tua,* cum vi. „*Cur tua . . ., cum* (tamen) *scribant illi . . .*“ *Cessavit.* Vid. III, 8, 26.

7. *Cur quoties etc.* Ita Pal. 1.

Di faciant, ut saepe tua sit epistola dextra
Scripta, sed e multis reddita nulla mihi! 10
Quod precor, esse liquet. Credam prius, ora Medusae
Gorgonis anguineis cincta fuisse comis;
Esse canes utero sub virginis; esse Chimaeram,
A truce quae flammis separet angue leam;

(nisi quod: *totiens* et *cur te* pro *chartae*), Pal. 2., Iun. et Leid. — Put., Reg., Serv., Busl., XV alii Heins., Goth., Guelf., Bern., nostri V et vett. edd. *cur quoties alicui chartae sua v. d.* Gall. *sua* omittit. Mor. et nonnulli (?), ed. Ald. et aliae: *cur quoties* (sive *quotiens*) *alicui dum ch. v. d.*, ex quo apparet Aldum unumvel alterum codicem, qui *toties* exhibent, vidisse. Merkel dedit: *cur toties alicui chartae sua v. d., Illam speravi* etc., contorta structura nec satis plana sententia. Mihi vera videtur, quam dedi, scriptura omnium prope codd. et vett. edd.; neque tamen cum Burmanno *speravi* accipiendum existimo pro *frustra speravi*, sed proprie: *cur, quoties . . ., illam speravi. . .* Sc. non usque speraturus, si iam unam vel alteram accepisset. Dresd. *toties alic. chartae dum v. demsi*, pro v. scr. *et sua vinc.* Ed. Bonon. *alacri chartae.* Exc. Voss., alius Heins. et Goth. *demsi* s. v. *chartae.* Seg. v. 8. *hanc non speravi.* Rel. a 1. m. *tui.*

De illo *sua* conf. A. A. III, 272. *Vincula.* Claudebant enim epistolas ita, ut complicatas lino obligarent, et in vinculi nodo sigilla, signa, imprimerent. Cic. Acad. IV. c. 26., pro Flacco c. 16., Catil. III, c. 5., Pont. III, 7, 5. Vid. Lips. de Instit. Epist. c. 40.

10. *E multis.* XV Heins., Guelf., Dresd. et Berol. *ex.* Pal. 1. *scripta sit e.* Rel., Leid. et Crev. *mihi est.*

11. *Medusae Gorgonis.* Gorgones Phorci filiae, Medusa, Stheno et Euryale, quae *anguineos* vel *angue nodosos*, ut est Pont. III., capillos, aereas manus et aureas alas habebant, et quemvis, qui eas adspiceret, in lapidem mutabant. Aliis auctoribus hanc vim una habuit Medusa quam Perseus occidit. Vid. ad II, 401., III, 8, 6., Pont. I, 2, 27., Hyg. Fab. 63. 64., Apollod. II. c. 3., Met. V, 242. et IV, 614., Virg. A. II, 616. et VIII, 435. ibique Heyn. — Berol. *quae.* Goth. et Crev. *liquet esse precor.* — V. 12. Leid. *Gorgona sanguineis cuncta.* Pal. 1. et alius *anguicomis.* Pirckh., Serv. et II alii Heinsii *anguigenis.*

13. *Esse canes utero. Scylla* Phorci filia, quae, cum Glaucus deus marinus eius amore captus esset, a Circe in monstrum marinum mutata est, atque:

Illa feris atram canibus succingitur alvum,
Virginis ora gerens —

ut est Met. XIII, 731. Vid. Met. II, 394., XIV. 1. seqq., VII, 65., Hom.

Quadrupedesque hominum cum pectore pectora iunctos; 15
Tergeminumque virum tergeminumque canem;

Odyss. XII, 55., Apollod. I., Hyg. F. 125. 199., Heyn. ad Virg. Ecl. VI. Exc. 4.

Chimaera Lyciae monstrum, cuius formam Lucretius describit hoc carmine (V, 902.).

Qui fieri potuit, triplici cum corpore ut una,
Prima leo, postrema draco, media ipsa, chimaera (h. e. capra)
Ore foras acrem flaret de corpore flammam?

Quorum versuum qui medius est conversus est ex Hom. Il. VI, 181.

πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χιμαίρα.

Vid. not. ad II, 397., Hyg. F. 185., Met. IX, 647., Apollod. II. c. 3. ibique Heyn. Iam vide acumen poëtae: *quae* (chimaera) *flammis suis leam a truce angue separet, distineat.* — Busl. et Berol. *uterum.* Pro *separet* Guelf., Goth., Bern. et nostri praeter Berol. cum vett. edd. *separat,* atque inde coniectura est de Heinsianis. Verum indicativus, ut hic versus quasi pro adiectivo sit, et sensus sit: *scilicet quae, ut notum est, leam . . . . separat* paullo insolentior est. Vid. Herzog ad I. Caes. B. G. VI. c. 10. et Zumpt. Gramm. Lat. §. 547. Conf. tamen not. ad IV, 10, 44. — Pal. 1. *aut te quae.*

15. *Hominum.* Vett. edd. (etiam cod. Goth.) *vinctos.* Lege ex omnibus scriptis *iunctos.* Cior. Plurimi Heins., Guelf., Bern., nostri V et vett. edd. *homines.* Pol. 1., Vat. 1., Medic. (1), Guelf., Mor. et Leid. *hominum.* Goth., Franc. (?) et alius Heins. *hominis. Homines* nihili est. *Hominum* legatur, an *hominis* parum refert. Itaque dedi *hominum* eam ob caussam, quia maiorem habet auctoritatem codicum. Nam scriptura *hominis* non e similitudine, quam habet cum *homines* nata videtur, verum ex illo *quadrupedes.* Itaque etiam in vett. edd. post *quadrupedes homines* comma exstat.

Dicit autem *Centauros,* fabulosam Thessaliae gentem, qui corpus inferius equi inde *quadrupedes,* superius hominis habere fingebantur. Apollod. II. c. 5., Metam. IX. et XII., Plin. N. H. VII. c. 56., Ael. V. H. IX. c. 16., Voss. ad Virg. Georg. II, 456. et interpp. ad Aen. VI, 286. *Pectora iunctos* acc. qui vocatur Graecus. Conf. IV, 2, 5.

16. *Tergeminumque virum.* Geryona dicit, qui fuit tyrannus Iberiae, tribus corporibus a fabula instructus, unde *prodigium triplex* Her. IX, 91., et *tricorpor* Virg. A. VI, 289., *tripector* Lucret. V, 28. Vid. Heyn. ad Virg. l. l. et ad Apollod. II. c. 5., Metam. IX, 184. ibique Gier. Conf. Iustin. XLIV. c. 4. *Tergeminus canis* est Cerberus, custos portarum Tartari, monstrum, tribus capitibus caninis horrendum. Alii auctores centicipem faciunt. Apollod. II. c. 5. εἶχε δὲ οὗτος τρεῖς μὲν κυνῶν κεφαλὰς, τὴν δὲ οὐρὰν δράκοντος, κατὰ δὲ νώτου παντοίων εἶχεν ὄφεων κεφαλάς. Virg. Aen. VI, 417., Hom. Il. VI, 367. Leid. *tergeminosque canes.*

Sphingaque et Harpyias serpentipedesque Gigantas,
Centimanumque Gyan semibovemque virum —:

17. *Sphingaque.* Sphinx monstrum fuit prope Thebas, caput et pectus habens virginis, corpus canis, alas avis, ungues leonis, caudam draconis. Accedentibus aenigma proponebat, quod qui non solveret, dilacerabatur. Oedipus solvit. Quo facto Sphinx se de rupe praecipitasse ac periisse fingitur. Apollod. III. c. 5. ibique Heyn., Sophocl. Oed. Tyr., Hesiod. Theog. v. 326., Hyg. Poët. astron. II. c. 35. *Harpyiae,* monstra rapacia, quibus serior fabula tribuit virginis vultum, corpus avis, foedissimam ventris proluviem, qua omnia foedarent et foetore implerent, uncas manus et pallida semper ora. Virg. Aen. III. 221. ubi vid. Serv. et Heynii Excurs. VII., Hyg. F. 14., Apollod. I. c. 9. ibique Heyn. Vox trisyllaba de more Graecorum. Vid. Forcell. Lexic. Sic Latini etiam *pituita, fortuitus, gratuitus* dicunt. Vid. Schmid. ad Hor. Epist. I, 1, 108. *Gigantes,* Tartari e Terra filii, monstra horrenda, quibus ut est in Fast. V, 37., *mille manus et pro cruribus angues,* unde *serpentipedes, anguipedes,* δρακοντόποδες. Qui quum Iovem e coeli possessione vellent deiicere, eoque consilio Olympo Ossam, Ossae Pelium imposuissent, a Iove fulminis ictu oppressi sunt. Hyg. F. 3., Apollod. I. c. 6. ibique Heyn., Metam. I., Claudian. Gigantomach. Sed quis poëtarum eam fabulam non tetigit? Vid. ad II, 333. Heinsius e Rottend. et Busl. induxit *Gigantas.* Ego malim cum reliquis omnibus libris editis et scriptis *Gigantes* et h. l. et II, 333., quum Nasonem Graecas Graecorum nominum formas non ubique usurpasse constet.

18. *Gyan.* Vulgo *Gygen.* Rott. *Gyan.* Alii multi *Gyam.* Pal. 2. *Giam.* Vid. Muret. Var. Lectt. XIII. Heins. Guelf. *Gygem.* Mor., Busl., III alii Heins. *Gygam.* Dresd. *Gigan.* Plurimi codd., ut videtur, *Gygem* ut vett. edd. quaedam, aut *Gygen.* Sed recte mihi monere videtur God. Hermann Opusc. II. p. 176. „*Gyges* nominis forma, quae notior librariis esset ab rege Lydiae, verae *Gyas* substituta est.“ Goth. *semivirumque bovem,* ex A. A. II, 24. — *Gyas* unus e Centimanis, cui uti etiam fratribus, Briareo et Cotto, centum manus et quinquaginta capita tribuuntur, qui cum Titanibus coelum quum occupare conarentur, a Iove in Tartarum deiecti sunt. Secundum alios fabulae auctores diis adversus Titanas auxilio fuerunt. Vid. Apollod. I. c. 1. ibique Heyn., Hesiod. Theog. a v. 617., Mitscherl. ad Hor. Od. III, 4, 69. — *Semibovem virum* Minotaurum dicit, qui caput bovis et corpus hominis habebat, quod monstrum Pasiphaë, Minois Cretensium regis uxor, quae daedali arte in iuvencam ligneam inclusa taurum admiserat, peperit, Theseus interfecit. Her. X., Met. VIII, 155. seqq., Apollod. III. c. 1. ibique Heyn., Virg. Aen. VI, 14. ibique Serv. Art. A. II, 24. de eodem ludit:

Semibovemque virum semivirumque bovem,

Haec ego cuncta prius, quam te, carissime, credam
Mutatum curam deposuisse mei. 20
Innumeri montes inter me teque, viaeque,
Fluminaque et campi, nec freta pauca iacent:
Mille potest causis, a te quae litera saepe
Missa sit, in nostras nulla venire manus.
Mille tamen causas scribendo vince frequenter, 25
Excusem ne te semper, amice, mihi.

ELEGIA VIII.

Poëta praesentem rerum suarum conditionem comparat cum tranquillo illo atque felici vitae statu, quem sibi in senectute futurum olim in animo finxerat, queriturque, quod in ipso aetatis senilis limine, cum adhuc vitam inculpatam peregisset, tantam Augusti in se iram concitarit, monetque amicos, ut suo exemplo moniti Principis favorem demerere sibi atque servare studeant.

Iam mea cygneas imitantur tempora plumas,
Inficit et nigras alba senecta comas;

20. Pal. 1. *mutatum ut curam.*

21. *Innumeri.* Pr. ed. *Ionium.* Iun. *freta parva.* Seg. a 1. m. *longa.* In Leid. versus 23. locum tenet versus vicesimi primi, et versus 21. est, quo loco vulgo legitur versus 23. — V. 23. Pal. 1. *a te cur lit.* Goth. *lit. saepe missa sit.* Seg. *a te causis.*

24. *Nulla venire.* Vett. edd. et omnes prope codices *rara venire.* Sed Berol., Dresd. et II Heins. *nulla venire,* quod primus recepit Heinsius, postulantibus v. 3. et seqq. Serv. *saepe ven.* Seg. *ausa ven.* Alii *pauca, tarda.* — V. 25. Iun. et Crev. *scribens tu.* — V. 26. Busl. et Dresd. *nec te.*

ELEGIA VIII.

Elegia VII. et VIII. in Franc., Iun., Leid., Pirckh., Dresd., Berol., Seg. et aliis unum carmen efficiunt.

1. *Cygneas,* cygni qui albi coloris est. Vid. v. 33. et IV, 10, 93. *Inficit, canas reddit,* sed cum notione corruptionis. Tibull. II, 2, 19.

— — — — — — dum tarda senectus
Inducat rugas inficiatque comas.

Idem I, 8, 43.

Cum vetus infecit cana senecta caput.

Iam subeunt anni fragiles et inertior aetas,
  Iamque parum firmo me mihi ferre grave est.
Nunc erat, ut posito deberem fine laborum 5
  Vivere, me nullo sollicitante metu;
Quaeque meae semper placuerunt otia menti,
  Carpere, et in studiis molliter esse meis;
Et parvam celebrare domum veteresque Penates,
  Et quae nunc domino rura paterna carent; 10
Inque sinu dominae carisque sodalibus, inque
  Securus patria consenuisse mea.

Prop. III, 5, 24.

Sparserit et nigras alba senecta comas.

Pal. 1. et Bern. *mutantur.* Hafn. *cana senecta.* Voss. *curva.* Reg. *infecitque nigras.* Pal. 1. *inficietque nigras.*

3. *Fragiles,* debiles. Sed *frangere* pro infirmare solemne est, hinc etiam *fragilis.* Hor. Sat. I, 1. initio. — Berol. *et* omittit.

4. Ordo est: *et iam grave est mihi parum firmo, me ferre, me sustinere.*

5. *Nunc erat.* Ex nostro modo dicendi: *nunc tempus fuisset,* vel *esset.* Constructio *erat, fuit, erit ut,* non addito verbo *tempus,* apud Nasonem frequens est. Her. VII, 19.

Quando erit, ut condas instar Carthaginis urbem.

Vid. Sanct. Minerv. IV. c. 4. Vat. 1., IV alii Heins. et Rel. *malorum.*

6. *Me nullo.* Vat. 1., Pol. 1., Franc., Put., Reg., Gall., Serv., Iun., Leid., IV alii Heins., Berol. et Crev. *cum nullo.* Seg. *non ullo.*

7. Conf. IV, 10, 39., I, 5, 72. 74.

8. *Molliter esse. Esse,* si notionem *vivere, degere, vitam agere* declarat, adverbiis iungitur. Vid. Forcell. in v. *sum* et Rudimann. Gramm. Lat. II. 304. *Molliter* fere est nostrum *behaglich.*

9. *Veteresque Penates.* Tres libri Vatt. et Maffei *veteresque* pro vulg. *patriosque.* Cior. Hoc praeferendum, quia sequitur *paterna.* Voss. *rura relicta.* Burm. *Patriosque* Pal. 2., Put., Mor. pro v. scr. et vett. edd. praeter Bonon. Gott. *et patriam celebrare.*

10. *Paterna,* in Pelignis. Vid. IV, 10, 2. seqq. Pont. I, 8, 41.

Non meus amissos animus desiderat agros
Ruraque Peligno conspicienda solo.

Alia eius rura vel horti erant prope Romam. Vid. v. 25. De constructione conf. III, 2, 3. Leid. *nunc quae.* Goth. pro v. scr. *tecta.*

11. *Sodalibus. Sodalibus* primae edd. et plurimi scripti, non *nepotibus.* Heins. Confirmatur eo, quod nepotum praeter locum illum IV, 10, 75. nusquam habuit mentionem; et multis locis patriam, uxorem et sodales simul commemorat.

Haec mea sic quondam peragi speraverat aetas;
Hos ego sic annos ponere dignus eram.
Non ita dis visum, qui me terraque marique 15
Actum Sarmaticis exposuere locis.
In cava ducuntur quassae navalia puppes,
Ne temere in mediis destituantur aquis.
Ne cadat, et multas palmas inhonestet adeptas,
Languidus in pratis gramina carpit equus. 20

Vid. infra v. 51. De duplici potestate praepositionis *in*, quae secundo loco fere est pro *inter*, vid. not. ad II, 567. De interposito verbo *securus* inter praepositionem et nomen, quod ea regitur, vid. not. ad I, 10, 15. *Nepotibus* Reg., Bern., pr. ed. Heins. et unus et alter eius codicum et Rel. pro v. scr. — Iun. *penatibus*.

13. „*Haec sic peragi mea aetas quondam speraverat.*"

14. *Annos ponere.* Sex (Pal. 2., Pirckh., Mor. et III) *canos ponere;* sed neque *cani* neque *anni* Latine *ponuntur*. Heins. *Annos ponere* pro *consumere* Hor. Sat. II, 17, 112. Cic. ad Fam. Epist. V. 21. Pont. I, 5, 48.

Quo ponam vigilans tempora longa modo.

Conf. Pont. I, 5, 36. — Leid., Pol. 2. et IV alii Heins. *non ego sic.*

15. Put., VI alii Heins., Goth., Bern., Rel. et vett. edd. *visum est.*

16. *Actum.* Duo Vat. et Maff. meliorem habent scripturam *actum.* IV, 10, 109.

Tacta mihi tandem est longis erroribus acto
Iuncta pharetratis Sarmatis ora Getis.

Cior.

Pal. 2., Busl., Leid., IX alii Heins., Goth., Rel., Seg. et vett. edd. *iactum.*

Exposuere non sine notione vitae periculi et solitudinis; ut infantes *exponi* dicuntur. Crev. et Rel. *impos.* III Heins. *exp. iugis,* ex I, 8, 40. ubi vid. not.

17. *Cava,* reducta. De *quassis* conf. I, 2, 2.

18. *Destituantur.* Guelf., Pal. 2., Reg. et vett. edd. *dissoluantur.* III Vat., Maff., Pal. 1., Franc., Bern., Put., Gall., exc. Voss., Iun., Leid., Pirckh., XIII alii Heins., nostri V, Bersm., Reg. pro v. et ed. pr. Heinsii *destituantur.* Mor. et Busl. *nec destituuntur;* male ut e v. 19. et 20. satis apparet. *Dissoluantur* parvam habet auctoritatem, nec satis emendate dicitur *temere dissoluantur.* Itaque cum Merkelio dedimus *destituantur.*

19. Heinsius inculcatum hoc distichon esse existimat, quod verbum *dehonestandi* alibi non legatur. At hoc ipso mihi non parum confirmari videtur, esse hos versus vere Ovidianos, quum huius modi verba complura ab hoc poëta novata esse constet. Vid. ad III, 15, 23., I, 5, 28. Scipio Gentil. ad Apulei. Apol. n. 33. *inhonestamen-*

Miles ut emeritis non est satis utilis annis,
Ponit ad antiquos, quae tulit arma, Lares.

tum non ab Apuleio solum, sed etiam a C. Graccho olim usurpatum memorat. Sententia quoque optima est, vere Romana et antiqua, et apud Nasonem etiam alibi obvia. Metam. VII, 542.

Acer equus quondam, magnaeque in pulvere famae
Degenerat palmas, veterumque oblitus honorum
Ad praesepe gemit leto moriturus inerti.

ubi *degenerare* cum accusativo novavit, ut h. l. et aliis ipsum verbum. Quid, quod tres istas similitudines in simillima sententia coniunxit Amor. II, 9, 18., quem locum etiam propter similitudinem, quam in reliquis cum eo, de quo quaerimus, habet, apponam:

Fessus in acceptos miles deducitur agros,
Tutaque deposito poscitur ense rudis,
Longaque subductam celant navalia pinum,
Mittitur in saltus carcere liber equus.

Huc pertinet Cic. de Senect. c. 5.

Sicut fortis equus, spatio qui saepe supremo
Vicit Olympia, nunc senio confectu' quiescit.

Hor. Epist. I, 1, 8.

Solve senescentem mature sanus equum, ne
Peccet ad extremum ridendus et ilia ducat.

Palmas intellige victorias, ut Virg. Georg. I, 59. *Etiadum palmas equarum.* Conf. Georg. III, 49. Dictum autem e more Romanorum, apud quos palmae in tali re usus. Nam Olympionicis propriae erant coronae oleaginae (Vid. ad IV, 10, 95.), nisi praeter olivam etiam palma ornatos fuisse intelligas. Vid. Bentl. ad Hor. Od. IV, 2, 18., Lips. Epist. Cent. III. 26., Plutarch. Symp. VIII. c. 4. Conf. Lix. X. c. ult.

Guelf. et Vat. 1. *ademptus.* Pol. 2. *adeptis.* Pol. 1. et Rott. *ademptos.* Serv., Iun., Leid., Pirckh. et Seg. *ademptas.* Berol. a 1. m. *adoptas.* Reliqui scripti omnes et vett. edd. *adeptas.* Pal. 1. et alius Heinsii *adeptus.* *Adeptus* sensu passivo saepe legitur. Sallust. I, c. 107. Coniecturis, cum Latinitas constet, non est opus. Gott. *multis palmas.* *Palmas multas* Reg., Berol., Crev. et ed. pr. Heinsii.

20. *Languidus,* fessus cursu et annis. Ed. pr. Heins., Pal. 2. et Bersm. *in campis.* Busl. et Seg. *pascit.*

21. *Emeritis—annis.* In II Vat. est *miles ubi emeritus.* non satis emendate. In III aliis Vat. et Maff. est *annis* non *armis.* *Crov.* *Armis* vett. edd. et plerique scripti, praeter Franc., Guelf. a 1. m., Pal. 2., Gall., Mor., Serv., VIII alios Heins., Dresd. pro v. scr., ed. pr. Heins. et ed. Bonon., qui *annis.* Recte; nam *arma* sequuntur v. 22. — *Emeritus* etiam Pal. 1., Gall., Busl., Leid., Mor. pro v. scr. Sed recte *emeritis.* Ut enim *miles emeritus* dicitur is, qui militia perfunctus dimissus est, ita etiam annos (sive aetatem) emeritos de milite veterano dici docuit Burmannus Sec. ad Prop. II, 5, 27. Mart. VII, 62.

Emeritos Musis et Phoebo tradidit annos.

Sic igitur, tarda vires minuente senecta,
Me quoque donari iam rude tempus erat.
Tempus erat, nec me peregrinum ducere coelum, 25
Nec siccam Getico fonte levare sitim;
Sed modo, quos habui, vacuos secedere in hortos,
Nunc hominum visu rursus et Urbe frui.

Franc., Guelf., longe maxima pars Heinsianorum et Crev. *ubi*.

22. *Antiquos—Lares*, qui olim fuerunt, a quibus diu abfuit. Eodem modo Virg. Aen. II, 137. *antiqua patria* exsulis. De Laribus vid. ad I, 3, 30. *Ponere* proprium dedicationis vocabulum. Vid. Mitscherl. ad Hor. Od. III, 26, 6. et IV, 1, 20. Ceterum de more erat veterum, si artem sive conditionem ponerent, arma atque instrumenta artis, diis illius artis praesidibus, aut etiam, ut h. l., deo domestico et proprio Lari dedicare. Pleni sunt ea re veteres poëtae. Vid. Hor. Od. III, 26. et Epist. I, 1, 5. Put. pro v. scr. et II alii Heins. [quos Burmannus *plurimos* appellat]: *arma deos*.

24. *Donari — rude*. Comment. Cruquii ad Hor. Epist. I, 1, 2. *Erat rudis virga, quae gladiatori (laudato, sed aetate iam debili) dabatur in signum missionis artis gladiatoriae*. Vid. Lips. Saturn. I. c. 15. et II. c. 23. Inde *rude donari* prope in proverbium abierat pro cessare a muneribus. Vid. interpp. ad Cic. Philipp. II. c. 30. Conf. Amor. II, 9, 18., quem locum supra ad v. 19. apposuimus. Reg. *dignus eram*.

23. *Vires minuente senecta*. Edd. veteres praeter Bonon. *vires adimente*. Iun., Rel., Leid. et Bersm. *tardas*. Goth. *vires tarda*.

25. *Coelum*, aëra. Continens pro contento. Conf. III, 3, 7. Seg. *nec me tempus erat*. Dresd. pro v. scr. *non me*. Idem pro v. scr. Seg.

26. De insalubri Tomitanae regionis aqua etiam aliis locis queritur, eamque salsam esse et paene marinam dicit. Vid. not. ad III, 3, 7.

Levare. Verbum *sedare* eadem habet metra; verum poëta generaliorem notionem praetulit. Her. IV, 174.

— — arentem quae levet unda sitim.

Conf. Her. XIV, 96., Remed. Am. v. 230. Reg. pro v. scr. et III alii Heins. *gelido*.

27. *Vacuos*. Lege *vacuum*, q. e. otiosum. II, 239. Heins. Restitui *vacuos*, quod et ipsum apte opponitur illis *hominum visu et Urbe frui*. Nam *vacui horti* sunt in quibus aut solus quis sibi est aut otio fruitur. Hor. Od. III, 5, 13. *ripas et vacuum nemus mirari lubet*. Hor. Epist. II, 2, 81. *vacuas Athenas*. Metam. IV, 340.

— — — — — — — — At ille
Ut puer, et vacuis ut inobservatus in herbis
Huc it et hinc illuc.

Bern. *sed quoque quos habui vacuos*. Busl. *succedere*. Leid. *in hostes*. V. 28. Iun., Pirckh., Reg. et pr. ed. *in urbe*. Dresd. pro v. scr. *non hominum*.

Sic animo quondam non divinante futura
  Optabam placide vivere posse senex. 30
Fata repugnarunt, quae, cum mihi tempora prima
  Mollia praebuerint, posteriora gravant.
Iamque decem lustris omni sine labe peractis,
  Parte premor vitae deteriore meae;
Nec procul a metis, quas paene tenere videbar, 35
  Curriculo gravis est facta ruina meo.
Ergo illum demens in me saevire coëgi,
  Mitius immensus quo nihil orbis habet;
Ipsaque delictis victa est clementia nostris!
  Nec tamen errori vita negata meo est; 40
Vita procul patria peragenda sub axe boreo,
  Qua maris Euxini terra sinistra iacet.

30. *Senex.* Nom. cum infinitivo, de quo usu vid. not. ad II, 10. Berol. et Franc. *posse senem.* Ms. Bersm. *placido.* V. 31. Busl. *quae quamvis.* Bern., Seg. et IV Heins. *praebuerant,* II *praebuerunt.* Berol. *praeberent.* V. 32. Goth. *gravent.*

33. *Decem lustris*, quinquaginta annis. Vid. not. ad IV, 10, 96. et Prolegom. Nam lustrum est tempus V annorum, sic dictum, quod quinto quoque anno Romae lustrabatur. Vid. Liv. I. c. 44., Dion. Hal. A. R. IV., Serv. ad Virg. A. I, 283. Ib. v. 1.

Tempus ad hoc, lustris iam bis mihi quinque peractis,
Omne fuit Musae carmen inerme meae.

34. Goth. *parce precor v. posteriore meae.* — V. 36. Guelf. et Leid. *curr. facta est paene ruina.*

37. *Ergo illum. Illum ergo* tres. — Put. *ergo in me demens illum.* Burm. *Illum ergo* etiam Crev. — Pal. 1. *illum cur demens. Illum,* Augustum. Vid. III, 7, 8. De *ergo,* vid. ad I, 2. 17.

38. *Mitius.* Persaepe ea adulatio redit in his carminibus. V, 2, 38. V, 8, 26.

39. *Victa est clementia.* Vid. not. ad IV, 9, 3.

40. *Meo est* fortasse omnes praeter Franc. Merkel. Etiam Dresd., Berol., Crev., Rel. et vett. edd. — Rel. etiam *neganda.*

41. *Boreo.* Tolle cum melioribus illud *est* post *boreo.* Heins. *Est* addebant X fere et vett. edd. — Gall. *proc. getico patria perag. sub axe est.* Mor et, omisso *est,* Goth. et Bern. *patr. gelido peragenda sub axe.* Busl. *patr. boreo perag. s. a.* II Heins. et Rel. *patr. boreae p. s. a.* Unus *patr. heres p. s. a.* Voss. et Bonon. *sub axe*

Hoc mihi si Delphi Dodonaque diceret ipsa,
Esse videretur vanus uterque locus.
Nil adeo validum est, adamas licet alliget illud, 45
Ut maneat rapido firmius igne Iovis.

Bootes, idem Dresd. qui etiam *gelido.* Unus *axe Bootis.* Vat. 1. *axe Bereo.* Berol. *axe boreae,* marg. *Boote.* Bersm. *axe borusso est.* Sed cum a Graecis *Βόρειος* dicatur, nihil in scriptura longe plurimorum et optimorum codd. et vett. edd. mutandum. Iahni interpunctio, comma dico post v. 40., non recta est. Nec melior interrogatio v. 40., quae in omnibus paene recentioribus editionibus exstat. Nam locus sic videtur intelligendus: — — — *attamen errori meo non ademta vita est* (quae sunt verba affirmantis). (*Sed*) *vita procul patria . . . . iacet.* (Iam cum vi postrema illa respiciens et premens) *Hoc mihi . . . . .*

Boreo, unde venit Boreas. III. 2, 2. eundem axem *Lycaonium* dicit, ubi vid. not. Conf. III, 12, 8., V, 3, 7.

42. *Terra sinistra.* Vid. I, 11, 31. — Mor. *quo.* Put., Pirckh. et III alii Heins. *patet.*

43. *Delphi.* Vulg. *Delphos.* Lege *Delphi* cum Pol. 1. et 2., quomodo etiam Scaliger in ora codicis sui. Quatuor alii (Vat. 1., Guelf. et II) *Delphis.* *Hoc* etiam meliores, nam vulgata est *haec.* Heins. Ovidius constanter dicit *Delphi.* Dictum autem *Delphi* per metonymian pro oraculo Delphico. Nam *Delphi* oppidum Phocidis in Graecia prope Parnassum, ubi vetustissimum et celeberrimum Apollinis Pythii templum et oraculum. Strab. IX. p. 287. sqq., Mela II. c. 3. Dodona oppidum Epiri, vetustissimo Iovis Dodonaei delubro et oraculo clarum. Strab. VII. p. 224. seqq., Mela II. c. 3., Hom. Il. XVI, 234. Conf. Prop. II, 17. 3. *Diceret* pro *dixisset,* hoc dico, res praeterita saepe, quasi adhuc futura sit, aut fieri adhuc possit, enuntiatur. Pont. IV, 3, 51.

Litus ad Euxinum, si quis mihi diceret, ibis,
Et metues, arcu ne feriare Getae;
I, bibe, dixissem, purgantes pectora sucos,
Quicquid et in tota nascitur Anticyra.

Hoc Vat. 1., Guelf., Franc., Serv., Busl., Bersm. et V alii Heins. et si recte vidi etiam Bern. et nostri V, nisi quod Crev. *quae* vel *hoc.*

44. *Videretur.* Gott. *viderentur.*

45. *Adamas* proprie lapis est omnium durissimus. Plin. N. H. XXXVII. c. 4. seqq. Sed apud poëtas saepe est pro ferro vel metallo durissimo, unde catenae, laquei adamantini dicuntur, in quo secuti esse videntur vetustissimos poëtas, Homerum et Hesiodum. Hor. Od. I, 6, 13. *tunica tectum adamantina* dicit, exprimens Homericum *χαλκοχίτων* sive *χαλκοθώρηξ.* Idem Claudian. Consol. Prob. et Olyb. v. 99., Stil. II, 39. *mansuroque adamante ligat.* Manil. I. fin.

Atque adamanteis Discordia vincta catenis,

Met. VII. 104. est *adamanteis na-*

Nil ita sublime est, supraque pericula tendit,
Non sit ut inferius suppositumque deo.
Nam quanquam vitio pars est contracta malorum,
Plus tamen exitii numinis ira dedit. 50
At vos admoniti nostris quoque casibus este,
Aequantem superos emeruisse virum.

ELEGIA IX.

Inimico minatur, nisi maledicere sibi ac de se detrahere cesset, se olim vindictam sumturum, si quidem spem habeat, se patriae redditum iri; quod si non liceat, versibus eius nequitiam notatam posteritati traditurum.

Si licet et pateris, nomen facinusque tacebo,
Et tua Lethaeis acta dabuntur aquis,
Nostraque vincetur lacrimis clementia seris:
Fac modo te pateat poenituisse tui;

ribus pro *aeneis*. Conf. Met. VII, 412. Vid. Hyg. F. 148. Iun. *alligat*.

46. *Iovis igne*. Alludit iterum ad illa Augusti fulmina. Vid. I, 1, 72. Iun. *valido*. Dresd. pro v. *fortius*. V. 47. Barb. *piacula*. Guelf. *pericula venit*.

48. *Suppositum*, subiectum. Idem Fast. VI, 48. *Latio supposuisse Samon*.

49. *Nam quanquam*. Iun. *postquam*. Pal. 2. et Bersm. *exhausta malorum*. Burm. *Numinis*. Generaliter loquitur, quamvis significet Augustum. Vid. I, 1, 20.

51. *Admoniti este*. Metam. IV. *estote rogati*. Sueton. Caes. c. 32. *iacta alea esto*. Conf. I, 3, 34. Busl. *admonitu*. Pal. 1. et Goth. *ammonitu*, ut constanter.

52. *Aequantem*. Barb. et Rel. *aequandum*. Idem Rel. *superis*.

Emeruisse, gratiam, favorem eius officiis vestris conciliasse. Amor. II, 8, 24.

ELEGIA IX.

2. *Lethaeis—aquis*. Vid. ad IV, 1, 47.

3. Displicent Burmanno illa *nostraque vincetur lacrimis clementia*, quia *clementia non vincatur*, nisi delictis, itaque prorsus contrarium, quam quod orationis contextus postulet, dicatur. Cui as-

Fac modo te damnes, cupiasque eradere vitae 5
Tempora, si possis, Tisiphonea tuae.
Si minus, et flagrant odio tua pectora nostro;
Induet infelix arma coacta dolor.

sentiuntur cum alii, tum Christ. Iahn qui opportune in eam sententiam attulit Trist. IV, 8, 39.

Ipsaque delictis victa est clementia (*Augusti*) nostris.

et Pont. II, 2, 121.

Victa tamen vitio est huius clementia nostro.

in quibus locis vere sensum contrarium esse, negabit nemo. Sed tamen sana et incorrupta est scriptura huius loci et *clementia vincitur* utrumque habet sensum. Nam *clementia* in huiusmodi locis fere pro adiectivo positum est de more vere Latino quem non opus est ut exemplis illustremus. Utrum vero sensum habeat, ex eo pendet, num adiectivum *clemens* sit pro *licet, quamvis clemens sit* (tum sane contrariam sententiam habet, ut locis a Iahno excitatis), an pro *cum, quia clemens est, quae est eius clementia:* quae posterior ratio cadit in locum, de quo quaerimus, cuius haec sententia est: *et ego clemens cum sim, pro mea clementia* vel *quae est mea clementia, lacrimis* (quamvis) *seris vincar, mitigabor.* Locum alterum, in quo substantivum hoc sensu pro adiectivo positum est, habes statim in his ipsis carminibus. L. V, 6, 9. de Automedonte fidelissimo Achillis socio et auriga sic est:

Numquid Achilleos inter fera proelia fidi
Deseruit levitas Automedontis equos?

h. e. *numquid fidus Automedon inter fera proelia, levis* (ὢν), *Achillis equos reliquit?* Busl. et Franc. *et tua vincetur,* et v. 1. Busl. *tacendo* et v. 2. *cuncta.* Pal. 2. *vestraque v. l. dementia.* Crev. *mutetur.*

4. *Pateat.* Latinum esse negaverat Lambinus, sed vindicavit Scaliger ad Manil. III, 533. *Burm.* Busl. *fac modo quod,* qui etiam *que* omittit v. 5.

5. *Eradere.* Alii *evadere* et similia. Cave mutes. Apulei. Metam. X. *Ad se vocare praecipit filium. Quod nomen, in eo ipso scilicet ne ruboris admoneretur, libenter eraderet.* *Heins.* Senec. ep. 11. *si omnia eraderet vitia. Evadere* Rel., Goth. et in texta Seg. Ed. Bonon. *excidere.*

6. *Tempora Tisiphonea,* furialia, i. e. tempora vitae tuae, quibus Tisiphonae, Furiarum principis (IV, 4, 70.), ad modum in me egisti, mihi mala creare studuisti. — Pal. 1. *tua.*

7. *Odio — nostro,* h. e. nostri. Met. II, 293.

Quod si nec fratris nec te mea gratia tangit.

Prop. IV, 3, 28.

— — — — — — — — sed opto,
E desiderio sit color ille meo.

Vid. Ramshorn. Gramm. L. §. 158. Put., VII alii non e melioribus, Goth., Berol., Crev., Rel., Dresd. et vett. edd. *si minus,* quod fortasse olim patebit prope omnes ha-

Sim licet extremum, sicut sum, missus in orbem,
  Nostra suas istuc porriget ira manus. 10
Omnia, si nescis, Caesar mihi iura reliquit,
  Et sola est patria poena carere mea.
Et patriam, modo sit sospes, speramus ab illo:
  Saepe Iovis telo quercus adusta viret.
Denique vindictae si sit mihi nulla facultas, 15
  Pierides vires et sua tela dabunt.
Cum Scythicis habitem longe submotus in oris,
  Siccaque sint oculis proxima signa meis:
Nostra per immensas ibunt praeconia gentes,
  Quodque querar, notum, qua patet orbis, erit; 20

bere codd. Leid., Pal. 2., Guelf. et Serv. *minus efflagr.* Berol. *minus et efflagr.* — V. 8. Barb. *innovet.*

10. *Istuc* intellige Romam, ut III, 16, 1. *istic* Romae. Pal. 1., Guelf., Franc., Put., Gall., Mor., Serv., X alii Heins. et eiusdem ed. pr., Berol., Rel., Crev. *istic,* mendose ut Iun. et ed. Bonon. *istinc,* Goth., Bern., Busl. et V alii Heins. *illic.* Leid. et vett. edd. *isto,* quod etiam alibi pro *istuc* invenitur.

11. *Omnia—iura.* Vid. ad IV, 4, 45. — Put. et Rel. *relinquit.*

13. *Modo sit sospes.* Vat. 1. *modo sospes erit.* Conf. IV, 4, 47., Pont. I, 7, 15., Fast. IV, 525. Busl. *speremus.*

14. *Iovis tela.* Ita iterum a fulmine simile sumit, ut ad Augusti fulmina alludat. Conf. IV, 8, 46. et II, 143. Unus *viget,* alius *nitet.* — V. 15. Iun. *potestas.*

16. *Pierides.* Vid. III, 2, 3. Exc. Voss. *sua iura.*

17. *Cum.* Pal. 1., Guelf., Put., Busl., Leid., IX alii Heins., Dresd., Goth. pro v. scr. et Heins. ed. pr. *quod Scyth.* — Goth., Franc., Reg., Iun., Mor., Bersm., VIII alii Heins., Berol., Seg. et ed. Bonon. *cum Scyth.* Bern. *quamvis cum,* omisso *longe.* Vulgata, Gall., Crev., pauci Heins. et vett. edd. *ut Scyth. Quod* sensu caret, cum quid carmine publicaturus sit, non vss. 17. 18. contineatur; sed infra sequatur. *Ut* pro *licet* fere tum ponitur, si est pro *fac,* quod non cadit in hunc locum. Vid. ad Her. I. fin. Neque magnam h. l. habet auctoritatem codicum. Itaque dedi *cum;* nam *quamvis* Bernensis ex interpretamento est scripturae *ut* vel *cum.* Quod autem idem fere dicat, ac v. 9. et 10., non temere hoc fecit, sed novimus eam rem, exsilium dico, ab eo ubique urgeri. — Goth. *semotus.* Mor. *cum longe Scythicis.*

18. *Siccaque — signa.* Vid. ad IV, 3, 2. Conf. IV, 8, 41. — Dresd., Berol., Put., Leid. et XIII alii Heins. *sunt.*

19. *Gentes.* Bern. *terras.* — *Prae-*

Ibit ad occasum, quicquid dicemus, ab ortu,
  Testis et Hesperiae vocis Eous erit;
Trans ego tellurem, trans altas audiar undas,
  Et gemitus vox est magna futura mei.
Nec tua te sontem tantummodo secula norint; 25
  Perpetuae crimen posteritatis eris.
Iam feror in pugnas, et nondum cornua sumsi,
  Nec, mihi sumendi causa sit ulla, velim.

conia, quae modo praeconis publicamus. Namque praecones in bonis et malis rebus dicuntur, itaque praeconia quoque proprie quidem utrumque significant, et quae laudis et quae vituperandi caussa publice nuntiantur. V, 1, 19.

20. *Qua* patet, q. e. quam longe vel quantum patet. Conf. V, 14, 34., Her. XV, 165. — Put. *orbis iter,* quod fluxit e V, 14, 34. Serv. et Rel. *quoque querar.* Vid. ad V, 6, 36., Leid. *quod querar hoc.* Rel. *hic.* Pal. 1. *queror.*

21. *Dicemus.* Maff. et reliqui codd. omnes *dicemus,* nisi quod Leid. *ducemus.* Vett. edd. *in occasum quidquid dicetur.* Guelf. *si quid.* *Ibit.* Conf. II, 118.

22. *Hesperiae.* Occidentalis, e dicendi more Graecorum, quibus omnis terra occidentum versus Hesperia. „*Et vocis Hesperiae,* quae in Hesperia edetur, *testis Eous erit.*" *Eous* qui sub aurora sive oriente habitat.

23. *Trans altas.* IV antiqui (?) *latas,* quod praestat vulgata *altas.* Heins. Sed etiam Ovidianum esse, inde minime efficitur. Neque contemnenda scriptura librorum. Sufficit enim h. l. notio, qua difficilis reddatur nuntii transitus, quae etiam in verbo *altas* continetur.

24. *Magna.* Exc. Voss. *alta,* quod ut non satis Latinum notat Voss. I. de Vitiis sermonis c. 33., qui tamen in poëtis tolerat. Cic., Naso, alii semper *magna voce* dicunt. Met. III, 382., Hor. Sat. I, 9, 75. Burm.

25. *Nec tua.* Vett. edd. *neu tua.* Vid. II, 547., Her. XVI, 361. Sed scriptura codicum praestantior, quia copiosior est. Goth. *non tua.* — Put., Pal. 1. et IV alii Heins. *norunt.* Goth. et Pal. 2. *noscent.*

26. *Crimen,* crimine notatus, *abstractum* quod aiunt pro *concreto.* Vid. Her. I, 104. 96., Trist. IV, 2, 32.

27. *Cornua sumsi,* me cornibus armavi, tota imago de tauro in circo desumta. Conf. A. A. I, 239. — Seg. et Bern. *sed nondum.* Vat. 1. et III alii Heins. *pugnas necdum mihi corn.* Pol. 1., Gall., Barb. et Rel. *pugnas nondum mihi,* Pal. 2. *et non mihi.*

28. *Sit velim.* Vid. I, 5, 52. — Busl., Bern. et ed. Bonon. *illa.* Reg. *arenas.*

Circus adhuc cessat; spargit tamen acer arenam
Taurus, et infesto iam pede pulsat humum. 30
Hoc quoque, quam volui, plus est: cane, Musa, receptus,
Dum licet huic nomen dissimulare suum.

ELEGIA X.

Poëta de vita sua, inprimis de carminum studio et exsilio breviter exponit.

Ille ego, qui fuerim, tenerorum lusor amorum,
Quem legis, ut noris, accipe posteritas.

29. *Circus adhuc cessat.* Nondum irritatus est in circo taurus, sc. obiecto panno rubro vel stramentitia effigie humana cum veste rubra. Virg. Ecl. III, 86.

— — — — — — pascite taurum:
Iam cornu petat et pedibus qui spargat arenam.

Met. XII, 102.

Haud secus exarsit, quam circo taurus aperto,
Cum sua terribili petit irritamina cornu.

Vid. Virg. A. XII, 103. seqq., Rut. Itin. I, 257., Plin. N. H. VIII. c. 45., Oppian. Cyneg. 56. seqq., Q. Calab. IV, 237. seqq.

Arenam, qua circus ad certamina recens stratus erat. Vid. Lips. de Amphitheatro c. 3. et Stieglitz. Archaeologie der Baukunst II. 1. p. 252. seqq. — Dresd. pro v. scr., Vat. 1., Pal. 2., II alii Heins., Guelf. et Mor. pro v. scr. *iam torvus.* — V. 30. Unus Heins. *offenso.* Busl. *infelix.*

30. *Receptus.* Sic Vat. 1., Pal. 2., Guelf. a 1. m., Put., Serv., III alii Heins. et vett. edd. praeter Bonon. Reliqui Heins., Goth., Bern. et nostri V omnes *recessus,* nisi quod exc. Voss. *regressus. Receptus* retinui, quanquam mirum est, codices, cum *canere receptum* vel *receptui* vulgaris oratio sit, fere omnes tueri *recessus.*

ELEGIA X.

1. *Fuerim.* Sic Vat. 1., Franc., II alii Heins., Guelf., Berol. Reliqui et vett. edd. omnes *fueram.* Construe: *Ego, ille lusor t. a.* Sic Plin. Ep. I. 6. *ego, Plinius ille, etc. Ille* amplitudinem et vim addit. Vid. not. ad V, 7, 55. *Qui.* Vid. not. ad IV, 1, 98. *Amorum* pluraliter dictum, quemadmodum *necessitates, inconstantias, levitates* dicimus. Vid. Met. X, 516. 575. *Lusor.* Vid. ad I, 9, 61.

2. *Posteritas.* Vid. not. ad I, 3, 6. — Crev., Seg., Goth. pro v. et ed. Bonon. *ut noscas.*

Sulmo mihi patria est, gelidis uberrimus undis,
Millia qui novies distat ab Urbe decem:
Editus hinc ego sum; nec non, ut tempora noris, 5
Cum cecidit fato consul uterque pari;
Si quid id est, usque a proavis vetus ordinis heres,
Non modo Fortunae munere factus eques.

3. *Sulmo mihi patria est.* Sulmo oppidum Pelignorum, ut ipse Ovidius testatur, Amor. II, 16, 1.

Pars me Sulmo tenet Peligni tertia ruris.

Nam Pelignorum ager in tres erat divisus partes, quarum unam complectebatur civitas Pelignorum. Vid. Plin. N. H. III. c. 12., Strab. V. p. 167. Casaub. — Sulmonem esse patriam suam etiam aliis locis commemorat. Amor. I. 1., III, 15, 8. et II, 1, 1., Fast. IV, 79. *Uberrimus undis.* Amor. II, 1, 1.

Haec quoque composui, Pelignis natus aquosis.

Qui scire cupit agri Sulmonensis amnes, adeat Ciofani, qui et ipse Sulmonensis fuit, annotationem ad h. l. Amorum. — *Gelidis.* Conf. Fast. IV, 81. Plin. N. H. XVII. c. 26. de amne quodam agri Sulmonensis loquens: — *sed idem* (inquit) *aestate vix tolerandi rigoris.*

5. *Hinc. Hic* meliores. *Heins. Hic* Vat. 1., Pal. 2., Gall., Mor., Serv., IX alii Heins., Guelf., Berol., Dresd., quod in textum recipiendi caussam non video. Pol. 2., Gall., Leid., VI alii Heins., Goth., Crev. et Seg. *noscas.* Rich. *si temp. quaeris.* Bern. *ego sum insuper ut tu.*

Natus autem Naso est a. U. C. DCCXI., nam consules quos memorat sunt C. V. Pansa et A. Hirtius, qui eo anno in bello et pugna Mutinensi contra M. Antonium ambo perierunt. Cic. Epist. Fam. X. 30., Philipp. XIV., Vellei. II. c. 61., Suet. Oct. c. 11., Appian. B. Civ. III. c. 30., Dio C. XLVI. c. 39. — De Ovidii natali infra ad v. 13.

Versus sextus a sciolo male feriato inductus est in Tibulli III, 5. Ceterum vulgarem Romanorum morem tempora a consulibus constituendi etiam in carmine a poëta servari videmus.

7. *Si quid id est etc.* Pal. 1., Goth., Serv., Gott. *Si quid id a proavis usque est vetus o. h.* — Reg., Put., Guelf. et vett. edd. *si quid et a proavis usque est vet.* Vat. 1., Gall., Iun., Berol. et Dresd. *si quis et a proavis usque est v.* Idem Rel., nisi quod *patriis.* Leid. *si qui et ex proavis usque est v.* — Bern. et Crev. *si quid id a proavis superest v.* — Pirckh. *si tamen a proavis usque est v.* Unus Heins. *si quid et est usque a pr.* — Busl. et ed. pr. *si quis et a proavis nunc est v.*

„Nos antiquam scripturam reduximus, quae elegans et Ovidiana est. Nam prorsus idem dicit Amor. III, 15. 5.“ *Burm.*

De illo *si quid id est* vid. ad I, 2, 53.

Ceterum nobilitatem suam equestrem ac generis, praeter Amor. I.

Nec stirps prima fui, genito sum fratre creatus,
Qui tribus ante quater mensibus ortus erat. 10
Lucifer amborum natalibus affuit idem;
Una celebrata est per duo liba dies.
Haec est armiferae festis de quinque Minervae,
Quae fieri pugna prima cruenta solet.
Protinus excolimur teneri, curaque parentis 15
Imus ad insignes Urbis ab arte viros.

l. III, 15, 5., tangit etiam II, 9. 111. 542. et Pont. IV, 8, 17.

8. *Non modo.* Quidam *non sum.* Male. Sensus est: *ego non sum modo factus eques munere fortunae, sed a maioribus hanc nobilitatem accepi.* Quod ideo dicit, quia aetate sua multi erant milites aliique obscuro loco nati homines, qui a I. Caesare et ab Augusto eo dignitatis gradu erant donati. *Cror.* Vid. Mitscherl. ad Hor. Epod. IV, 15., interpp. ad Vellei. II. c. 65., Walter ad Tac. Annal. I. c. 73. *Non sum* III Heins. et Rel. — *Non ego* Seg. — II Heins. *militiae turbine.* Heins. ed. pr. *nullo fortunae.*

9. *Sum fratre.* Revocavi scripturam librorum *sum fratre;* nam *iam fratre* ex uno Medon. sine omni caussa novavit Heinsius. Leid., II alii Heins. et Crev. *sine fratre.*

11. *Lucifer,* qui diem sive solem praecedit (Vid. I, 3, 72.), metonymice pro die ut saepe apud poëtas. Fast. I, 45., III, 877., Prop. II, 25, 27. — Medic. 1. *ambobus.*

12. *Per duo liba.* Vid. ad III, 14, 17. Busl. *celebratur.*

13. *Haec est etc.* Construe: *Haec de quinque festis armiferae Minervae ea est, quae etc.* Minervam autem dicit *armiferam,* ut deam belli et cum armatura natam. Vid. not. ad III, 15, 13. *Quinque de festis.* Intelligendae sunt *quinquatrus* sive quinquatria quae die XIV Kal. April. celebrari incipiebant. Fast. III, 809.

— — — — — — Sacra Minervae,
Nominaque a iunctis quinque diebus habent.

Conf. Varr. L. 5. et Gell. N. A. II. c. 21. Quum autem prima illius festi dies pugna et sanguine vacaret (Fast. III, 811.

Sanguine prima vacat, nec fas concurrere ferro:
Causa quod est illa nata Minerva die);

quatuor reliquis certamina gladiatoria essent; prima, quae *cruenta* erat, altera erat festi: igitur XIII. dies Cal. April. Conf. Ruperti ad iuven. Vol. II. p. 559., Lips. de Gladiat. I. c. 10., Masson. vita Ovidii et Noris. ad Cenotaph. Pisan. Dissert. IV. p. 202. et supra Prolegom. Trist. — Pal. 1., Goth., Put., Busl., Bersm., IV alii Heins. et vett. edd. *armigerae.* Conf. Fast. III, 681. — Iun., Crev. et V Heins. *de festis.* — V. 14. Pal. 1. *quam.* Mor., exc. Voss., Guelf. a 2. m., Franc. pro v. scr. et Rel., *qua.* — Put. et Pirckh. *fieri a pugna.*

16. *Insignes ab.* *Ab* cum adia-

Frater ad eloquium viridi tendebat ab aevo,
Fortia verbosi natus ad arma fori.
At mihi iam puero coelestia sacra placebant,
Inque suum furtim Musa trahebat opus. 20
Saepe pater dixit: „Studium quid inutile tentas?
„Maeonides nullas ipse reliquit opes."

tivis eandem habet vim, quam cum verbis passivis, Nasonisque imprimis est propria oratio. Her. X, 9. *a somno languidus*, X, 16. *a somno turbidus*, X, 138. *ab imbre gravis*, XIII, 116. *languidus a laetitia*, Art. A. II, 712. *lassus ab hoste*, Trist. IV, 4, 76. *moestus a funere*. Lucan. IV, 153. *gelidus a gurgite*, Iuven. Sat. VII, 64. *madidus a tempestate*. Vid. not. ad II, 28., Sanct. Minerv. IV. c. 6. p. 271., Goerenz. ad Cic. Fin. I. c. 5. *Artes* intelligendae sunt, quae illis temporibus appellabantur *liberales* sive *ingenuae*, inprimis grammatica et studium antiquitatis, rhetorica et philosophia. Vid. Cic. de Orat. I. c. 16., pro Mur. c. 29., pro Arch. c. 3., Gell. N. A. XIII. c. 16., interpp. ad Hor. Sat. I, 6. Idem de patris sui cura praedicat Horatius, Sat. I, 6, 71. Locum elegantissimum apponam.

Causa fuit pater his, qui macro pauper agello
Noluit in Flavi ludum me mittere, magni
Quo pueri magnis e centurionibus orti
Laevo suspensi loculos tabulamque lacerto
Ibant octonis referentes idibus aera;
Sed puerum est ausus Romam portare docendum
Artes, quas doceat quivis eques atque senator
Semet prognatos. —

Nasonis praeceptores eloquentiae laudantur M. Arellius Fuscus et M. Porcus Latro, rhetores. Senec. IV. 1. 15., Controv. II. 11. Conf. not. ad Tr. I, 2, 77. Reg. *parentum*.

17. *Frater*. Lucius Ovidius Naso, quomodo etiam pater vocabatur. *Crov*. Fortasse Ciofanus haec in glossis reperit: nam etiam in Leid. glossatur adscripserat: *fratrem Lucium vocat*. *Heins*. *Lucius* etiam vocatur in Relandi cod. Berolinensi, quem nos contulimus. *Viridi ab aevo*. Vid. III, 1, 7.

18. *Verbosi*. Unus *famosi*, alius *formosi*. *Burm*. Vid. not. ad III, 13, 18. *Natus* ad aliquid et alicui rei. Vid. indices Ovidii et Livii, et Gronov. Obss. IV. c. 17.

19. *Coelestia sacra*. Quemadmodum poëtarum munus sacerdotium est (vid. ad III, 2, 3.), sic versus et carmina, quae tractant, sacra appellantur. Supra IV. 1, 28. *Pieridum sacra* dixit (conf. III, 8, 32.), sed nunc generalius *coelestia sacra*. Gall. et ed. pr. Heins. *coelest. signa*.

21. *Inutile*, parum lucrosum. Franc., Bern. et III alii Heins. *carpis*. Idem Crev. — Seg. a 1. m. *quaeris*, pro v. scr. *temptas*.

22. *Maeonides — ipse*. Vid. not. ad I, 1, 47. et I, 6, 21. Unus Heins. *nullas inde reliquit*. — Goth. *relinquit*.

Motus eram dictis, totoque Helicone relicto,
Scribere conabar verba soluta modis.
Sponte sua carmen numeros veniebat ad aptos, 25
Et, quod tentabam scribere, versus erat.
Interea tacito passu labentibus annis,
Liberior fratri sumta mihique toga est,
Induiturque humeris cum lato purpura clavo;
Et studium nobis, quod fuit ante, manet. 30

23. *Totoque Hel. relicto,* omnique carminum studio abiecto. De Helicone, Musarum sede, vid. IV, 1, 50. Berol. *motus enim.*

24. *Verba soluta modis,* prosam orationem. De *modis* conf. II, 220., IV, 1, 87. — Pol. 1. et 2., Pal. 2., Guelf., Leid. et IV alii Heinsiani *tentabam.* Idem a 1. m. Rel. qui pro v. scr. *conabar.* — V. 25. II Heins. *numeros carmen.* Seg. *ad actos.*

26. *Scribere.* Sic omnes libri scripti et editi, praeter Vat. 1., Pol. 1. et 2., Reg., IV alios Heins. et eiusdem ed. pr., pro var. scr. Franc., Dresd. et Rel., qui *dicere.* Franc., Dresd. et Rel. a 1. m. *scribere.* Heinsius induxit *dicere,* quia *scribere* praecesserit. Sed hanc maxime ob caussam *scribere* h. l. restituendum mihi videtur. Nexus orationis est talis: *Scribere conabar.....; sed carmen sua sponte ad aptos numeros* (*sc. inter scribendum*) *veniebat* (iam illud poëtico modo copiosius exponens addit) *et quod tentabam* (pro quo v. 24. *conabar*) *scribere, versus erat.* Gall., Iun., Bern. *conabar,* ex v. 24.

27. *Tacito passu.* Conf. III, 8, 36.

28. *Liberior — toga,* est virilis, quam praetexta posita adolescentes nobiliores circa XVII. aetatis annum (Liv. XXII. c. 57. 9.), certe non ante XV. (Tac. Ann. XII. c. 41. ibiq. Oberlin.), sumebant, quod plerumque fiebat Liberalibus, mense Mart. Cic. ad Att. VI. 1., Ov. Fast. III, 771.

Liberior Fast. l. l.

Sive quod es (*Bacche*) Liber, vestis quoque libera per te
Sumitur et vitae liberioris iter.

Pers. Sat. V, 30.

Quum primum pavido custos mihi purpura cessit.

Libera toga etiam Prop. IV, 1, 132. Vid. Plut. de Aud. c. 1., Terent. Andr. I, 1, 25. ibique interpp. — Seg. a 1. m. *liberior fuit huic.* Idem *est* omittit.

29. *Cum lato p. clavo. Latus clavus* lumbus erat purpureus togae albae praetextus (Ferrar. de Re Vest. P. I. p. 210., Rubens de R. V. I. c. 13., III. c. 12., Graev. Praef. Antiqq. T. VI.), quo inprimis magistratus et senatores distinguebantur. Sed Augustus (Suet. Aug. c. 38.) *liberis senatorum, quo celerius rei publicae adsuescerent, protinus virilem togam, latum clavum induere et curiae interesse*

Iamque decem vitae frater geminaverat annos,
Cum perit, et coepi parte carere mei.
Cepimus et tenerae primos aetatis honores,
Deque viris quondam pars tribus una fui.

permisit, qua Principis gratia filios quoque equitum, qui senatorium censum haberent, usos esse hoc quoque loco confirmari censuerunt viri docti ad Suet. l. l. Vid. Dio Cass. LIX. c. 9. et interpp. ad Taciti Ann. XI. c. 4. Vocabantur autem equites laticlavii, contra angusticlavii equites erant reliqui; angustus enim clavus equitum proprius. Lips. ad Tac. Annal. III. c. 2. Rubens I. c. 2. Verum, si senatoriam dignitatem postea aut nollent aut adipisci nequirent, angustum clavum resumebant. Vid. Casaub. ad Suet. Aug. c. 38., Lips. ad Tac. Annal. XIII. p. 151., Ferrar. de Re Vest. p. 210.

Humeris. Mss. *humeris.* Ciof. Pal. 2., (etiam Guelf. et Seg.) Vat. 1., Iun. et II alii cum vett. edd. praeter Bonon., *humeros,* quod mihi religioni fuit non monere. Heins. Et mihi religio est, quamvis reliqui editt. secuti sint Heinsium ac Burmannum, non restituere cum codd. *humeris.* Vid. Met. IX, 158., ubi Heinsius, rariora ubique captans, male cum paucissimis libris dedit *humeros,* recteque nuper Iahn veterem scripturam revocavit. Ac mirum est, illos viros non vidisse differre utrum dicas *ille homo toga* (ablat.) *induitur humeros an toga* (nominat.) *induitur humeros.* — V. 30. Iun. *nobis stud.* et v. 31. *frater vitae.* Hunc versum et versum 32. disticho sequenti postponunt Franc., Gall., III alii Heins., Busl., Goth. et Seg. Male.

32. *Parte — mei.* Prodigus est istius orationis Naso. Vid. I, 2, 44., I, 7, 24., Pont. I, 8, 2., III, 4, 69.

34. *Deque.* Reg., Put., Gall., Serv., Leid., X alii Heins. et eiusdem ed. pr., et Guelf. *eque,* quod nescio qua caussa induxerit Heinsius. Her. XIV, 15.

De fratrum populo pars exiguissima restas.

et ita passim. — Pal. 2. *hecque.* Franc., Iun. et alius *inque.* Pal. 2. et Seg. *una fuit.* Barb. *unus eram.*

Multiplices autem in re publica Romana triumviri fuere (Vid. Forcell. in v.) quorum tamen nonnisi duo, de quo h. l. agitur, inter magistratus numerabantur, triumviri capitales et monetales. Quum autem monetales plerumque muneris sui notis designarentur, triumviri autem capitales simpliciter triumviri dici solerent, cum praeterea h. l. de magistratu agatur, quo via ad curiam aperiretur, nec praefectura rerum monetalium admodum iuvenibus hominibus videatur esse demandata; equidem Nasonem triumvirum capitalem fuisse existimaverim. Erat autem huius magistratus munus in vilis et abiectae conditionis hominum, ut furum, servorum, caussis iudicare, ac praeterea custodiam habebant carcerum, ut si animadverti opporteret, id cura eorum fieret. Vid. Niebuhr. Hist. Rom. Vol. III. p. 480. seqq., Lips. ad Taciti Ann. V. c. 9., Plaut. Amphitr. I, 1., Liv. XXXII. c. 26. Duo

Curia restabat; clavi mensura coacta est: 35
Maius erat nostris viribus illud onus.
Nec patiens corpus nec mens fuit apta labori,
Sollicitaeque fugax ambitionis eram;
Et petere Aoniae suadebant tuta Sorores
Otia, iudicio semper amata meo. 40
Temporis illius colui fovique poëtas,
Quotque aderant vates, rebar adesse deos.
Saepe suas volucres legit mihi grandior aevo,
Quaeque nocet serpens, quae iuvat herba, Macer;

alia munera civilia, quibus perfunctus est, h. l. non commemorat, centumviratum (vid. II, 95.), et de quo Fast. IV, 384. loquitur, decemviratum, nimirum hoc loco declaraturus, quos gradus iuvenis ad curiam fecerit.

35. *Clavi mensura coacta est. Sed coëgi, coartavi mensuram clavi, angusto clavo, qui equitum proprius, recepto;* itaque spem et studium senatoriae dignitatis (vid. ad v. 29.) abieci et ad conditionem equestrem redii. Mor. et III alii Heins. *coarcta est.* Gall. et Busl. *est* omittunt.

36. *Onus.* Pal. 2., exc. Voss., Iun., Pirckh., Reg., Serv., XI alii Heins. et eiusdem ed. pr., Bern. et nostri V *opus.* Rel. tamen pro v. scr. *onus.* — De re conf. I, 5, 72., IV, 8, 6. — Art. A. III, 541.

Nec nos ambitio, nec amor nos tangit habendi:
Contemto colitur lectus et umbra foro.

Conf. Amor. I, 15. — V. 37. Put., Pirckh., V alii Heins. et ed. Bonon. *mens erat.* Crev. *laboris.*

38. *Sollicitae,* quae sollicitudines et curas habet. Sic *sollicitus amor, sollicitum mare, sollicitus timor* apud Nasonem. Quam sollicita autem temporibus florentis rei publicae fuerit ambitio cum alii Rom. scriptores docent, tum inprimis Cic. in libello de petendo Consul. Conf. Cic. de Orat. III. c. 2., pro Milon. c. 16. *Scio, quam timida sit ambitio, quantaque et quam sollicita cupiditas consulatus.*

39. *Aoniae sorores,* per periphrasin Musae a loco, ut supra *doctae sorores* ab arte et re, cui praesunt. Dictae autem Aoniae ab Aonibus, priscis eius Boeotiae partis, in qua tot Musarum sedes, (Vid. ad III, 7, 15. et infra h. eleg v. 120.) incolis. Steph. Byz. Ἄονες ἔθνος Βοιωτίας, ἀφ' ὧν ἡ Ἀονία. Vid. Strab. VII. p. 222., et interpp. ad Virg. Eclog. VI, 64. Conf. Strab. IX. init. — Busl. et Serv. *Ausoniae.*

42. Busl. *quique.*

43. *Legit,* recitavit. Vid. ad III, 15, 39. Seg. *grandior aetas,* pro v. *aevo.*

Saepe suos solitus recitare Propertius ignes, 45
Iure sodalitii qui mihi iunctus erat.

44. *Nocet.* Pal. 2. et V alii Heins. *nocens.* Guelf., Pol. 1. et 2., et pro v. scr. Franc. cum Pirckh. *necet.* Mor. *quisve necet,* et pro v. scr. *quis noceat.* Goth., Reg., Put., Gall., Mor., Serv., Vat. 1., Franc., IX alii Heins., Guelf., Dresd. et Rel. *iuvet.* Reliqui codd. *nocet* et *iuvat.* Vett. edd. *nocet—iuvet.* „Lege *necet* et *iuvet.* Remed. A. v. 421. *Parva necat morsu spatiosum vipera taurum.* Met. III, 49." Haec Heinsius. Scripturam *nocet* confirmat praeter ceterorum libb. prope consensum etiam concinnitas: nam *nocet,* quod saepe in venenatis dicitur, verbo *iuvat* apte opponitur. Vid. II, 270. Conf. Met. XIV, 56., Hor. Sat. I, 8, 18. Illa *quaeque nocet serpens, quae iuvat herba* non ita accipienda videntur, ut sint pro obliqua quam vocant oratione, ut II, 270., et ut Macri aliquod cogitatum declarent; tum sane modus ponendus esset coniunctivus: sed ut pure describant et rem certam indicent, perinde ac si dixisset *suas nocentes herbas quas habet,* ut ante dixit *suas volucres.* — Certe quo penitius rationem Nasonis cognoveris, hoc periculosius esse intelliges, talia in eius scriptis damnare atque mutare. Vid. IV, 7, 14. De constructione vid. exempla allata ad Tr. I, 10, 31. Guelf. *quique nocet. Macer* est Aemilius Macer, Veronensis, Virgilii amicus et aequalis (Vid. Serv. ad Virg. Ecl. V, 1. inde *grandior aevo*), qui de avibus, serpentibus et herbarum virtutibus carmina composuit (Manil. Astron. II, 43. seqq.), quae omnia deperdita sunt. Vid. Maffei Veron. illustrat. P. II., Baehr. Hist. litt. Rom. §. 91. Diversus autem hic Macer, *grandior aevo,* a iuniore quodam poëta, C. Licinio Macro, quem Ovidius a carmine suo Pont. IV, 16, 5. *Iliacum* vocat, eius aequali, ad quem est Pont. II, 10. Vid. interpp. ad Amor. II, 18, 1., ad Quint. I. O. X. c. 1. et Baehr. l. l.

45. *Propertius,* notissimus ille elegorum scriptor. Vid. not. ad II, 465. *Ignes.* Amores etiam ab aliis poëtis flammae, ardores, ignes persaepe vocantur; at hoc loco non sine consilio sic dixisse Naso videtur, ut ad frequentissimum illum apud Propertium huius vocabuli de amoribus usum alluderet. De illa Nasonis elegantia alludendi diximus ad II, 261. Busl. *saepe mihi.* II Heins. et Goth. *narrare.*

46. *Sodalitii. Sodalitio* duo scripti Heins., etiam Goth. *Quo mihi* Pal. 1., Vat. 1., Pol. 2., Serv., II alii Heins., Reg. pro v. scr. et Guelf.

Restituimus *sodalitii;* nam adiectivum *sodalitius* etiam incertae auctoritatis est. Vid. not. ad III, 3, 20. Dictum autem de more Romanorum, quo homines eorumdem studiorum saepe ad sodalitates et ad mensae communionem convictusque sese coniungerent. Vid. V, 3., Forcell. in v., Cic. de Senect. c. 13. Conf. I, 8, 29. et Ernest. in Clavi Cic. in v. Scripturam confirmat sententiamque illustrat Iust. XX. c. 4. *Cum sodalitii iure, sacramento quodam nexi, separatam a ceteris civibus vitam exercerent* — — —. Busl. *vinctus.*

Ponticus heroo, Bassus quoque clarus iambo,
Dulcia convictus membra fuere mei;
Et tenuit nostras numerosus Horatius aures,
Dum ferit Ausonia carmina culta lyra. 50

47. *Ponticus* poëta, qui *Thebaïda,* sive bellum VII adversus Thebas et infelicem pugnam Polynicis et Eteoclis heroicis versibus cecinit. Vid. Weichert. de L. Vario poëta p. 147.

Prop. I, 7.

Dum tibi Cadmeae dicuntur, Pontice, Thebae,
Armaque fraternae tristia militiae,
Atque, ita sim felix, primo contendis Homero,
Sint modo fata tuis mollia carminibus.

Heroo. Fast. II, 126.

— — — heroi res erat illa pedis.

Hoc tamen loco *pede* omisit, ut orationem illi *iambis* aptaret. Quint. I. O. IX. c. 4. 88. *herous, qui est idem dactylus.* V Heins., Goth. a 1. m., Guelf. a 2. m. et Bern. *iambo.* Sed reliqui codd. omnes et vett. edd. *iambis.*

Bassus. Pal. 1. *Bacchus.* Crev. *Bachus.* Rel. *Bacus.* Guelf. *Batus.* Dresd. et Bern. *Bathus.* Reliqui vetusti libri *Battus,* ut olim constanter edebatur, quam scripturam etiam defendit L. C. M. Apulei. de Ortograph. §. 43. et eius editor Fr. Osann. Sed *Battum* auctore Weichert. l. l. animadvertit Iahn nomen esse Graecum, Latinum nomen esse *Bassum,* atque eam scripturam veram esse confirmant Fulgentius, et qui et ipse, ut Naso, Bassi aequalis et familiaris fuit, Prop. I, 4. Nam haud diversum hunc Bassum a Propertiano illo esse fidem fecit Weichert. in Comment. de L. Vario poëta p. 139—148. Vid. interpp. ad Prop. I, 4., ad Quint. I. O. X. c. 1., A. Gell. N. A. III. c. 9. XVIII. c. 19., Fulgent. p. 179. ed. Munker. Scripsit autem, ut ex h. l. intelligitur, satiras; nam satirae priscis temporibus scribebantur iambis, unde vocabulum *ἰαμβίζειν* Graecorum natum est. Vid. Athen. IV., Scalig. Poët. I. c. 12. et 84. et Casaub. ad Pers. Sat. VI. p. 477.

48. *Convictus.* Vid. I, 8, 29. — Serv. *coniunctus.* Busl. *fuere mihi.*

49. *Et tenuit.* Sic duo Vatt. pro vulg. *detinuit.* Crov. *Tenuit,* mulsit, delectavit. Cic. ad Fam. V. Ep. 13. *tenere saepissime est delectare, voluptate afficere.* Acad. IV. *ut oculi pictura teneantur, aures cantibus.* Plin. IV. Ep. 13. *Quo genere spectaculi ne levissime quidem teneor.* Vid. interpp. ad Ov. Met. IV, 283. et ad Fast. IV, 20. — Ed. pr. Heins., reliquae edd. saec. XV., Serv. et V alii Heins. *detinuit.*

50. *Dum ferit Ausonia. Aonia* IV. vett. Heins. Hor. Od. IV, 3, 23.

Totum muneris hoc tui est,
Quod monstror digito praetereuntium
Romanae fidicen lyrae.

ubi vid. Bentlei. Conf. Hor. Od. III, 30, 13. et Epist. I, 19, 32. ibique Schmid. Nimirum *Ausonia lyra* carmina ferire dicitur Flaccus, quia primus lyrica, quae apud Graecos ad lyram canebantur, composuit. Vid. not. ad III, 8, 12. De *Ausonia* pro Latina vid. not. ad I, 2,

Virgilium vidi tantum; nec amara Tibullo
Tempus amicitiae fata dedere meae.
Successor fuit hic tibi, Galle, Propertius illi;
Quartus ab his serie temporis ipse fui.
Utque ego maiores, sic me coluere minores, 55
Notaque non tarde facta Thalia mea est.
Carmina cum primum populo iuvenilia legi,
Barba resecta mihi bisve semelve fuit.

92. Natus est Horatius a. U. C. 689., 22 annis ante Nasonem. Bern. *dum colit.* Franc. pro v. *canit.* Busl. *carm. tuta lyra.* Pirckh., III alii Heins., Dresd. pro v. scr. et ed. Bonon. *Aonia.*

51. *Virgilium vidi tantum.* Virgilius natus est a. U. C. 684. et mortuus est 735., cum Ovidius natus esset annos 24. Vid. not. ad v. 6. et Heyn. vita Virg. Cum autem Nasonis ingenium tum vix florere coepisset et Virgilius sub vitae finem non in Urbe viveret sed Neapoli, facile intelligitur, cur Virgilium tantum se vidisse dicat. Tibulli (Vid. not. ad II, 447.) dies natalis, non repugnantibus iis locis qui de eo apud Nasonem sunt, cadit inter a. U. C. 689—595. Vid. Spohn Dissert. de Tibulli Vita et Carmm. Lips. 1819., I. H. Voss. Praef. versionis Germanicae Tibulli p. V. seqq. Itaque cum mortuus sit eodem anno, quo Virgilius, U. C. 735. (Vid. Corp. Poett. Lat. Epigr. p. 241. seqq. et conf. interpp. ad Ovidii Amor. III, 9.), et *matura morte* periit, et Nasoni adhuc iuveni interiore ac diuturniore eius consuetudine perfrui non licuit.

Amara, quod primus dedit Burmannus, Pal. 1., Reg., Gall., Mor., Busl., Pirckh., Leid., V alii Heins. Goth., Berol., Crev., Franc. pro v. scr. et ed. Bonon. Reliqui scripti et editi *avara.* Non male. *Avara fata,* h. e. *quae largiorem ei vitae fructum negarent sive inviderent.* Berol. *tantum vidi.*

53. *Galle.* Vid. not. ad II, 446. *Hic* et *illi* ad eundem referuntur Tibullum. Primus elegorum scriptor Gallus fuit, quem ordine secutus est Tibullus, cuius amicitia ipsi propter maturam eius mortem frui non licuit, hunc secutus est Propertius Nasonis sodalis, quartus ab his serie temporis ipse Naso. — Klein *hic* et *illi* male ad Gallum refert. Exc. Voss. v. 54. *ab hac.* Goth. *successorque fuit tibi.* Pal. 1. *sub serie.*

55. *Maiores,* sc. natu sive aetate. Conf. II, 119. — Bern. *ut quoque maiores.*

56. *Thalia,* una e IX Musis (vid. not. ad II, 13.), quae proprie comoediae praeest. Auson. Idyll. ult.

Comica lascivo gaudet sermone Thalia.

Nam Musae suum quaeque habent munus et artem, cui praesunt. Sed ea munera a poëtis saepe confunduntur. Vid. II, 568. Hinc et h. l. *Thalia* pro Musa. Vid. Her. XV, 84. In Leid. *est* omissum est.

57. *Iuvenilia.* Pol. 1. et Vat. 1.

Moverat ingenium totam cantata per Urbem
Nomine non vero dicta Corinna mihi. 60
Multa quidem scripsi; sed, quae vitiosa putavi,
Emendaturis ignibus ipse dedi.
Tunc quoque, cum fugerem, quaedam placitura cremavi,
Iratus studio carminibusque meis.

iuvenalia. Put., Pirckh. et ed. Bonon. *scripsi.* Serv. a m. 1. *lusi,* ut est III, 1, 7. *Burm.* Goth. *feci. Populo legi* intelligendum de recitatione publica, de qua vid. not. ad III, 15, 39.

58. *Barba—resecta fuit.* Barba apud Romanos plerumque primum circa XX. aetatis annum resecabatur, eratque ille dies laetus conviviisque celebrabatur. Vid. Forcell. in v. *barba,* interpp. ad Tac. Ann. XIV. c. 15. et ad Iuv. Sat. III, 186. Admodum iuvenis igitur Naso primum carmina publice recitavit.

59. *Moverat,* impulerat, incenderat. Amor. III, 12, 16.

Ingenium movit sola Corinna meum.

Amor. III, 1, 59.

Prima tuae movi felicia semina mentis.

De Corinnae amoribus permulta sunt poëtae carmina in libris Amorum. Intelligimus igitur, ante totum corpus Amorum et omnino ante maioris aliquod voluminis opus singula de Corinna carmina ab eo in publicum esse edita, quibus cum plausu acceptis magis etiam ad carminum studia sit accensus. Ridicule quaesierunt quidam interpretes, quae ista Corinna fuerit: quasi poëta, *lusor Amorum,* quidquid cecinit in Amoribus, ipse sit expertus aut in eadem puella experiri potuerit, et non ipse saepius diserte dixerit, mores suos in ea re a carminum argumentis longe diversos fuisse:

Vita verecunda est, Musa iocosa mea.

Sic recentiones poëtae nomina amorum ac deliciarum suarum fingunt, sic veteres finxerunt: apud Graecos Hermesianax, Antimachus et alii, apud Latinos Catullus finxit Lesbiam (Vid. not. ad II, 428.), Tibullus Deliam, Glyciam et Neaeram, Cynthiam Propertius, Gallus Lycorida, Quintiliam Calvus, Licymniam et alias Horatius, Ticidas Metellam, Varro Atacinus Leucadiam, alii alias. — Busl., III alii Heins., Crev., Guelf. a 2. m., Rel. *totum—orbem.* Goth. *ing. totum.* Dresd. *nec vero.* Rel. a 1. m. *non verso.*

61. *Vitiosa. Nocitura* Barb., ex II, 543. Unus *vit. fuerunt. Burm. Multa.* Vid. not. ad I, 1, 107.

62. *Emendaturis.* Iun., Reg., Mor. (Rel. a 1. m.) *emendaturus. Burm.* Conf. I, 2, 36., I, 7, 15. 20., IV, 1, 102.

63. *Placitura,* quae placitura fuissent. De *fugerem,* vid. not. ad I, 3, 50. Leid. *nunc quoque.* Guelf.,

Molle, Cupidineis nec inexpugnabile telis 65
Cor mihi, quodque levis causa moveret, erat.
Cum tamen hic essem, minimoque accenderer igne,
Nomine sub nostro fabula nulla fuit.
Paene mihi puero nec digna nec utilis uxor
Est data, quae tempus per breve nupta fuit. 70
Illi successit quamvis sine crimine coniux,
Non tamen in nostro firma futura toro.

Put., VI alii Heins., Berol. et Rel. *tunc*. Seg. a 1. m. *nocitura*.

65. *Molle*. Pont. I, 3, 32.

Confiteor misero molle cor esse mihi.

Conf. Fast. IV, 4. — Busl. *atque impugnabile*. Vid. ad I, 5, 28. Neque vocabulum *cupidineus* ante Nasonem reperitur, et ab eo poëta videtur novatum.

67. *Hic essem*. Sic Pal. 1. et 2., Gall., Reg., Iun., Leid., X alii Heins. et eiusdem edd. pr., Crev. et vett. edd. praeter Bonon., quae scriptura certe aptior et elegantior est, quam reliquorum codd. *hoc essem*. — Put. *hoc esset*, non male, certe melius vulgata *hoc essem*. — Busl. *hic esset*. XIII Heins., Seg. et Goth. *nimioque*. Idem vett. edd. Gall. *mutuoque*.

Pro *igne* Heinsius ex uno Rottend., cui accedit Dresd. cum vett. edd., induxit *igni;* sine idonea caussa, ut pluribus docuimus ad Her. IV, 13. Nam syllabam brevem in fine hexametri nunc, postquam usus poëtarum melius cognitus est, nemo amplius fastidiet. Conf. V, 14, 13. 41., V, 13, 31., V, 12, 65. et vid. not. ad Met. XI, 563.

68. *Fabula*, quod alius elegiarum scriptor *historiam* appellat, Naso saepe de sermone publico de re impudica ac turpi usurpat. Met. de amplexibus Martis ac Veneris:

— — — — — — superi risere, diuque
Haec fuit in toto notissima fabula coelo.

Amor. III, 1, 21.

Fabula, (nec sentis,) tota iactaris in Urbe.

Vid. Tib. I, 4, 83., Mitscherl. ad Hor. Epod. XI, 8. et Rupert. ad Iuv. Sat. I, 145. — De Nasonis integritate morum vid. not. ad I, 9, 60.

69. *Paene mihi puero*. Quoto anno, non liquet: at illud notum est, apud Romanos pueris XIV annorum et puellis XII (iustum) inire matrimonium per leges licuisse. Macrob. Saturn. I. c. 9. Parum autem honeste poëta loquitur de uxore sua ac rebus domesticis. — Pro *per breve* vulgo legitur *perbreve*, sed vett. libri *per breve* quod poëticae orationi magis consentaneum. — Iun., Mor. et II alii Heins. *per tempus quae breve*. Gott. et Rich. *post breve*.

71. *Quamvis sine crimine*. Iun. *quovis*. Vid. II, 110. — V. 72. III Heins. *nec tamen*. Seg. *digna fu-*

Ultima, quae mecum seros permansit in annos,
Sustinuit coniux exsulis esse viri.
Filia me mea bis prima fecunda iuventa, 75
Sed non ex uno coniuge, fecit avum.
Et iam complerat genitor sua fata, novemque
Addiderat lustris altera lustra novem.
Non aliter flevi, quam me fleturus ademto
Ille fuit. Matri proxima busta tuli. 80

tura. V. 73. Put. *mecum miseros,* III Heins. *socios.*

74. *Sustinuit coniux esse,* nominativus cum inf., ut II, 10., ubi vid. not. Ceterum de duabus prioribus Ovidii uxoribus praeter ea, quae h. l. significantur, nihil compertum, habemus, nisi quod altera (Amor. III, 13.) nata fuit apud Faliscos. Ultima (tertia) fuit e nobilissima gente Fabiorum et cum multis dignitate praestantibus viris cognata et claris amicitiis, in quibus matertera Caesaris, illustris (Pont. I, 2, 138., II, 10, 10., II, 11, 18.), cuius filia (nam ante matrimonium cum Ovidio iam nupta fuerat) P. Suilio Rufo, Caesaris amico, postea delationibus infami, nupta fuit. Pont. III, 1, 75., IV, 8, 9. Vid. Masson. in vita Nasonis. — Berol. et Goth. *esse mei.* Bern. *utilis esse mei.*

76. *Me mèa,* cum vi iuxta posita sunt, ut *ipse suus,* de quo usu vid. ad II, 2. — De Nasonis filia vid. in fine huius carminis.

77. *Complerat — fata,* ut Hom. Il. IV, 170.

αἴ κε θάνῃς, καί μοῖραν ἀναπλήσσῃς βιότοιο.

Vid. III, 3, 29.

78. *Lustris.* Lustrum tempus V annorum, a lustratione civitatis, quinto quoque anno habita. Vid. interpp. ad Liv. XXIX. c. 37. XXX. c. 3.

79. *Ademto.* Ita Pal. 1., Goth., Guelf. a 2. m., Pol. 1. et 2., Reg., Put., Gall., Mor., Busl., Pirckh., Iun., Leid., Bersm., XVIII alii Heins., nostri V, ed. pr. Heins. et Bonon. Reliqui (?) codd. et reliquae vett. edd. *ademptum.* Scripturam *ademto* revocare non dubitavi, quum *flevi* quoque obiecto, quod vocant, careat, et ita oratio etiam concinnior sit: *ego non aliter flevi, quam fleturus ille fuit* (fuisset), *me ademto.*

80. *Busta—tuli.* Sic omnes libri, nisi quod Gall. mendose *lusta.* I. Cuiacius ICT. Obss. XIII. c. 29. legit *iusta tuli:* alterum vix Latinum est. *Iusta exsequalia* Stat. Theb. XI, 610. Val. Flacc. VI.

— — — — cum comiti pia iusta tulit.

Fast. II, 569.

Hanc, quia iusta ferunt, dixere feralia lucem.

Fast. V, 479.

— — — — — lucemque Remuria dixit
Illam, qua positis iusta feruntur avis.

Sic etiam *iusta dare* Fast. III, 560.

Felices ambo, tempestiveque sepulti,
Ante diem poenae quod periere meae!
Me quoque felicem, quod non viventibus illis
Sum miser, et de me quod doluere nihil!
Si tamen exstinctis aliquid nisi nomina restant, 85
Et gracilis structos effugit umbra rogos;

et VI, 492., Met. II, 627. *Heins.* Orta autem locutio *iusta tuli* pro *exsequias feci* inde videtur, quod humatio apud Romanos non sine donis. Vid. ad III, 3.: unde etiam *iusta solvere, persolvere.* — Sed velim Heinsius addidisset quid in scriptura librorum omnium non Latinum, vel quid minus Latinum esset, quam in *proxima iusta.* — Guelf., Pal. 2., Mor. et X alii Heins. *matris.* Bern., Berol. et III Heins. *ille foret.* Busl. *ille fuit nostri proxima busta mali.*

81. *Ambo — sepulti.* Unus Vat. *ambos* et tum *sepultos* quoque scribendum. Sed *ambo* etiam quarti casus est. Met. VII, 792. *Heins.* Quod cum nescirent librarii, corruperunt locum et scripserunt *sepulti,* quod nunc omnes habent libri. Nam *sepultos* legendum esse, ostendunt illa *me quoque felicem. Auctor Elector. Eton.* Concinnior sane ea scriptura, sed tamen nihil obstat, quominus poëta utraque uti constructione maluerit.

82. *Quod.* V codd. et ed. pr. Heins. et Seg. *qui. Burm.* Idem a 1. m. Dresd. — V. 83. Mor. *quia non.* IV Heins. et Seg. *qui non.* V. 84. Gall. *condoluere.*

85. *Restant.* Guelf., Goth., Pal. 2., Bersm., Busl., Pirckh., Iun., IV alii Heins. *restat,* quod primum recipit Heinsius. Reposui *restant.* Verbum enim in huiusmodi oratione ex consuetudine Latinorum, nisi plerumque, attamen persaepe sequitur numerum nominis posterioris. I, 2, 1.

Di maris et coeli, quid enim, nisi vota supersunt?

Pont. IV, 2, 45.

Quid, nisi Pierides, solatia frigida, restant?

ubi Heinsius quoque temere mutavit. Virg. Ecl. VIII, 67.

— — — nil hic, nisi carmina desunt.

Sallust. Catil. c. 25. *ei cariora semper omnia, quam decus atque pudicitia fuit.* Cic. Philipp. IV. 4. 9. *Quis igitur illum consulem nisi latrones putant?* Conf. Pont. IV, 6, 4., Met. XIV, 396. Gall., IV alii Heins. et pro v. scr. Dresd. *aliquid quam.*

86. *Et gracilis.* Fast. V, 463.

Nunc elapsa rogi flammis et inanis imago.
Haec est ex illo forma relicta Remo.

Prop. IV, 7. 1.

Sunt aliquid manes, letum non omnia finit,
Luridaque evictas effugit umbra rogos.

Gracilis, inanis, ut Fast. I. 1., vel tenuis. Vid. not. ad I, 5, 12., Virg. A. VI, 292., Prop. III, 7, 30.

Fama, parentales, si vos mea contigit, umbrae,
Et sunt in Stygio crimina nostra foro:
Scite, precor, causam (nec vos mihi fallere fas est)
Errorem iussae, non scelus, esse fugae. 90
Manibus hoc satis est. Ad vos, studiosa, revertor,
Pectora, quae vitae quaeritis acta meae.
Iam mihi canities, pulsis melioribus annis,
Venerat, antiquas miscueratque comas,
Postque meos ortus Pisaea vinctus oliva 95
Abstulerat decies praemia victor equus;

87. *Parentales.* Sic omnes codd. et vett. edd.

88. *Crimina.* Ciofani libri, Pal. 1., XIII Heins., Goth., Berol., Bern., Rel. a 1. m. et ed. Bonon.: *carmina,* perpetua fere horum verborum in his carminibus permutatione; nimirum praeter similitudinem literarum etiam quia *carmina* quoque *crimina* eius erant. *Stygium forum.* Met. IV, 437. *Stygia urbs,* ubi etiam *Stygium forum* est. Mores civitatis suae transfert ad inferos, in quibus homines eadem facere, quae in terris fecerint, fingunt poëtae. Chorum ducit Hom. Od. XI, 567. seqq. Vid. etiam Virg. A. VI, 449. 653. *Stygium.* Vid. ad V, 2, 74. — Put. *sint.*

89. *Nec—fas.* Vid. ad I, 1, 1. — Vat. 1., Guelf., Pal. 2., Franc. *scire.* Berol. *causas.*

90. *Errorem.* Vid. ad I, 2, 99. et IV, 1, 24. — Crev. *errorem culpae—esse meae.*

91. *Hoc.* Heinsius sine caussa ex uno Mor. primus dedit *id. Studiosa,* sc. nostri sive mei, h. e. *faventia.* Vid. V, 1, 1. Met. XV, 1. Iun. *revertar.*

92. *Quae.* Tres (sc. Mor., Leid. et alius) *qui,* quod *praestat.* Heins. Recte habet scriptura librorum; non enim construendum *ad vos, amici, qui estis studiosa pectora,* sed *vos* refertur ad *pectora.* Conf. IV, 1, 101.

94. *Antiquas,* quae prius iuveni fuerant. Vid. III, 8, 34., IV, 8, 1.

95. *Pisaea,* q. e. Olympia: nam Pisa urbs fuisse traditur (Strab. VIII. p. 545.) Peloponnesi in Elide prope Olympiam, quod est delubrum Iovis, ubi ineunte quinto quoque anno maximo concursu totius Graeciae ludi Olympici celebrabantur. Mela II. c. 3., Strab. VIII. p. 542., Pausan. V. c. 8. seqq., Sickler Geogr. antiq. p. 248.

Vinctus Pisaea oliva, ut Pind. Olymp. IV, 19. ἐλαίᾳ στεφανωθεὶς Πισατίδι. — Olympiades autem X nonnisi XL annos efficiunt, cum poëtam eo tempore LII annos habuisse constet. Vid. IV, 8, 33. et Prolegomena. Verum poëtae Romani (Vid. Forcell. in v.) Olympiadem V annorum aequalemque lustro (Vid. ad v. 78.) fecerunt. Vid. Pont. I, 4, 6., IV, 6, 5. Cicero

Cum maris Euxini positos ad laeva Tomitas
Quaerere me laesi Principis ira iubet.
Causa meae cunctis nimium quoque nota ruinae
Indicio non est testificanda meo. 100
Quid referam comitumque nefas famulosque nocentes?
Ipsa multa tuli non leviora fuga.

quoque de Orat. III. c. 32. *quinquennali celebritate ludorum* Olympicorum. Scite Iahn comparat locutionem Germanorum: *acht Tage*. Quod autem L annos pro LII dicit, utitur numero, quem dicimus, pleno sive rotundo.

96. *Victor equus*. Pal. 1. et 2., Reg., Put., Gall., Serv., Iun., Leid., exc. Voss., Pirckh., Franc., XIII alii Heins., Goth., Guelf., Seg., Berol., Rel. a 1. m. et vett. edd. *abstuleram;* atque ex ea corruptione nata altera videtur *eques*, quae et ipsa prope omnes codd. et vett. edd. occupavit.

„Sed scribendum *equus:* non enim equites in curruum certaminibus coronatos, sed *equos* legimus. Hor. Od. IV, 2, 17.

Sive quos Eleia domum reducit
Palma coelestis, pugilemve equumve
Dicit (*Pindarus*).

Conf. Art. Poët. v. 84. Hinc στεφανηφόροι (*equi*) Theocrit. Id. XVI, 46. et Plut. Symp. II. c. 4. solum equum ex omnibus animalibus in partem certaminis venire ait . . ." *Burm.* Vid. Bentl. ad Hor. IV, 2, 17. Pind. Fragm. LXXXIX. ἀελλοπόδων μέν τιν' εὐφραίνουσιν ἵππων τιμαὶ καὶ στέφανοι. Virg. G. I, 59.

— — — Eliadum palmas Epirus equarum.

Conf. Trist. IV, 8, 19. Nec recte de auriga et currus rectore in Olympicis ludis dicitur *eques*.

Victor. Vid. not. ad IV, 6, 1. De *oliva* conf. not. ad IV, 8, 19.

97. *Ad laeva*. Vid. I, 2, 83. et 85. — Pal. 2. *procul orbe Tomitas* ex I, 2, 85.

98. Reg. *lenis*. Gall. *Caesaris*. V. 99. Bern. *nim. manifesta ruinae*.

100. Vid. not. ad I, 2, 99. — Beru. *notificanda*. Iun. *testificata*.

101. *Comitum nefas* quod intelligendum sit, aliquanto clarius significat Pont. II, 7, 61.

Recta fides comitum poterat mala nostra levare:
Ditata est spoliis perfida turba meis.

Conf. Trist. I, 5, 64., IV, 1, 59. et V, 2, 29. Illud *famulos nocentes* quo referatur, non liquet.

102. *Ipsa*. Medic. 1. *ipse*. II (sc. unus cod. et ed. pr.) *ipsaque*. Mor. *ipse ego*. Pol. 1. *ipsa*. Recte. Richel. *ipsa morte t. non lev. mala*. *Heins.* Reliqui vett. libri omnes *ipseque*. Moretus coniecit *et quae multa*. Sed coniectura non opus est. — Ios. Scaliger post hunc v. quaedam deesse suspicabatur, quippe cui ignota scriptura erat *ipsa*

Indignata malis mens est succumbere, seque
  Praestitit invictam viribus usa suis;
Oblitusque mei ductaeque per otia vitae, 105
  Insolita cepi temporis arma manu;
Totque tuli terra casus pelagoque, quot inter
  Occultum stellae conspicuumque polum.
Tacta mihi tandem longis erroribus acto
  Iuncta pharetratis Sarmatis ora Getis. 110
Hic ego, finitimis quamvis circumsonor armis,
  Tristia, quo possum, carmine fata levo.

multa. Quanquam non negarim, poëtam h. l. plura mala enumerare apte potuisse.

103. *Indignata — est,* indignum habuit. — V. 104. Seg. et III Heins. *viribus ipsa suis.*

105. *Oblitusque mei. Togae* ex Richel. cum Heinsio recepi, ut ita *armis* opponatur. *Burm.* Revocavi omnium scripturam vett. librorum *mei. Arma insolita temporis* opponuntur illis *ductaeque per otia vitae* vel toti versui 105. — Ad rem conf. v. 37., I, 5, 74., III, 2, 9., IV, 1, 71., V, 3, 9. — Pal. 1., Franc., Gall., Leid., Seg., Bern., Rel. et III Heins. *vitaeque—ductae.*

Temporis arma sunt arma, quae tempus habet sive praebet, id est, *obfirmatus animus* et *patientia,* quibus armari in adversis ac plane diversis a prioris vitae iucunditate rebus decebat, cedentem tempori. Alius est locus, quem afferunt IV, 1, 71.; illic enim agitur de bello ac pugna. — Vss. 103. et 106. continent expositionem versuum 103. et 104.

107. *Totque tuli t. casus.* Pal. 1., Franc., Reg., Gall., Seg., Rel. et ed. pr. Heins. *totque tuli casus terra.* Put., Busl., Pal. 2., Pirckh., Iun., Leid. et vett. edd. *tuli poenas terra.* Goth., Mor. et IV alii Heins. *tuli casus pelagoque terraque.* Berol. *bello pelagoque.* Reliqui codd. omnes, ut dedimus. Ad sententiam conf. not. ad I, 5, 47., et ad III, 2, 7.

109. *Tacta mihi tandem.* Vat. 1. *tandem est.* Vat. 2. et Maff. *mihi est tandem. Cior. Mihi est* etiam Goth., Gall. et ed. pr. *Tandem est* Pal. 1. — Conf. IV, 8, 16. et vid. not. ad II, 197. et II, 225.

Pharetrati a sagittarum usu, quo illi populi insignes erant. Conf. Pont. I, 8, 6., Trist. III, 10, 55. et IV, 4, 64. Eodem modo Gelonos, alteram Scythiae gentem, *pharetratos* dicit Hor. Od. III, 4, 35. — Conf. Hor. Od. II, 16, 6.

108. *Occultum,* antarcticum sive meridionalem. Vid. Voss. ad Virg. Georg. I, 240. seqq. Hyg. Poët. Astron. I. c. 6. *Quot stellae inter polum septentrionalem, qui conspicuus nobis est, et meridionalem, qui semper sub horizonte est. Sunt* omissum est, ut V, 14, 31.

111. *Circumsonor.* Pal. 1., Guelf.,

Quod, quamvis nemo est, cuius referatur ad aures,
Sic tamen absumo decipioque diem.
Ergo, quod vivo durisque laboribus obsto, 115
Nec me sollicitae taedia lucis habent,
Gratia, Musa, tibi: nam tu solatia praebes;
Tu curae requies, tu medicina venis:

Put., Franc., Busl., Bern. et dimidia pars Heinsianorum *circumsoner*. Goth. et reliqui cum vett. edd. indicativum. De *quamvis* cum indicativo, quod statim v. 113. iterum legitur, vid. not. ad I, 2, 11. Leid. *vicinis*. Berol. *hinc*.

Et haec sententia passim redit: III, 3, 5., III, 15, 38. 47., IV, 1, 69., V, 2, 69., V, 10, 15., Pont. I, 2, 15., al.

112. *Quo possum carmine*. Franc. et Crev. *qua possum*. Leid. *quid*. Vid. not. ad I, 7, 8., III, 3, 57. et et Her. XIII, 41. De sententia conf. IV, 1, 3. 49., V, 7, 39. — Busl., XI alii Heins., Seg. et Rel. pro v. scr. *facta*.

113. *Referatur*. Conf. III, 15, 39., IV, 1, 89. — IV Heins., Seg. et ed. pr. *referantur*. Rel. *ad aurem*. Dresd. pro v. scr. *quanquam*.

114. *Absumo*. Bern., Leid. et Rel. *assumo*. Amor. I, 6, 70.

Temporis absumti tam male testis eris.

Vid. IV, 1, 14. et Met. X, 519.

115. *Ergo quod vivo etc.* Hor. Od. IV, 3, 21.

Totum muneris hoc tui est (*Pieri*),
Quod monstror digito praetereuntium
Romanae fidicen lyrae:
Quod spiro et placeo, si placeo, tuum est.

Leid. et alius *ergo quidem vivo*. III et pro v. scr. Dresd. *longisque*. V. 116. III Heins., Rel. a 1. m. *noctis*. Bern. et Iun. *non me*.

117. *Gratia, Musa, tibi*. Pont. II, 1, 19. *Gratia, Fama, tibi*. Conf. IV, 1, 88. Busl. *tibi mea tu*.

118. *Venis*. *Malis* Hafn. et Serv. *Mali* Hamb. pro div. l. et Busl. Utrumque praestat vulgatae scripturae *venis*. Heins. Omnino restituendum *venis: tu curarum requies*, (quid, quod maius est,) *tu curarum medicina venis*. Atque ita *venire* saepissime, ut vocabulum plenius, pro *esse* cum ab aliis poëtis usurpatur, tum imprimis a Nasone. Her. XIII, 104.

Tu mihi luce dolor, tu mihi nocte venis.

Her. V, 8.

Quae venit indigne poena, dolenda venit.

Metam. VII, 195.

Tuque triceps Hecate, quae coeptis conscia nostris,
Adiutrixque venis.

Iuven. Sat. VII, 29.

Ut dignus venias hederis et imagine macra.

Prop. I, 15, 4. Exc. Voss. *tu mihi cara venis*. Gall. et Iun. (?) *medicina vetus*.

Tu dux et comes es; tu nos abducis ab Istro
In medioque mihi das Helicone locum. 120
Tu mihi, quod rarum, vivo sublime dedisti
Nomen, ab exsequiis quod dare fama solet;
Nec, qui detrectat praesentia, livor iniquo
Ullum de nostris dente momordit opus.
Nam tulerint magnos cum secula nostra poëtas, 125
Non fuit ingenio fama maligna meo;

119. Tu *dux et comes.* Put. et IV *tu dux, tu comes,* quod nervosius. Iun. *tu dux tuque comes.* Heins. Restituimus optimam vulg. *tu dux et comes,* memores et Heinsium Nasoni sic saepius affectus supposuisse (Vid. not. ad I, 1, 57., I, 2, 55., III, 9, 11., IV, 3, 13., V, 2, 37., V, 6, 11., V, 17, 18.), et poëtam hanc locutionem *dux et comes, duxque comesque,* sed non sine coniunctione, in deliciis habere. Vid. III, 8, 18., Pont. IV, 12, 23. Leid. et II alii Heinsii *deducis.* Pirckh., Bersm., II alii Heins. et ed. Bonon. *me subducis.* De usu illo *nos—mihi* supra dictum est; ac de *Istro* vid. not. ad II, 189. Busl. *tu dux tu requies.* Guelf. *tu dux es comes tu.* Pal. 2. *tu comes es et dux.* Vat. 1., Pol. 1. Mor. et III Heins. *tu comes et dux es.*

120. *In Helicone. Helicon* mons Boeotiae et Musarum sedes, de quo quid non finxerunt poëtae? Conf. IV, 1, 50. — V. 121. II Heins. *est* omittunt.

122. *Ab exsequiis,* idem quod de eadem re Pont. IV, 16, 3. *post cineres. A* autem pro *post,* si tempora ex loci ac spatii ratione illustrare licet, ita ponitur, ut *a* exeundi punctum magis respiciat, *post* ordinem ac seriem. Vid. Met. VI, 63., Her. XVIII, 69., Trist. I, 3, 29. Prop. III, 1, 23.

Omnia post obitum fingit maiora vetustas,
Maius ab exsequiis nomen in ora venit.

123. *Nec qui detrectat.* Iun. *nam qui—iniquus nullum.* Reg., Put., Serv., Pirckh., IV alii Heins., Berol., Dresd. a 1. m. et vett. edd. *nec quia.* Busl., Pirckh. *detractet.* Heinsiani, ut videtur, praeter Pal. 1. et 2., Franc., Goth., Guelf., Bern., Crev., pro v. scr. Dresd. *detractat.* Reliqui et vett. edd. *detrectat.* VII Heins. et Goth. *iniquus.* V. 124. Rel. *unum* et v. 125. Pal. 1. *non tul.* Vid. II, 337. — Ceterum invidiam viva et felicia ac laeta dentibus rodere frequens apud poëtas imago est. Pont. III. 4, 74.

— — — — — — — laedere vivos
Livor, et iniusto carpere dente solet.

Vid. Hor. Od. IV, 3, 16., Epod. VI, 15., Ov. Amor. I, 15, 1., Mart. V, 28, 7. Atque *Invidiae.* ut personae, descriptio est Met. II, 760. seqq.

126. *Non fuit etc.* Plenius ea-

Cumque ego praeponam multos mihi, non minor illis
Dicor, et in toto plurimus orbe legor.
Si quid habent igitur vatum praesagia veri,
Protinus ut moriar, non ero, terra, tuus. 130
Sive favore tuli, sive hanc ego carmine famam;
Iure tibi grates, candide lector, ago.

dem coniunctione sententiarum Pont. IV, 16, 45.

Dicere si fas est, claro mea nomine Musa,
Atque inter tantos, quae legeretur, erat.

Maligna. Epist. XVI, 144.

— — — minor est tua gloria vero,
Famaque de forma paene maligna tua est.

Leid. *saecula magna.* Reg. *saecula longa.* — V. 126. Rel. *nec fuit.*

127. *Cumque.* Iun. *utque—istis.* Bern. *et tibi praeponam.* Goth. *et cum praep.—minor istis. Et cum* etiam Dresd.

128. *Plurimus,* ut *rarus* III, 113, 37. — Seg. et Put. *pluribus.*

129. *Si quid habent etc.* Perpetuae famae atque immortalitatis spem atque exspectationem a carminum suorum laude multis locis poëta declarat, exemplum secutus Propertii, Horatii, aliorum. Vid. II, 118., III, 8, 50., Pont. IV, 16., III, 2, 30. et Met. XV, 873. seqq. Rel. *praeconia.*

130. *Ut,* fac. Her. I, 116.

Protinus ut redeas, facta videbor anus.

132. *Iure tibi.* Cod. auct. Elector. Eton. sive Iun.), Goth., Berol., Rel. et Seg. *iure igitur.* Merkel inter *iure tibi* distinctione posita *iure* cum v. 131. coniungit. Male, meo quidem sensu.

De Nasonis filia.

De filia sua Naso etiam commemorat I, 3, 19., Pont. I, 8, 32. et Fast. VI, 219. Sed cum tres deinceps uxores habuerit, quaeritur, quae de his tribus filiae huius mater fuerit. Cum in exsilium proficisceretur aut tertio, quo liber quartus scriptus est, exsilii anno filia eius iam paullo provectior aetate fuisse videtur; quod suspicari licet ex illis *prima iuventa* IV, 10, 75., quae verba, si filia tum, cum poëta ea scriberet, in prima etiam iuventute fuisset, vix commodum haberent sensum. Quum autem Ovidius, uxorem suam (tertiam) quo tempore in exsilium ire iussus sit, *iuvenem* reliquisse se ipse dicat (Pont. I, 4, 47.), probabiliter colligitur, filiam hanc ex tertia illa uxore non fuisse. Quod si ex illis verisimile est, aliis poëtae locis plane comprobatur. Trist. I. 3., ubi discessum suum ab Urbe describit, de uxore sua illa tertia v. 97. et 98. haec dicit:

> Nec gemuisse minus (*dicitur*), quam si nataeve meumve
> Vidisset structos corpus habere rogos.

Iam tertiam hanc uxorem, antequam Nasoni nuberet, nuptam fuisse, atque e priore iam coniuge filiam habuisse, eamque etiam in vivis fuisse, manifestum est ex Pont. IV, 8., ubi poëta ad Suillium, eius coniugem, haec scribit (v. 11. et 12.):

> Nam tibi quae coniux, eadem mihi filia paene est,
> Et quae te generum, me vocat illa virum.

et rursus v. 89. et 90.:

> Tangat ut hoc votum coelestia, care Suilli,
> Numina, pro socero paene precare tuo.

Si igitur eadem uxor ex ipso quoque filiam alteram habuisset, non *nataeve* erat dicendum, sed *natarumve*, aut aliis illud verbis enuntiandum. Omnis autem de ea re dubitatio tollitur loco altero Trist. V, 5, 49., ubi poëta natalem uxoris in Scythia celebrans de una tantum ac non de communi sed de filia uxoris, privigna sua, planissime dicit. Verba eius haec sunt:

> Illa (*uxor*) domo nataque sua patriaque fruatur.

Nam quod interpres Germanicus Ovidii Remediorum Strombeckius nuper repetiit, naturalem Nasonis filiam ante patris exsilium mortuam esse, duo sunt in promptu, quibus illius sententiae levitas prorsus refellitur, quorum primum est verissimum testimonium ipsius Ovidii Trist. I, 3, 18. Cui par gravitate alterum illud est, quod poëta IV, 10, 78. et 32. fratrem, et parentes ante infelicem illum discessum mortuos dicit, de morte autem filiae, quae ei proprior erat, nihil commemorat. Apparet igitur, non e

tertia illa et ultima uxore filiam, de qua quaerimus, procreatam esse. Quum porro de prima uxore sua, simplicius paullo parumque honorifice ipse scribat (IV, 10, 69.):

> Paene mihi puero nec digna nec utilis uxor
> Est data, quae tempus per breve nupta fuit —;

cum secunda autem (v. 70. et 71.) per aliquod certe tempus coniugali amore atque concordia vixerit, admodum probabile est, hanc secundam poëtae uxorem Ovidiae illius matrem fuisse.

Nuptam fuisse ipse docet primum Fast. VI, 219. seqq., deinde hoc loco Trist. (75. 76.), ex quo loco etiam liquet, et maturrime et bis nupsisse, et de utroque marito matrem factam esse. Alterutrum horum eius coniugum fuisse Fidum Cornelium, Senatorem, testis est Seneca de Constant. Sap. c. 17., qui de eo sic habet: *In senatu flentem vidimus Fidum Cornelium, Nasonis generum, cum illum Corbulo struthiocamelum depilatum dixisset. Adversus alia maledicta mores et vitam vulnerantia frontis illi firmitas constitit, adversus hoc tam absurdum lacrimae prociderunt.* — Sunt quidem, qui dubitent, an ille apud Senecam Naso idem cum poëta sit habendus, sine iusta caussa, ut mihi quidem videtur. Nam quod poëta a Seneca Naso vocatur, non Ovidius, quo nomine hodie vulgo appellari solet, Ovidius se ipse in Trist., Pont., Amor., Art. am. et Remed. plus centies ita appellavit, nec aliter Seneca pater et Velleius Paterculus, eius aequales, et qui his aetate proximus fuit, Martialis. Accedit, ut ea aetate Nasones Romae exstitisse, quo Senecae oratio ambigua fieret, non constet. Maximum autem argumentum, allatum etiam a Masson. in Vita Ovidii, illud est, quod Seneca Fidum Cornelium ita ulterius ex soceri nomine designavit, non facturus, nisi P. Ovidium Nasonem, illustrissimum poëtam, qui ea quoque aetate habebatur (Senec. Quaest. Nat. III. c. 27., Vell. Pat. II. c. 36.), intellexisset. Nec denique obstat Fidi Cornelii ordo senatorius atque nobilitas, quum Ovidium ipsum ex antiquo genere equestri fuisse, summaque familiaritate usum constet Sexti Pompeii (Pont. IV, 4.), Messalini et eius fratris (Pont. I, 7.), utriusque Graecini (Pont. IV, 9. cf. I, 6.), aliorumque virorum consularium, et tertiam eius uxorem e gente Maximorum ipsi Augusto Caesari fuisse cognatam (Pont. I, 2.). Vid. Proemium ad Trist. III, 8.

P. OVIDII NASONIS

TRISTIUM

LIBER V.

ELEGIA I.

Haec elegia quasi praefatio est libri quinti et ultimi, in qua quod Tristia componat apud lectores ex eo excusat, quod in tristissima qua versetur vitae conditione et exsilii calamitate in carminibus conficiendis solatium ac tranquillitatem inveniat. Conf. III, 15., IV, 1., I, 1.

Hunc quoque de Getico, nostri studiose, libellum
  Litore praemissis quatuor adde meis.
Hic quoque talis erit, qualis fortuna poëtae:
  Invenies toto carmine dulce nihil.
Flebilis ut noster status est, ita flebile carmen, 5
  Materiae scripto conveniente suae.
Integer et laetus laeta et iuvenilia lusi;
  Illa tamen nunc me composuisse piget.

ELEGIA I.

1. *Nostri studiose.* Serv. *missum, studiose.* Busl., Goth. et Gall. *nostrum.*, Bern. *nobis.* Seg. *nostro.* Amor. III, 2, 1. *nobilium studiosus equorum.* Conf. IV, 10, 91. *De Getico litore* vid. not. ad I, 10, 14. — Guelf. *nunc.* Pirckh. *ego.* — V. 2. Pirckh. *emissis—modis.*

3. *Qualis fortuna poëtae.* Conf. I, 1, 10. et III, 1, 10.

5. Busl. *status est noster.* Iun. *nostri.* Goth. *sic.*

7. *Integer et laetus—lusi.* Vat. 1., Pol. 2., Pal. 2., Bonon. et alius *donec eram laetus.* Conf. I, 1, 53. III, 3, 35.

Ut cecidi, perago subiti praeconia casus,
Sumque argumenti conditor ipse mei. 10
Utque iacens ripa deflere Caystrius ales
Dicitur ore suam deficiente necem:
Sic ego, Sarmaticas longe proiectus in oras,
Efficio, tacitum ne mihi funus eat.

Integer hanc potui nuper bene reddere vitam.
Heins.

„Integra fortuna et (ex ea sive eam ob caussam) hilari animo cum essem, laeta et iuvenilia h. e. mollia, ludicra, cecini.“ — De *ludere* hac potestate conf. I, 9, 61., III, 2, 5., III, 1, 7. et IV, 10, 1. — II Heins. et vett. edd. *et laeta laetus.* Busl. et Serv. *laete iuvenilia.* Pal. 1. *et laetus iuvenilia carmina lusi.* Guelf. *iuvenalia.* Mor. pro v. scr., Bersm., VI alii Heins., Goth., Bern. et Seg. *scripsi.*

8. *Composuisse piget.* Vid. III, 1, 7. 8. Berol. *ista.* Crev. *non me.* Exc. Voss. *pudet.*

9. *Praeconia.* IV, 9, 19. — Pal. 1., Guelf., Heinsiani, teste Merkelio, plerique, Crev. et Seg. *subiti perago.* Reliqui codd. et vett. edd., ut dedimus. Libris haec res diiudicanda, quorum diligentiorem collationem exspectantes vulgatam retinuimus. Conf. IV, 2, 65. 39. 19., III, 15, 7., III, 3, 32., III, 2, 23., III, 1, 79., I, 3, 65.

11. *Utque.* Reg. pro v. scr. *cumque.* Mor. *Ripa cignus deflere Caistri.* Burm. Seg. *Caicius.*

Caystrius ales per periphrasin cygnus, a Caystro Ioniae in Asia minori fluvio (Strabo XIII. p. 626., Plin. N. H. V. c. 29.), qui iam apud Homerum multorum cygnorum sedes est. Il. II, 461. Vid. interpp. ad Virg. Georg. I, 384. Ceterum olores morientes suavissime canere non solum veteres poëtae, qui vulgares opiniones fabulasque sequi solent, sed etiam rerum naturalium periti et philosophi tradidere. Aristot. Hist. animal. IX. c. 12. et 16., Ael. H. A. II. c. 32., Plat. in lib. de Rep. et Phaedone, Cic. Q. Tuscul. I. c. 30. At idem negarunt ipsi veteres, Ael. V. H. I. c. 14., Plin. N. H. X. c. 23. ubi vid. Harduin., Lucian. Dial. de Electro et Cygnis. Vid. etiam Voss. Mythol. Briefe 50. et 51. Met. XIV, 429.

— — — — — — — — ut olim
Carmina iam moriens canit exsequalia cygnus.
Her. VII, 1.

Sic ubi fata vocant, udis abiectus in herbis,
Ad vada Maeandri concinit albus olor.

Iacens, moribundus ac debilis. V. 12. Leid. *ore suo.* Bern. *decipiente.*

13. *Proiectus in oras.* Rectius Maff. et Vat. *oras,* quam alii *auras.* Cior. Et sic omnes vett. libri. — Bern. *propulsus.* Serv. *profectus.* Leid. *prostratus.* — *Proiectus,* sc. ut res vilis, de exsulibus saepe legitur. Met. XV, 504., Pont. II, 7, 57. Serv. *ad oras.*

Sarmaticas. Vid. ad I, 2, 82.

14. *Tacitum — eat,* ne mihi pom-

Delicias si quis lascivaque carmina quaerit, 15
Praemoneo, nunquam scripta quod ista legat.
Aptior huic Gallus blandique Propertius oris,
Et plures, quorum nomina magna vigent.
Atque utinam numero nos non essemus in isto!
Hei mihi, cur unquam Musa iocata mea est? 20

pa funebris tacita incedat. I, 3, 22. Alludit ad morem illum, quo mortui inter tubae clangorem et cantum efferebantur. Conf. I, 3, 89.

15. *Delicias.* Conf. II, 349. Pirckh. *quaerat.*

16. *Proemoneo — quod ista legat.* Locus prope desperatus. Exspectes primo loci aspectu: *praemoneo ut* vel *ne.* Heinsius coniiciebat:

Praemoneo nunquam scripta quid ista legat.

Capoferreus:

Praemoneo nunquam Tristia nostra legat.

Gronovius:

Praemoneo, non est, scripta quod ista legat.

Perizonius ad Sanctii Minerv. III. c. 14. n. 19. *quod* positum pro *ut* censuit. Iahn *praemoneo* pro verbo declarandi accipit, ut sit pro *praedico,* ut est apud Senec. Herc. Oet. v. 721. et Ov. Her. XVII, 240. Ac frequenter verba declarandi loco accusativi cum infinit. iungi cum particula *quod* et coniunctivo, non est, quod doceatur. Atque ea loci interpretatio omnibus periculis a viris doctis ad hunc locum expediendum factis praestare videtur.

Merkel: *quod* pro relativo accipit et interpretatur: *nunquam, quod praemoneo, scripta ista legat.* Verum eam interpretationem non pati ordo verborum videtur.

Pal. 2. *praemoneo nostra scripta quod.* Idem et II alii *ipse legat.* Vat. 1. et Rich. *nostra quod ista.* Leid. *ille legat.*

18. *Et plures etc.* Vat. 1., Pol. 1., Pal. 2. et IV alii (etiam Guelf.) optime:

Aptior, ingenium come, Tibullus erit.

Qui versus, quin genuinus sit ipsius Nasonis dubitari non potest. C. Nep. Dio. c. 1. *Ingenium* (habuit) *docile, come, aptum ad artes optimas.* Tac. Annal. VI. c. 41. *Come Tiridatis ingenium Romanas per artes sperabant.* Fast. III, 684. *comis anus.* Trist. II, 512.

Maiestas adeo comis ubique tua est.
Heins.

Atque eodem modo tres illos elegorum scriptores simul memorat seque quartum illis adiungit II, 445 —68. et IV, 10, 51. seqq. Sed tamen veram esse existimo, quam dedimus, scripturam omnium, si paucos illos excipias, codicum et omnium veterum editionum. Ac ipsi loci Trist. II. et IV. ansam mihi dedisse viro illi docto, quisquis ille fuit, hunc versum elegantem sane

Aptior, ingenium come, Tibullus erit —

inveniendi et in veri illius Ovidiani locum substituendi. Magna autem, praeter illos, fama poëtas in elegis ea aetate fuisse aliis locis significavit. — Put. *nomina nostra.* Leid. a 1. m. *iuvant.*

19. *Nos non.* Pal. 2. *ne nos,*

Sed dedimus poenas, Scythicique in finibus Istri
Ille pharetrati lusor Amoris abest.
Quod superest, animos ad publica carmina flexi,
Et memores iussi nominis esse sui.

quod placet. *Heins.* Singularia fere ubique captare novimus Heinsium. Revocamus scripturam *nos non* et usu firmatam et libris scriptis et vett. edd., nisi quod Vat. 1., Pol. 1., Guelf., Reg., Serv., Busl., IV alii Heins. et eiusdem ed. pr., Bern. et Berol. *non nos.* Víd. V, 7, 23. Cic. ad Att. XI. 9. extr. *Haec ad te die natali meo scripsi, quo utinam susceptus non essem, aut ne quid ex eadem matre postea natum esset.* Vid. not. ad I, 6, 7. et Prop. I, 8, 9—13. Busl. *et isto.* Gall. et vett. edd. *in illo.*

20. *Iocata.* Ita Comb. (sive Dresd.), fragm. Vat., Voss. pro v. Vere. Vid. II, 354. et III, 2, 6. *Heins.* Vid. not. ad II, 497. et ad I, 8, 34. et v. 43. huius elegiae. *Iocata* h. l. scripturae omnium reliquorum codd. etiam Dresd. pro v. scr. et vett. edd. *locuta* praeferendum, quia h. l. de solis ludicris sermo est. Apte quoque ei scripturae respondet v. 22., sic: *hei mihi, cur . . . iocata est,* q. e. *Amatoria scripsit? Sed dedimus poenas et ille pharetrati lusor amoris . . . abest.*

Istri. II, 189. Serv. et Berol. *est* omittunt. V. 21. Bern. *et dedimus.*

22. *Abest.* Ita exc. Voss., Reg., Mor., Iun., X alii Heins., Bern., Guelf., Seg. a 1. m., Crev., ed. Bonon. et ed. pr. Heius. Reliqui libri omnes *adest.* Conf. I, 3, 19.

De Amoris vel Cupidinis arcu, pharetra et telis omnia pervulgata. Conf. IV, 10, 65.

Lusor amoris. IV, 10, 1., III, 3, 73.

23. *Animos,* bene pro vulg. *socios* Pol. 1. et Rott. ac versu sequenti *nominis—sui* pro vulg. *mei.* Vat. 1. *animum. Heins. Animos* intellige spiritus, ingenium. *Publica carmina,* quae ab omnibus sine noxa legi possint, quum lasciva non omnibus liceret legere, certe non omnibus (II, 247.) scriptae essent. Schol. Rel. *publica,* „quae sunt de publica materia." Pont. IV, 13, 5.

Non quia mirifica est (*structura carminis*), sed quod nec publica certe.

Iuv. Sat. VIII, 53.

Sed vatem egregium, cui non sit publica vena.

Quod superest, quod ad posterum sive futurum tempus attinet. V, 5, 17. — *Esse sui* exhibent Pol. 1., Rott., Medic. 1., Guelf. in textu, Put. et vett. edd. — Quod autem cum reliquis libris scriptis et impressis *socios—esse mei* non legendum puto, mihi oratio fere postulare videtur, ut h. l. de suis tantum rebus poëta loquatur. Ac vide quam belle omnia congruant: *Hei mihi, cur—iocata est? Sed huius peccati dedimus poenas, et . . . lusor amoris abest. In posterum nonnisi . . publica argumenta canam. Si quis tamen quaerat, cur (igitur) fere nonnisi tristia componam etc.* — Gall. *esse*

Si tamen ex vobis aliquis, tam multa, requiret, 25
Unde dolenda canam: — multa dolenda tuli.
Non haec ingenio, non haec componimus arte:
Materia est propriis ingeniosa malis.
Et quota fortunae pars est in carmine nostrae?
Felix, qui patitur, quae numerare potest! 30
Quot frutices silvae, quot flavas Tibris arenas,
Mollia quot Martis gramina Campus habet;
Tot mala pertulimus, quorum medicina quiesque
Nulla nisi in studio Pieridumque mora est.

tui. Leid. *crimina flexi.* Seg. *quod superem.*

25. *Ex vobis.* Fragm. Vat. et Pal. 1. *e vobis.* Leid., III alii Heins. et Rel. *requirit.* Idem Berol. a 1. m. Goth. *requirat.*

28. *Ingeniosa*, uber, fertilis, ut Her. VI, 117.

Dos tibi Lemnos erit, terra ingeniosa colenti.

Fast. IV, 684.

— — sed ad segetes ingeniosus ager.

29. *Nostrae.* Pal. 1. et V alii Heins. et Rel. *nostro.* Mor. *Et quota pars nostrae fortunae in carmine nostro est?*

30. *Potest.* Et hoc loco Heinsius ex uno Comb. (Dresd.) temere induxit *valet.* Vid. not. ad Her. I, 106.

31. *Flavas.* Busl. *fulvas. Flavum* Tiberim vel *flavas Tiberis undas* vel *arenas* quis poëtarum Latinorum non dixit? Met. XIV, 448., Virg. A. II, 7. 31., Hor. Od. I, 2, 13., Albinov. Eleg. v. 221.

32. *Mollia.* Leid. *millia.* Sed *molle* proprium graminis epitheton. Vid. V, 4, 9. Burm. Gall. *campus gramina Martis.* — *Campus Martis* est notissimus Campus Martius Romae, de quo Liv. II. c. 5. *Ager Tarquiniorum, qui inter Urbem et Tiberim fuit, consecratus Marti, Martius deinde Campus fuit.* In eo et comitia habebantur, et corpora exercebant Romani. Vid. III, 13, 19., Hor. Od. I, 8, 4. et I, 9, 18. Etiam simpliciter *Campus* dicitur. Art. A. III, 385. *Martis Campus* est etiam apud Tac. Annal. I. c. 8. Hor. Od. IV, 1, 38.

— — — — iam volucrem sequor
Te per gramina Martii
Campi, te per aquas, dure, volubilis.

Vid. ad I, 5, 47.

33. *Medicina quiesque.* Conf. IV, 10, 118.

34. *Studio est.* Plurimi Heins., Busl., Goth., Rel., Crev., Dresd., Guelf. a 1. m. et vett. edd. *in studio est P. mora.* Pal. 1., Gall., Iun., VIII alii Heins. et Berol. *est* omittunt. Mor. *in studio est P. mora est.* Bersm. et VI alii Heins. *mora est,* ut nunc vulgo editur. Sed dedimus scripturam, quae maximam habet auctoritatem vetusta-

„Quis tibi, Naso, modus lacrimosi carminis?“ inquis: — 35
Idem, fortunae qui modus huius erit.
Quod querar, illa mihi pleno de fonte ministrat;
Nec mea sunt, fati verba sed ista mei.
At mihi si cara patriam cum coniuge reddas,
Sint vultus hilares, simque quod ante fui; 40
Lenior invicti si sit mihi Caesaris ira,
Carmina laetitiae iam tibi plena dabo.
Nec tamen ut lusit, rursus mea litera ludet:
Sit semel illa ioco luxuriata suo!

tis non enim opus est coniungere *in studio Pieridum*, sed potest *in studio* per se capi, ut illud verbis *Pieridum mora* exponatur.

Mora Pieridum est commoratio apud Pieridas, consuetudo cum Pieridibus. Merkelius qui *est* in fine posuit, interpretatur: *quorum medicina quiesque, nullaque, nisi in Pieridum studio, mora est*, parum concinne, et quam contorta et dura constructio in tam simplici poëta! V, 7, 32.

Carmina devoveo Pieridasque meas.

III, 8, 4.

Aut illam invenies dulci cum matre sedentem,
Aut inter libros Pieridasque suas.

IV, 10, 6.

Iratus studio carminibusque meis.

Studium simpliciter de carminum studio legitur etiam II, 9., V, 3, 10., V, 7, 64., V, 12, 1. et 9.; quod tamen hoc loco etiam rectius dicitur, quia studii ratio adiecto illo *Pieridum mora* exponitur. — Leid. *in* omittit. Mor. *nisi studiis.*

35. *Quis—inquis.* Fragm. Vat. *qui.* Crev. *inquit.* Gall. *et quis.*

37. *Quod querar.* Leid. *quae queror. Queror* etiam Mor., Busl., Bersm., Pal. 1. et Pirckh. — Pal. 1. *plene.* Vat. 1. *fonte sinistra.* — V. 38. unus Heins. *verba sinistra.* Dresd. *illa.* — V. 39. Leid., Gall., Guelf., Franc., Berol. et Crev. *caram.* V. 40. Pal. 1. et Seg. *sunt — sumque.* Goth. *hilares vultus sim quod et ante fui.*

De plurali *vultus* vid. ad III, 1, 27. et conf. III, 9, 9.

41. *Invicti.* Invictus sane Augustus est, si Varianas et Lollianas clades (Tac. Annal. I. c. 10.) excipias; sed poëta ius suum tenet. — Seg. et Bern. *irati.* Vett. edd. *et victi.* V. 42. Rel. *tunc tibi*, pro var. scr. *iam.*

43. *Ioco—suo.* Plurimi Heins., Goth., Dresd., Rel., Seg., Crev. *ioco—meo.* Put., Busl., Pirckh., Bern. et vett. edd. *meo — ioco.* Serv., Leid. et II alii Heins. *meo — loco.* Goth. pro v. *loco — meo.* Hamb., Franc. pro v. scr. et Berol. *ioco — suo.* Bersm. *suo—ioco.* Zulichh. *meo—malo*, quae scriptura nunc pro vulgata est, sed ut apparet au-

Quod probet ipse, canam: poenae modo parte levata 45
Barbariam rigidos effugiamque Getas.
Interea nostri quid agant, nisi triste, libelli?
Tibia funeribus convenit ista meis.
„At poteras", inquis, „melius mala ferre silendo,
„Et tacitus casus dissimulare tuos." 50
Exigis, ut nulli gemitus tormenta sequantur,
Acceptoque gravi vulnere flere vetas?
Ipse Perilleo Phalaris permisit in aere
Edere mugitus, et bovis ore queri.
Cum Priami lacrimis offensus non sit Achilles; 55
Tu fletus inhibes, durior hoste, meos?

ctoritate vetustatis parum firmata. Accedit, quod facilis erat inventu, quum poëtam eam sententiam ubique urgere constet. *Ioco — meo* ferri non potest. Itaque cum plurimis libris dedi *ioco*, et cum paucis, sed satis bonis, *suo*. *Ioco—suo* valet *iocando*. *Ioco luxuriari* fere est *iocando iustos fines excedere*. — Leid. *et semel*. Pirckh. *sit satis*. Bersm. *sit tamen*. Bern. et Leid. *luxuriosa*.

45. *Ipse* eleganter ponitur, si eximius quis in animo habetur, qui vel non nominatus facile agnoscitur. Vid. III, 6, 53.

Poenae parte levata. Vid. IV, 4, 47.

46. *Barbariam*. Gall., Mor., Serv., VI alii Heins. et eiusdem ed. pr. *barbariem*. Vid. III, 11, 4.

Rigidos, feroces. I, 8, 42. — V. 47. Dresd. *agent*.

48. *Tibia—ista*, cantus iste. Nam in funeribus saepe ad tibiam canebantur carmina. Kirchmann. de Fun. R. II. c. 6. et 18. Sueton. Caes. c. 83. Conf. Pont. I, 7, 30. Nam exsilium suum funus, mortem, exsequias passim appellat. I, 1, 118., I, 8, 14. *Nostri—meis*. Vid. ad V, 2, 3. et III, 3, 7.

49. *At poteras*. Nova obiectio. Conf. v. 35. et 69. Put. *ferendo*. Goth. et Bern. *tacendo*. V. 50. Crev. *tacitos*.

51. *Tormenta* cruciatus in tortura intelligenda.

53. Exemplis, ab ipsis inimicis gemitum et lacrimas in dolore concessas ostendit. De Phalaride vid. III, 12, 39. seqq. ibique not. — V. 53. Busl. *in ore*. Goth., Gall., Pol. 2. et Patav. *ille*. V. 54. Leid. *loqui*.

55. *Cum Priami lacrimis etc.* Vid. ad III, 6, 37. Busl. *non est offensus*. Crev. *non sit offensus*. Idem Dresd.

56. *Tu*. Sic scripti sine interrogationis nota. Vulg. *tun'?* Heins. Vett. edd. praeter Bonon. *tum*.

Cum faceret Nioben orbam Latonia proles,
Non tamen et siccas iussit habere genas.
Est aliquid, fatale malum per verba levare:
Hoc querulam Prognen Halcyonenque facit. 60
Hoc erat, in gelido quare Poeantius antro
Voce fatigaret Lemnia saxa sua.

57. Iun. *orb. c. f. N.* Busl. et Crev. *cum N. f. orb.* Niobe, filia Tantali, Amphionis Thebarum regis uxor, quum copiosa prole (habebat enim VII filios et totidem filias) superba, ut Latonae cultum impediret, orbitatem eius rideret, Apollo rogante Latona eius filios et Diana filias omnes occidit. Quo facto Niobe in lapidem conversa est. Met. VI, 146. seqq., Hom. Il. XXIV, 602, Hyg. F. 9—11., Apollod. III. c. 5. De scriptura *Latonia,* quam omnes libri habent, vid. ad III, 2, 3.

58. *Non tamen et.* Pal. 1. et 2., Gall., Leid., Pirckh., IX alii Heins., Rel. et vett. edd. *non tamen hanc,* quod dedit Merkel. Mor., Iun. et alius *non tamen huic.* Bersm. *tamen haec.* Goth., Guelf., Pol. 1. et 2., Busl., Franc. et reliqui Heins., Bern., Berol., Dresd., Crev. *non tamen et.*

59. Vid. IV, 3, 38. Patav. *levari.*

60. Pal. 2., Medic. 1. et Bonon. *querula.* Crev. *querulas.* Goth. et Dresd. *Alcionemque.* Reg. *Alcionamque.* Serv. et vett. edd. *Halcyonasque.* Busl. *Alcimedemque.*

Prognen scribendum, non ut alii *procnen.* Latini enim non tenuem *c* ante *n,* ponunt, sed mediam *g.* Sic *cygnus* scribunt Graecum κύκνος. De Progne vid. ad II, 389. Halcyone, Aeoli filia, Ceycis Trachiniorum regis uxor, quum coniugem naufragio periisse audisset mortuumque ad litus natantem vidisset, doloris impatiens in mare sese praecipitavit, atque una cum eo in avem marinam sui nominis mutata est, querulumque vocis sonum etiam in avi retinuit. Hyg. F. 65., Met. XI, 510 seqq. Conf. Apollod. I. c. 7. De avi illa vid. Aristot. Hist. Anim. IX. c. 14., Plin. N. H. X. c. 32.

61. *Poeantius.* Philoctetes, Poeantis filius, comes Herculis, ab Hercule morituro sagittas Lernaeae hydrae sanguine illitas dono accepit cum iisque Troiam profectus est. In quo itinere serpentis morsu aut sagittae ictu vulneratus teterrimum ulcus accepit (V, 4, 12.), cuius foetorem cum Graeci ferre nequirent, Ulixis consilio aegrum in Lemno, insula deserta, expositum reliquerunt; ubi X annos summos inter cruciatus moratus tandem a Graecis, cum sine ipso et sagittis illis Troia capi non posset, liberatus a Machaone sanatus est. Pont. I, 3, 5., Cic. Disp. Tuscul. II. c. 7., Met. XIII, 313., Hyg. F. 102., Hom. Il. II, 718., Virg. A. X, 754., Soph. Philoctetes. De Lemno insula maris Aegaei vid. Mela II. c. 7., Plin. N. H. IV. c. 12. — Serv. *non erat.*

Strangulat inclusus dolor atque exaestuat intus,
Cogitur et vires multiplicare suas.
Da veniam potius, vel totos tolle libellos, 65
Si, mihi quod prodest, hoc tibi, lector, obest.
Sed neque obesse potest ulli, nec scripta fuerunt
Nostra nisi auctori perniciosa suo.
„At mala sunt.“ — Fateor. Quis te mala sumere cogit,
Aut quis deceptum ponere sumta vetat? 70
Ipse nec hoc mando, sed, ut hic deducta, legantur;
Non sunt illa suo barbariora loco:

62. *Voce fatigaret,* h. e. perpetua et unisona querela fatigaret. Eodem modo de perpetuo murmure fluminis Penei Metam. I, 573.

— — et sonitu plus quam vicina fatigat.

Ed. Bonon. *laevia.*

63. *Atque exaestuat,* acriter aestuat. Ita Guelf. a 1. m., Pol. 1. et alii nonnulli. — Vat. 1. et II alii Heins. *atque aestuat.* Pal. 1., Put., exc. Voss., Reg., Gall., Mor., Busl., Pirckh., Leid., Iun., XIII alii Heins., Goth., Bern., Dresd., Rel., Crev., Berol., ed. pr. et reliquae saec. XV. *atque cor aestuat,* quae scriptura ferri non potest, cum *aestuare* transitive non legatur, nec pro neutro, ut *cor* nominativus sit, accipi possit, quia subiectum quod vocant verbi *cogitur* est *dolor. Exaestuare* hoc sensu saepe reperitur. Vid. indices Ovidii et Forcell. in v.

65. „(Quare) *da veniam potius,* quam me arguas.“ Vid. v. 49. et 50. — Leid. *potius veniam.*

66. *Si, mihi quod p., hoc.* Pol. 1., Vat. 1., Medic. 1. et III alii *sic mihi quod prod.* Heins. Guelf., Pal. 2., unus Bonon. *sit mihi quod pr. si tibi.* Burmannus e Franc. sine omni caussa novavit.

Hoc, mihi quod prodest, si tibi, lector, obest.

67. *Neque.* Tertia pars Heinsianorum, Berol., Rel. et vett. edd. *nec.* Dura videbatur structura *ulli nec scripta.* Itaque cum vett. edd. post *ulli* commate distinxi. Ed. pr. *fuere.*

69. *At mala sunt.* Orationis forma Nasoni frequentata. Her. XIX, 77.

At cito mutata est iactati forma profundi. —
Tempore cum properas saepe minore venis.

Her. III, 21.

Sed data sum, quia danda fui. — Tot noctibus absum,
Nec repetor.

Huc pertinet etiam Pont. II, 2, 29.

Dixerit hoc aliquis tutum non esse. Fatemur;
Sed non per placidas it mea puppis aquas.

Iun. *et mala.*

71. *Ipse nec hoc mando.* Vulg.

Nec me Roma suis debet conferre poëtis;
Inter Sauromatas ingeniosus ero.
Denique nulla mihi captatur gloria, quaeque 75
Ingenio stimulos subdere fama solet.
Nolumus assiduis animum tabescere curis,
Quae tamen irrumpunt, quoque vetantur, eunt.

ipse nec emendo, atque ita est in Pal. 2., Serv., Busl., IV aliis Heins., Goth. pro v. scr. et vett. edd., vix ferenda sententia, cum haec verba neque praecedentibus neque iis, quae sequuntur, congruere appareat. Vat. 1., VI alii Heins. et Guelf. *ipsa nec emendo.* Pol. 1. et II alii Heinsiani *ipsa nec hoc mando.* Unus Heins. *ipseque non mando.* Alius *ipseque non laudo.* Pal. 1. et reliqui Heins., Goth. a 1. m., Bern. et mei V: *ipse nec hoc mando,* aptissimo sensu: *ipse nec hoc mando,* te deceptum sumta non ponere, *sed* (mando, cupio. I, 7, 12.) *legantur, ut* (tanquam) *hic* (in Scythia) *deducta,* sive composita: *non* (enim) *sunt ... loco: nec me Roma suis,* h. e. *Romanis, poëtis conferre debet,* (sed) *inter ....* Punctum, quod post v. 72. posuit Merkel, delevi propter illud *nec mando.* — De structura *mando, legantur* vid. ad I, 1, 119. *Deducta.* Vid. ad I, 1, 39. — Reg., Put., Franc., X alii Heins. et Crev. *ut huc.* Goth. *ut hec.* Iun., Gall., Mor. *ut hinc.* Seg. a 1. m. *sed adhuc.*

73. Vid. Pont. I, 1, 25. et conf. Trist. III, 1, 39.

74. *Ero,* volo esse. Ita exc. Voss., Gall., Mor. et XI alii Heinsiani, Guelf., Goth., Bern., Dresd., Berol., Rel., ed. pr. Heins. et Franc. cum Reg. pro v. scr. Reliqui codd. et vett. edd. *eram,* quod et ipsum aliquo modo ferri potest: *inter Sauromatas haec scribens ingenium meum probabam.* De *Sauromatis* vid. II, 197. — Iun. et vett. edd. praeter Bonon. *Sarmaticos.* — Pont. I, 6, 64.

Forsitan audacter faciam, sed glorior Istrum
Ingenium nullum maius habere meo.

75. *Quaeque etc.* Intellige: *et* (nulla) *fama, quae* .. Conf. II, 244. Ad sententiam conf. I, 1, 53., V, 7, 37., III, 10, 55., V, 12, 41., IV, 2, 35.

76. *Ingenio.* Vat. 1., Pal. 2., Serv., II alii Heins. et vett. edd. *ingenii.* Guelf. *ingeniis.* Reg., Pirckh., Goth. et Seg. *addere.*

77. *Nolumus etc.* Conf. IV, 1, 4. et V, 7, 39. Gall. *animi.* Put. *deducere.*

78. *Que* pertinet ad *eunt;* verum cum illa *quo vetantur* sensum primarium *eunt* quasi expleant veteresque inter talia non interpungerent, *que* coniunctionem, ubi sententia secundaria praecederet, huic adiungebant. Vid. IV, 2, 16. 49., II, 254., III, 1, 63., III, 8, 51., IV, 3, 10. 15. 18. 57., V, 5, 15. 21., V, 7, 8.

Irrumpunt. Vid. ad II, 305. Busl. *erumpunt.* Gall. et Busl. a 1. m. *iubentur.* Seg. *et tamen.*

Cur scribam, docui. Cur mittam, quaeritis, istos:
Vobiscum cupio quolibet esse modo. 80

ELEGIA II.

Uxori suae miseram in Ponto conditionem scribit, queriturque non sine lenti animi accusatione, quod ipsa Augustum, qui tam clemens ac mitis sit, pro se non deprecetur, et ipse preces ad Principem addit.

Ceterum hoc quoque carmen unice spectare ad culpam deprecandam et Augusti animum mitigandum manifestum est.

Ecquid, ubi e Ponto nova venit epistola, palles,
Et tibi sollicita solvitur illa manu?
Pone metum: valeo, corpusque, quod ante laborum
Impatiens nobis invalidumque fuit,

79. *Istos,* δεικτικῶς, sc. *libellos.* Vid. v. 47. *Istos* Ruhnkenius ad Her. XVIII, 205. male in *isto,* suspectam etiam apud Nasonem formam mutandum censet. Seg. et Rel. a 1. m. *illos,* Rel. a 2. m. *istos.* Goth. *istic.* Editiones recentiores pleraeque post *istos* signum interrogandi habent, quod mihi in hac quidem oratione rectius omitti videtur, et *quaeritis* accipiendum pro *si quaeritis.* Conf. I, 11, 25., II, 261., III, 6, 23., Her. VI, 123.

80. *Cupio.* Et hoc l. Burmannus ex uno Iun. coniunctivum *cupiam* temere novavit, quod tamen non ita dico, ut Latinum non esse cum aliis affirmem (vide enim Fast. III, 491.), sed elegantior est indicativus, et vett. libri eum vindicant. Vid. III, 4, 64., V, 4, 47. et not. ad III, 3, 6. *Quolibet modo,* adeo libellis. Vid. I, 1, 16. Put. et Crev. *quo licet.* Goth. *quolibet abde esse modo.*

ELEGIA II.

1. *Ecquid ubi.* Ita Pal. 1., Franc., Reg., Mor., Serv., et sine dubio plerique Heins., eiusdem ed. pr., Dresd., Crev., Seg., Rel. Vid. ad III, 3, 47. Gall., Pirckh. et IV alii Heins. *hec ubi de Ponto. Hec ubi* etiam Goth., qui a 2. m. *ut* et a 1. m. *deposito,* a 2. m. cum Seg. et Mor. *a Ponto.* Reliqui, qui sunt perpauci, et vett. edd. *ecquid ut.* II Heins. *tibi venit.*

2. *Solvitur.* Vid. ad IV, 7, 7. — Unus Heins. et eiusdem ed. pr. *et nisi.* Berol. *nec tibi.* — Reg. a 1. m., Franc., Gall., Busl., ed. pr. Heins., Rel. *ista.* Put. *illa metu.*

3. *Valeo, corpusque, quod nobis . . fuit.* Transitus ille a sin-

Sufficit, atque ipso vexatum induruit usu; 5
An magis infirmo non vacat esse mihi?
Mens tamen aegra iacet nec tempore robora sumsit,
Affectusque animi, qui fuit ante, manet;
Quaeque mora spatioque suo coitura putavi
Vulnera, non aliter, quam modo facta, dolent. 10
Scilicet exiguis prodest annosa vetustas,
Grandibus accedunt tempore damna malis.
Paene decem totis aluit Poeantius annis
Pestiferum tumido vulnus ab angue datum.

gulari (*valeo*) ad pluralem (*nobis*) in eadem sententia imprimis apud Nasonem frequens est. Met. V, 565. *dum labor . ., visa est oculis nostris.* Fast. I, 235. *tunc sic ora nostra resolvo.* Me V, 596. 494., Fast. III, 464. 314., Her. XVIII, 96., XIV, 69., Art. A. II, 61., Trist. V, 1, 47., IV, 6, 39., V, 13., 17. 18. *et passim.* — Leid., II alii Heins. et Bern. *laboris.*

5. *Atque* ipso. Pol. 2. *atque animo.* Gott. pro v. *et longo.* Ed. Bonon. *veteratum.* Pal. 1. *vetatum.*

6. *An magis etc.* Unus Heins. *ah magis.* Iun., Leid., Pirckh., exc. Voss., Gall. et III alii Heins. *at magis.* Mor., III alii Heins. et Seg. *en magis.* Goth., Bersm., Reg. pro v. scr., IV alii Heins., quos inter fortasse Palatini, Rel. et Dresd. *et magis.* Unus Heins. *nam magis.* Pol. 2. et Franc. *infirmo nunc vacat.* Goth. *non licet,* e glossa. Berol. versum habet talem: *nunc magis infirmum nunc magis invalidum.* Reliqui, qui videntur esse perpauci, et vett. edd. *an magis etc.;* recte. Sensus mihi videtur: *an potius* (in his tot laboribus atque periculis) *mihi non vacat esse infirmum vel infirmo? Magis* pro *potius* apud Nasonem frequens est. I, 2, 89., V, 10, 12., Amor. III, 2, 39., Fast. VI, 632. Vid. not. ad Her. XVII, 102. Iahn interpretatur: *an mihi magis* (etiam) *infirmo* (quam antea) *non vacat esse* (infirmum). Hand. Tursell. III. p. 563.: *an non cum vitae meae conditione convenit, infirmiorem esse, quam ipse nunc sum.*

De constructione: *mihi non vacat esse infirmo,* vid. ad III, 1, 21. V. 7. Berol. *sumpsi.* Seg. *aegra mihi est.*

8. Crev. *que* omittit.

9. *Coitura putavi.* Vid. IV, 4, 41.

11. *Scilicet* infert sententiam, quae ex praecedentibus concluditur. Vid. ad II, 107. — Pirckh., Bern. et Berol. a 1. m. *senectus.*

13. *Poeantius,* Philoctetes. Vid. ad V, 1, 61. Berol. *habuit.*

14. *Vulnus ab angue datum. Virus* veteres edd., Pal. 2., u-

Telephus aeterna consumtus tabe perisset, 15
Si non, quae nocuit, dextra tulisset opem.
Et mea, si facinus nullum commisimus, opto,
Vulnera qui fecit, facta levare velit;
Contentusque mei iam tandem parte doloris,
Exiguum pleno de mare demat aquae. 20

nus Vat., Pirckh. et Bersm. — Et sic post Heinsium, usque ad Iahnum, recentiores ediderunt, aut Heinsii auctoritate decepti, aut quod *vulnus dare* dici nescirent. At *virus dare* hoc sensu a Nasone nusquam dicitur, contra *vulnus dare*, pro *facere, infligere* consueta oratio est, quae quinquies in solis Metamorphosibus legitur. Conf. Trist. V, 7, 19., V, 10, 44., Amor. I, 2, 44. Neque illud *virus dedit* ipsi fabulae ac rationi, qua ab angue ictus est Philoctetes, satis convenit, neque illud *aluit* de viro recte diceretur. Virg. IV, 1, 2.

At regina gravi iam dudum saucia cura
Vulnus alit venis.

Conf. Metam. X, 49., Trist. V, 4, 12., Pont. I, 3, 5. et III, 1, 54. — *Tumido*, sc. vi veneni. Mor. pro v. script. *magno*. Seg. a 1. m. *pestiferumque modo*, a 2. m., ut reliqui.

15. *Telephus*. Vid. ad II, 19. Prop. II, 1, 63.

Mysus et Aemonia iuvenis qua cuspide vulnus
Senserat, hac ipsa cuspide sensit opem.

Put. *aeternum*. Unus Burm. *peste* et alius *morte*. Dresd. pro v. scr. *fuisset*.

16. *Quae nocuit*, perfectum ad modum Graeci *aoristi*, ubi ex vulgari dicendi ratione plusquamperfectum poneretur.

17. Vid. I, 2, 99. et II, 19. — Leid. *quae fecit*. Goth. *velle levare velit*.

18. *Fecit, facta*. Vid. ad III, 6, 11.

19. *Iam tandem*, post duos totos exsilii annos. Vid. Prooem. Heinsius e Leid. et V aliis libris dedit *laboris*. Sed mihi vera videtur scriptura longe plurimorum codd. *doloris*: nam totus locus est de vulnere, et gravius est *doloris* et sequitur *acerbi*. Conf. v. 10. et V, 1, 63.

20. *De mare*. Eadem antiqua ablativi forma est Pont. IV, 6, 46., Ib. v. 196., Art. A. III, 94. Simili modo *turre* Her. XVIII, 116., *perenne* Her. VIII, 64. et Fast. III, 654., *coeleste* Met. XV, 743., *bimestre* Fast. VI, 158. Nec reliquos illius aetatis scriptores talia sedulo semper vitasse docent Schneider Gramm. L. P. II. Vol. I. p. 219., Sanct. Minerv. II. c. 7. Conf. Muret. Var. L. III. c. 17., Priscian. I. c. 7. et Charis. Instit. Gramm. p. 44.

Leid. *aquam*. Exc. Voss. *exiguam*. Bern. et III Heins. *exiguam — aquam*. Pirckh. *carpat*. Serv. *tollat*. III Heins. *sumat*.

Detrahat ut multum, multum restabit acerbi,
  Parsque meae poenae totius instar erit.
Litora quot conchas, quot amoena rosaria flores,
  Quotve soporiferum grana papaver habet,
Silva feras quot alit, quot piscibus unda natatur, 25
  Quot tenerum pennis aëra pulsat avis:
Tot premor adversis; quae si comprendere coner,
  Icariae numerum dicere coner aquae.
Utque viae casus, ut amara pericula ponti,
  Ut taceam strictas in mea fata manus; 30
Barbara me tellus orbisque novissima magni
  Sustinet, et saevo cinctus ab hoste locus.

21. *Acerbi.* Pal. 2., Vat. 1., Serv. et Guelf. *acervi.*

23. *Quot amoena.* Pol. 1. *quot enos p'tia flores.* Rott. *quot enos hostia.* Vat. 1. *quot amenos postia.* Pal. 2. et Guelf. *quot amenos hostia.* Varietas orta videtur e vocabulo *Paesti,* quod librarius, memor Paestum rosariis claram (Met. XV, 708.) fuisse adscripserat. Ceterum piget fere referre, viros doctos simplicissimam et integerrimam omnium prope codicum et veterum edd. scripturam *quot amoena rosaria fl.* coniecturis suis molestasse et quantum in ipsis fuit, corrupisse. — Leid. *vel amoena.* — V. 24. Franc., Reg., Gall., Busl., IV alii Heins. et Goth. *quotque.*

26. *Tenerum aëra,* q. e. *liquidum,* quod ex glossa exhibent Goth. et Mor. pro v. scr. Vid. III, 9, 7., Met. IV, 616., Virg. Aen. IX, 699. Berol. *tenuem.*

Quot Pal. 1., Pol. 1., Franc., Mor., IX alii Heins., Goth., Guelf., Bern. et nostri V. Reliqui et vett. edd. *et tenerum.*

Pulsat eleganter de remigio alarum dicitur, nec audiendus Heinsius, qui *sulcat* coniiciebat.

27. *Coner.* Reg., Bern., Serv., Guelf., Seg. *conor.* Goth. *conar.* Leid. *quot si deprendere conor.* Met. XIII, 160.

Plura quidem feci, quam quae comprendere dictis
In promptu mihi sit — — —

28. *Icariae aquae.* Vid. ad I, 1, 90. Dresd. *numeros.* Reg., Serv., Franc., Leid., Guelf., Goth., Bern., Berol. et Crev. *conor.* Gall. *cogor.*

30. *Strictas manus,* h. e. ad feriendum sublatas atque paratas, quomodo *strictus ensis* dicitur. Her. XII, 100., Amor. I, 6, 14., Bentl. ad Hor. Od. I, 6, 18.

31. *Novissima.* I, 1, 127. 128. — V. 32. Gall. *me tenet.* Busl. *saevo est.*

Hinc ego traiicerer, nec enim mea culpa cruenta est;
Esset, quae debet, si tibi cura mei.
Ille deus, bene quo Romana potentia nixa est, 35
Saepe suo victor lenis in hoste fuit.
Quid dubitas et tuta times? Accede rogaque:
Caesare nil ingens mitius orbis habet.
Me miserum, quid agam, si proxima quaeque relinquunt,
Subtrahis et fracto tu quoque colla iugo? 40

33. Vat. 1. *transigerer.* Leid. *est* omittit. Reg., Mor., Serv., VI alii Heins., Goth., Bern., Seg. et Rel. *neque enim.* Reliqui et vett. edd. *nec.*

Ad sensum conf. III, 6, 44. 54. et Pont. I, 1, 79.

34. *Esset, quae debet etc.* Callida vituperatio, quae non tam ad reprehendendam uxorem spectat, quam ad Principem mitigandum. Vid. Proleg. et argumentum I, 1. Seg. *quod debet.*

35. *Nixa est.* Dresd. pro v. scr. et Berol. *firma.* Unus *nota,* alius *fixa.* Leid. *mista.*

Ille deus. II, 221. Seg. *ipse.*

36. *Lenis in hoste.* Constructio apud poëtas non rara. Sic Her. XXI, 10. *talis in Hippolyto,* Amor. I, 7, 34. *saevus in hoste,* Met. IV, 547. *saevus* in *pellice,* Prop. II, 3, 10. *amicus in puero.* Vid. Trist. III, 7, 7. Ponitur etiam dativus: Her. XXI, 5. *si tibi dura fuissem,* Pont. *sontibus esse trucem.* Vulgaris oratio est *in* cum acc. Verum haec sententia differunt: nam dativus ponitur ita, ut sit dativus qui dicitur commodi: si enim dicimus *lenis hosti,* quaerimus cui vel cuius commodo?; *lenis in hoste* si dicimus, quaerimus, in quo lenitas exerceatur, *in hostem* vero si dicimus, quaerimus, quo lenitas referatur. Conf. Broukhus. ad Tib. III, 6, 19. et interpp. ad Liv. XXX. c. 12., et ad XXVIII. c. 43. — Ad sensum conf. I, 1, 73., I, 2, 61., I, 5, 39., II, 41., IV, 8, 38., V, 8, 25., V, 11, 20. et vid. not. ad I, 1, 20. Iun. et vett. edd. *victo.* Pirckh. et Leid. *laetus.* Leid., Busl. et Rel. *ab hoste.*

37. *Et tuta times.* Mor., Busl., Bern., Crev. et Rel. *quid tuta,* quod Heinsius, affectus ubique captans in textum recepit. Similiter Pont. I, 1, 119. *quid trepidas et adire times* legendum, pro *quid adire times* scriptura Heinsiana. Vid. not. ad IV, 10, 119.

39. *Relinquunt.* V Heins., Dresd. pro v. scr. *relinquent.* Bern. *relinquet.* Rel., Goth. pro v. et III Heinsii *relinquant.* Male: est enim pro *quando relinquunt* et de re, quae facta est vel vere fit, sermo est. Seg. *relinquam.*

40. *Et fracto.* Sensus est: et

Quo ferar? Unde petam lapsis solatia rebus?
Anchora iam nostram non tenet ulla ratem.
Viderit: ipse sacram, quamvis invisus, ad aram
Confugiam: nullas submovet ara manus.
Alloquor en absens absentia numina supplex, 45
Si fas est homini cum Iove posse loqui:

(si) *tu quoque fracto iugo colla subtrahis?* Nimirum versus 40. versum 39. exponit. — Pol. 1., III alii Heins., Guelf. et Bern. *effracto,* quod Heinsius, nec dicendi rationem Ovidii neque respiciens scriptura optimorum librorum servata nervosius illa *quo ferar* inferri, cupide arripuit et in textum induxit. Vat. 1., Pal. 2., Serv. et Berol. *e fracto.* Busl. *in fracto.* Reliqui et vett. edd. *et fr.* Mor. *tu tua.* Metaphora ea est etiam Pont. III, 1, 67.

Cumque ego deficiam nec possim ducere currum,
Fac tu sustineas debile sola iugum.

41. *Lapsis.* Vid. I, 5, 35. — Vat. 1., Pal. 2., Franc., Leid., Reg., Gall., Serv., Pirckh., VI alii Heins., Guelf., Berol., Crev., ed. pr. Heins. et reliquae saec. XV. *lassis.* Busl. *feror.* V. 42. Strozzae teste Burmanno *petet,* auctore Merkelio *fovet.*

43. *Viderit.* Ed. Ven. a. 1486. coniungit *viderit ipse. Sacram ad aram.* Supra v. 35. *ille deus.* — Sollertiam poëtae et novitatem culpam deprecandi iam supra tetigimus. Put. *ipse deus.* Ed. Bonon. *invitus.*

44. *Nullas — manus.* Ad aras deorum etiam invisis et sontibus confugere licet.

Manus. Serv. ad Virg. A. IV, 219. *necesse enim erat aras a sacrificantibus teneri, quod, si non fieret, diis sacrificatio grata non esset.* Put. *summovet ille.* Reg., Iun. et Crev. *cum fugiam.*

45. Plurimi codd. (Berol., Pirckh., Pal. 1., Goth., Busl., plerique alii Heins. et vett. edd.) haec, quae sequuntur, a superioribus divellunt, et ab h. v. novam ordiuntur elegiam, licet superiora omnino cum sequentibus cohaereant. Est enim haec sententia: Quando igitur tu cum ceteris me deseris aut times, neque quisquam pro me deprecari sustinet, ego ipse ad aram Caesaris dei accedam, eumque licet absens supplicibus verbis alloquar et orabo, in hunc modum videlicet: *O arbiter imperii . . .* Micyll. Coniuncta haec leguntur in Guelf., Voss., Mor., Pol. 1. et 2., Vatt. et quibusdam aliis Heinsii et Crev.

Alloquor. Dimidia fere, sed deterior pars scriptorum *alloquar;* nam in Guelf. a 1. m. idem correctum. Merkel. Nostri quoque *alloquor.* — Heinsius etiam cum Leid. *praesentia numina* legendum putat, uti poëta II, 54. Augustum vocat *praesentem conspicuumque deum,* et Pont. I, 2, 187. de eodem:

Quamque dedere mihi praesentia numina vitam.

Recte illis locis Augustum *praesentem deum* appellat; recte etiam h. l., ubi declarare voluit, se longissime Roma et ab Augusto abes-

„Arbiter imperii, quo certum est sospite cuncto
„Ausoniae curam gentis habere deos.
„O decus, o patriae per te florentis imago,
„O vir non ipso, quem regis, orbe minor, — 50
„Sic habites terras, sic te desideret aether,
„Sic ad pacta tibi sidera tardus eas:
„Parce, precor, minimamque tuo de fulmine partem
„Deme: satis poenae, quod superabit, erit.
„Ira quidem moderata tua est, vitamque dedisti, 55
„Nec mihi ius civis, nec mihi nomen abest;
„Nec mea concessa est aliis fortuna, nec exsul
„Edicti verbis nominor ipse tui.

se, *absentia mumina* dicit; nec sic temere scriptura omnium librorum abiicienda. — Leid. *heu praesens praesentia.* Exc. Voss. *celestia.*

Cum Iove. I, 5, 78. *Posse loqui.* Vid. ad II, 204.

47. *Arbiter imperii.* Cum toto hoc loco conf. II, 156. seqq. et Pont. II, 8, 23. seqq., Met. XV, 868., Hor. Od. I, 2, 45. — V. 49. Gall. *fulgentis.* Pal. 1. *patriae parce florentis imago.*

51. *Sic habites terras.* Vid. ad II, 159. et conf. II, 57. — *Desideret te,* desiderio tui teneatur.

Goth. a 2. m., II Heins., ed. pr. Heins. et reliquae vett. edd. praeter Bonon. *terram, sic te.* — Bern., III Heins., Dresd. *terras, sic te.* — Bersm., Mor., Iun., exc. Voss. et III alii Heins. *ut te.* Unus *nec te.* Reliqui, certe permulti, ut videtur, habent *et te.* Retinuimus, donec codices diligentius excussi fuerint, vulgatam, quae mihi etiam elegantior videtur, ut in nova re etiam *sic te* repetatur.

52. *Tardus eas. Serus eas* quidam, quod fluxisse videtur ex Hor. Od. I, 2, 44. ubi de Augusto est: *serus in coelum redeas.* Unus Vat. *sidus eas.* Bern. *sic tu tardus eas ad sidera pacta tibi.* — De Augusti honore coeli ac sidere, pleni sunt illius aetatis poëtae. Vid. Virg. Georg. I, 24. seqq., Hor. l. l., Met. XV, 449.

53. Leid. et Goth. *nimiamque.* Conf. v. 19. et 20. et I, 1, 72. Quam vero partem demi velit, sequitur v. 73.

55. *Vitamqau dedisti.* Vid. ad IV, 4, 45.

57. *Fortuna* singulariter pro re familiari est etiam Amor. III, 7, 49., Nep. Att. c. 21. et Alcib. c. 9., ubi vid. Bremi. Vid. etiam Ruhnk. ad Vellei. II. c. 6. et Schmid. ad Hor. Epist. I, 5, 12.

58. *Edicti.* II, 135.

„Omniaque haec timui, quoniam meruisse videbar;
„Sed tua peccato lenior ira meo est. 60
„Arva relegatum iussisti visere Ponti,
„Et Scythicum profuga scindere puppe fretum.
„Iussus ad Euxini deformia litora veni
„Aequoris; haec gelido terra sub axe iacet.
„Nec me tam cruciat nunquam sine frigore coelum, 65
„Glebaque canenti semper obusta gelu,
„Nesciaque est vocis quod barbara lingua Latinae,
Graecaque quod Getico victa loquela sono est;

59. *Quoniam videbar.* Cod. Bern. *quam mer.* Reg. *quae non mer.* Berol., ed. pr. Heins. et reliquae saec. XV. *quia me meruisse videbar.* Leid. *quoniam meruisse putavi* ex Her. II, 61. Reliqui, ut dedimus, nisi quod Pol. 1., Vat. 1., Pal. 2., II alii Heins. et Guelf. a 1. m. sub ras. *quia me meruisse videbam,* quod sine idonea caussa recepit Heinsius. — Pirckh. *omnia quae timui.* Dresd. pro v. *omnia tunc.* — V. 60. Pal. 2., Leid. pro v. scr., Bersm. et Goth. *mollior.* III Heins. et Berol. *est* omittunt.

62. *Scindere.* Sex (sc. Franc., Erfurt. Zinzerlingi, IV alii et ed. pr.; etiam Goth., Bern.) *findere,* quod mollius. Heins. Ego mollitiem illam non sentio; et in talibus audiendi sunt vett. libri. Vid. I, 4, 3. — *Scythicum* fretum est Pontus Euxinus. Nam Ovidio omnia, quibus circumdetur, esse Scythica, Sarmatica ac barbara supra monuimus. Gall. *prof. Scyth.* — V. 63. Mor. *missus.*

64. *Gelido sub axe.* Vid. IV, 8, 41. — Dresd. pro v. scr. *aequoris et gelido.*

65. Seg. a 1. m. *sine sidere.* Leid. *vitiat.*

66. *Obusta.* Goth., Pal. 2., Guelf. a 2. m., exc. Voss., Iun., Leid., Bersm., Bern., Berol. (?), Rel. *adusta.* Gall. *abusta.* Leid. *duranti.* Conf. III, 2, 8., III, 4, 48.

67. *Nesciaque.* Goth. et Crev. *nescia quae est.* Rel. *nescia quae vocis.* Mor., Put., Reg., Pal. 2., Iun. et III alii Heins. *nescia quam.* Male. Construe: *nec me tam cruciat . . coelum, glebaque . . ., et quod barbara lingua nescia est vocis Latinae et Graeca loquela Getico sono victa est: quam quod . . .* Conf. I, 10, 27., II, 373., V, 4, 37. — Crev., Reg., Mor. et V *vocis quae.* XVI Heins., Goth., Gall., Rel. *vocis quam.* Franc. *vocis quem.* Seg. *barbara turba.* Rel. *barbara verba.*

68. *Graecaque.* Pal. 1., Put., Berol. *Grataque.* Reg., Gall., Mor., Busl., Iun., Leid., Goth., Guelf., Bern., Dresd., Rel., Seg., vett. edd. et sine dubio etiam reliqui Heinsii codd. *Graecaque,* quod tanta auctoritate vett. librorum restituimus. Conf. V, 7, 11., et not. ad III, 13, 39.

Quam quod finitimo cinctus premor undique Marte,
Vixque brevis tutos murus ab hoste facit. 70
Pax tamen interdum est, pacis fiducia nunquam:
Sic hic nunc patitur, nunc timet arma locus.
Hinc ego dum muter, vel me Zanclaea Charybdis
Devoret atque suis ad Styga mittat aquis;

Dresd. *Graecaque quae.* Rel. *Graecaque in.* — Vat. 1., Pol. 1. et 2., Reg., Gall., Iun., X alii Heins., Berol., Rel. pro v. scr., Dresd., Guelf. et ed. pr. Heins. *iuncta loquela.* Goth. et Rel. a 1. m. *vincta.* Mor. et III alii Heins. et vett. edd. *mista.* Bern., Put., Mor., Serv., III alii Heius. et Rel. pro v. scr. *querela.* Leid. *est* omittit. — *Victa loquela sono est* recte habet. V, 7, 51.

In paucis remanent Graecae vestigia linguae,
Haec quoque iam Getico barbara facta sono.

Conf. III, 10, 1.

69. *Finitimo.* Pol. 1., Vat. 1., III alii Heinsii et Guelf. a 1. m. *finitima—morte.* Vid. II, 187. seqq., IV, 4, 59., IV, 10, 111. et III, 11, 5.

70. *Brevis,* humilis, *exiguus,* ut de eodem V, 10, 18. Conf. IV, 1, 69., III, 15, 41. Pro vulgata *tutos* Heinsius e Pat. et Zulich. (quibus accedunt Pal. 2., Crev., Rel. et fortasse etiam Dresd.) induxit *tutum,* laudans IV, 1, 70.

Quam miserum, porta vitam muroque tueri,
Vixque sui tutum viribus esse loci.

Sed cum *tutos* h. l. generaliter accipi possit, invitis omnibus prope codd. et vett. edd. mutare non sum ausus.

71. *Pacis fiducia etc.* Sic codd. prope omnes et vett. edd., nisi quod III Heinsii *est* in fine habebant, et Busl. *interdum est* et *nunquam est.* Berol. *est* in medio omittit, et in fine habet: *nunquam fiducia pacis,* quod etiam in Bern. est. Conf. III, 11, 67.

72. *Sic hic nunc.* Bern. *sic hoc.* Put. *hic sic.* Leid. *ergo hic.* Scribo *sic nunc hic.* Burm. Sed neque sic mollis verborum sonus est, nec talibus caussis mutare tutum est; et veteres haec verba aliter, ac nos pronuntiasse constat. Goth. pro v. scr. *sic quae non pat.*

73. *Dum muter.* Unus Gall. *dum moveor.* Berol. *dum mittor.* Iun. et Leid. *mittar.* Pont. I, 1, 79.

Inque locum Scythico vacuum mutabor ab arcu.

Pont. IV, 14, 7.

Nulla mihi cura est, terra quo muter ab ista.

Vid. Liv. V. c. 46., Gronov. Obss. III. c. 1., Bentl. ad Hor. Od. II, 16, 9.

Zanclaea. Mor. et Berol. *Pangea.* Reg. *Pancea.* Pal. 2. *Parchea.* Bern. *Panthea.* Reliqui codd. et vett. edd. *Panchaea.* Nullus liber vetus *Zanclaea,* quod tamen verum est.

Charybdis est vortex in freto Siculo prope Messanam sive *Zanclen,* de qua mira cecinerunt ac finxerunt poëtae. Vid. Met. VII, 63., XIII, 730., Hom. Od. XII, 101. et

Vel rapidae flammis urar patienter in Aetnae, 75
Vel freta Leucadii mittar in alta dei.
Quod petimus, poena est; neque enim miser esse recuso;
Sed precor, ut possim tutius esse miser.

235., interpp. ad Virg. A. III, 420., Strab. VI. p. 185., Plin. H. N. III. c. 8. Dicta autem *Zanclaea* a Zancle, quae erat Naxiorum colonia, quae cum postea Messeniorum facta esset, ab iis nomen Messanae accepit. Cluver. Sicil. antiq. I. c. 5., Strab. l. l., Thuc. VI. Conf. Pont. IV, 14, 9. seqq.

74. *Atque.* Heinsius primus novavit *aque.* Revocavi scripturam omnium vett. librorum. Sensus est: *et per vim aquarum suarum,* sive *aquis* (*vorticibus*) *suis me mittat ad inferos.* — Vid. I, 2, 65. Conf. I, 5, 20., V, 9, 19., IV, 5, 22. Styx est fluvius inferorum ante aditum ad inferos fluens, quem umbrae mortuorum transmittere omnes debebant; de quo pleni sunt veteres poëtae. Vid. Metam. IV, 432. ibique interprett. Busl. *inque.*

75. *Flammis in Aetnae.* De positione praepositionis vid. ad III, 1, 60. Mor. *in igne*

76. *Leucadii — dei. Leucadio deo* uterque Pol., pr. Vat., opt. Medic. et Reg. pro v. scr. Alter Polit. etiam *apta* pro *alta.* Heins. *Leucadius deus* est Apollo a Leucadia, paeninsula in mari Ionio, Acarnaniae adiuncta, more vetusto Acarnaniorum illustris, qui quotannis in sacris Apollinis sontium aliquem e specula montis in mare praecipitabant, instructum omnis generis alis ac plumis, quo levior casus esset et volatui similis, dispositisque in orbem naviculis in subiecto mari ad eum excipiendum, quantum poterant, servabant, et extra fines eductum dimittebant. Strabo X. p. 311., Fast. V, 630., ibique interpp., Her. XV. fin. et Serv. ad A. III, 279.

77. *Petimus. Petitur* bene duo. Unus *patitur.* Multi *patimur.* Heins. Restitui *petimus.* Quod autem oratio statim ad singularem transit, nihil apud Nasonem habet insoliti. Vid. ad v. 3. Vat. 1., Guelf., Put., Gall., Serv., III alii Heins. et Seg. *patimur.* Busl., Crev., Berol. et vett. edd. *nec enim.* Unus Vat. *recusem.* Vid. ad V, 1, 80. Leid. *miser — precor.*

ELEGIA III.

In Liberalibus queritur poëta, quod sacris illis interesse sibi non liceat, et Bacchum precatur, ut sibi opem ferat, et poëtas artis socios, qui illum diem inter convivia et epulas agebant, orat, ut sui reminiscantur.

Illa dies haec est, qua te celebrare poëtae,
Si modo non fallunt tempora, Bacche, solent,
Festaque odoratis innectunt tempora sertis,
Et dicunt laudes ad tua vina tuas.
Inter quos, memini, dum me mea fata sinebant, 5
Non invisa tibi pars ego saepe fui;
Quem nunc suppositum stellis Erymanthidos Ursae
Iuncta tenet crudis Sarmatis ora Getis.

ELEGIA III.

1. Liberalia agebantur XVI. Cal. Aprll. Fast. III, 713. ibique interpp., Varr. L. L. V. Poëtae autem Liberalia festa agebant, quia Bacchus praeerat excelsioris spiritus cantui. Vid. I, 7, 2., IV, 1, 43., Hor. Od. II, 19., Epist. II, 2, 78. ibique interpp.

3. *Sertis.* De sertorum et florum usu in conviviis et compotationibus omnia notissima sunt. Vid. ad I, 7, 2, — Tibull. III, 7, 31.

Iam pridem Tyria madefactus tempora nardo
Debueram sertis implicuisse caput.

Iun. *sacris.* Gall. *invertunt.* Busl. *connectant.* Dresd. pro v. l. *laetaque.* Vat. 1. *adornatis.* — *Adoratis* Pirckh., Reg., ed. pr. Heins. et reliquae vett.

4. *Ad tua vina. Tua vina,* quae sunt tui muneris atque inventi. Vid. Apollod. III, c. 5. Eodem modo Prop. III, 15, 10. ad Bacchum:

Hoc mihi, quod veteres custodit in ossibus ignes,
Funera sanabunt vel tua vina malum.

Pal. 1. et Leid. *ad tua sacra.* Iun. et Mor. a 1. m. *tua festa.*

6. *Non invisa—pars.* Conf. II, 58. — Vett. edd.: *pars ego magna fui.* Mendose.

7. *Erymanthidos Ursae.* Praecipui ex antiquis *Cynosuridos,* et recte. Heins. *Erymanthidos* (Goth. a 2. m., vett. edd. et codd. paullo (?) dimidio plures, sed ignobiles. Merkel. Etiam Busl., Dresd., Bern., Rel. et Crev. — Berol. *Emorusidos.* Goth. a 1. m. *Cynociridos. Cynosuris* neque usquam apud Nasonem, neque apud alium bonae Latinitatis auctorem reperio, inde suspecta mihi illa scriptura videtur, cum praesertim paucis tantum li-

Quique prius mollem vacuamque laboribus egi
  In studiis vitam Pieridumque choro, 10
Nunc procul a patria Geticis circumsonor armis,
  Multa prius pelago multaque passus humo.
Sive mihi casus, sive hoc dedit ira deorum,
  Nubila nascenti seu mihi Parca fuit;
Tu tamen e sacris hederae cultoribus unum 15
  Numine debueras sustinuisse tuo.
An, dominae fati quicquid cecinere sorores,
  Omne sub arbitrio desinit esse dei?
Ipse quoque aetherias meritis invectus es arces,
  Quo non exiguo facta labore via est; 20

bris confirmetur. *Erymanthis Ursa* contra saepius legitur in his carminibus. Vid. I, 4, 1., I, 11, 15., III, 5, 1. De *Cynosura* vid. IV, 3, 1. — Leid. *festis.*

8. *Sarmatis ora.* Vid. ad II, 225. et IV, 10, 110.

9. Vid. III, 2, 9., I, 5, 72., IV, 10, 37., V, 2, 4., V, 1, 34. — Leid. *quique prior.* Pol. 2. *quaeque prius.* Pal. 1. *mollis.* Borol. *doloribus.*

11. *Circumsonor armis.* Vid. IV, 10, 111. — Leid. *iam procul.*

12. Vid. IV, 10, 107. — V. 13. Put. *sive mihi haec.* Goth. *sive haec.*

14. *Nubila,* tristis. Met. V, 512.

— — — — — — Ibi toto nubila vultu
Ante Iovem passis stetit (*Ceres*) invidiosa capillis.

Stat. Silv. III, 5, 11. Notum est Homericum illud τὸν δ'ἄχεος νεφέλη ἐκάλυψε μέλαινα.

15. *Hederae cultoribus.* Reg. a 1. m. *sacris aedis cultoribus.* Vett. edd. et Guelf. a 1. m. *me de cultoribus.*

Hederae cultores per periphrasin poëtae. Vid. I, 7, 2. *Sacris.* Vid. ad III, 2, 3. et III, 8, 32.

16. *Sustinuisse,* erectum tenere, tueri. Vid. I, 5, 4. Bern. *nomine.* Goth. a 1. m. *vivere debueras.*

17. *Sorores, dominae fati,* per periphrasin Parcae, de quibus vid. ad V, 13, 24. et IV, 1, 63. De periphrasi illa vid. ad II, 13. — Busl. *fecere.*

18. *Dei,* non Bacchi, sed cuiusvis dei, quamvis nunc Bacchum innuat; nam *dei* h. l. fere vim collectivi habet, ut Metam VIII, 788. *montani numinis unam.* Cf. Met. I, 21. et Art. III, 103. Leid. *deum.*

19. „*Ipse quoque mortali matre genitus* (II, 401.) *multos labores sustinuisti, eoque mitior esse debebas hominibus, qui in calamitate versantur.*“ Quod facilem facit atque elegantem transitum ad Bacchi

Nec patria est habitata tibi, sed ad usque nivosum
Strymona venisti Marticolamque Geten;
Persidaque et lato spatiantem flumine Gangen,
Et quascumque bibit decolor Indus aquas.

res gestas ac laudes canendas. Namque Bacchum fere similia Herculeis, eadem Iunone machinante, pericula, labores atque itinera subire coactum fuisse et superasse finxerunt poëtae. Vid. Voss. Mythol. Briefe II. 33. Sed Naso sua pleraque sumsit e Nonni Dionys. Vid. Metam. IV, 20., Fast. III, 719., Hor. Od. II, 19., Apollod. III. c. 5. ibique Heyn. *Invectum* proprie accipiendum; nam Bacchum tigribus aut Lyncibus vectum in coelum abfisse fabulantur. Hor. Od. III, 3, 13.

Hac (*arte*) te merentem, Bacche pater, tuae
Vexere tigres, indocili iugum
Collo trahentes.

ubi vid. interpp. Similiter Ariadnen, Bacchi uxorem, Lyncibus in coelum vectam dicit Prop. III, 17, 8. Vid. not. ad Her. II, 80. — Pr. Vat. *aeth. es merito vectus in arces.* Pol. 2. *evectus.* Sed *invehi* proprium triumphantium. Flor. IV. c. 2. *Caesar in patriam victor invehitur.* Lucan. VIII, 553. Quasi ergo triumphans Bacchus in aetherias arces invectus. Conf. Hor. l. l. Ed. pr. Heinsii male *in auras.* Pal. 1., Goth. in ras., Plrckh., exc. Voss., IV alii Heins., Crev. et vett. edd. *inv. in arces.* Mor., Iun., Leid., V alii Heins., Guelf. a 2. m. *ad arces.* Busl. *ipse es aether. m. inv. in auras.*

20. *Quo*, ad quem locum. Pal. 2., Serv., Bersm., X alii Heins. et ed. Bonon. *qua.*

21. *Patria*, Thebae. II, 401. — Fast. III, 719.

Sithonas et Scythicos longum enumerare triumphos,
Et domitas gentes, turifer Inde, tuas.

Conf. Met. IV, 20. *Strymona* pro in Thraciam; nam Strymon fluvius est Thraciae, qui ex Haemo monte oritur et in Aegaei sinum influit. Plin. N. H. IV. c. 10. Thracia autem veteribus pro sede est frigoris, aquilonis ac tempestatum; unde *nivosum.*

22. *Marticolam*, bellicosum. Mela II. c. 1., Trist. III, 15, 42. Quisquis enim ad pugnas et arma promtus, *Marticola.* Idem est Pont. IV, 14, 14. Atque ipsa Thracia, cuius partem tenebant Getae, est *Mavortia terra* apud Virg. A. III, 12., ubi vid. interpp. Goth. a 2. m., Reg., Busl., Mor., Leid. et V alii Heins. et Seg. *Getam.* — Busl., Put., Gall., Serv., VIII alii Heins. et eiusdem ed. pr., Dresd., Crev. et Rel. *Getem.* Goth. a 1. m. *Martialemque.*

23. *Persida. Persis* incertis finibus terra mediae Asiae. Vid. Strab., Mela III. c. 8. et Schirlitz Handb. der alt. Geogr. p. 425. *Ganges* maximus Indiae fluvius, qui in mare rubrum defluit, ultra quem parva veteribus Asiae cognitio, ac de quo ipso non pauca fabulati sunt. Strab. XV. p. 483., Mela III. c. 7., Plin. N. H. VI. c. 23., Metam. IV, 21. — Busl., Goth. et Dresd. *Gangem.*

24. *Decolor.* Pal. 1., Seg., Goth.,

Scilicet hanc legem nentes fatalia Parcae 25
Stamina bis genito bis cecinere tibi.
Me quoque, si fas est exemplis ire deorum,
Ferrea sors vitae difficilisque premit;
Illo nec levius cecidi, quem magna locutum
Repulit a Thebis Iupiter igne suo. 30
Ut tamen audisti percussum fulmine vatem,
Admonitu matris condoluisse potes;

Franc., Pol. 2., Gall., Mor., Busl., exc. Voss., Iun., VII alii Heins. *discolor*. Reliqui omnes et vett. edd. *decolor*, quod de colore vitiato ac deformi recte dicitur: nam fuscus Indorum color h. l. intelligendus. Vid. Met. IV, 21., Fast. III, 493., Art. III, 130., Iuv. Sat. XII, 104. Virg. Georg. IV, 292.

Usque coloratis amnis devexus ab Indis.

Vid. not. ad Her. IX, 4. et ad Trist. IV, 2, 42.

25. „*Scilicet* (V, 2, 11.) *hanc legem* (ut tot labores sustineres ad coelum promerendum) *Parcae quae fatalia stamina nere solent, cecinere tibi.*" Argute autem, cum bis natus esset Bacchus (II, 401.), bis quoque ei fata cantata a Parcis dicit. Conf. Met. III, 317. Parcas nentes cecinisse fata infantis dicit etiam Metam. VIII, 451., idem Tibull. I, 7. 1. — V. 26. Strozz. et Leid. pro v. scr. *carmina*.

27. *Exemplis ire deorum*, est i. q. Met. IV, 431. *per exempla ire* q. e. *idem pati*. Vid. ad II, 168. — 28. Gall. *dissimilisque*.

29. *Levius cecidi*. Vat. *levius*, idque rectius. Vulg. *melius*. Ciof. Ita *graviter cadere* Pont. I, 7, 49. *Illo, quem*. Capanea dicit, Hipponoi filium, Argivum, unum e VII qui Thebas oppugnarunt, qui cum se vel invito Iove Thebas capturum esset gloriatus (hinc *magna locutum*), et murum iam conscendisset, a Iove fulmine ictus periit. Sophocl. Antig. v. 133. seqq., Aeschyl. VII adversus Theb., Hom. Odyss. XV, 244., Hyg. F. 68., Apollod. III. c. 7., Metam. IX, 404. Quo facto uxor eius, (fuit autem Evadne, Iphidis filia, unde *Iphias* V, 14, 38.) in ardentem se eius rogum misit et una cum coniuge flammis consumta est. IV, 3, 63., V, 6, 54. Conf. Art. III, 17. *Magna loqui* est superbe loqui, sese iactare. Eo sensu *magna lingua* Hor. Od. IV, 6, 1., ubi de hac oratione vid. Mitscherl. Conf. Met. VI, 151. — Pal. 1., Put., Mor., Berol. *non levius*. Vett. edd. *nec melius*.

30. *Repulit*. Reg., Put., Mor., Busl., Iun., VI alii Heins. et eiusdem ed. pr. *depulit*. Guelf. a 2. m., Goth. pro v., II Heins., Bern. et Rel. *expulit*. Gall. *et pulit*. Goth. *apulit*. Leid., II alii Heins., Berol. et Dresd. pro v. *impulit*. II Heins. et Rel. pro v. *obruit*.

31. *Vatem percussum fulmine*, sc. Iovis. Vid. I, 1, 72. Gall. *deiectum*.

Et potes, adspiciens circum tua sacra poëtas,
„Nescio quis nostri,“ dicere, „cultor abest.“
Fer, bone Liber, opem: sic altam degravet ulmum, 35
Vitis, et incluso plena sit uva mero;
Sic tibi cum Bacchis Satyrorum gnava iuventus
Adsit, et attonito non taceare sono;

32. *Admonitu matris.* Leid. *demonitu.* Pol. 1. et 2. *admonitis.* Vett. edd. *admonitis nostris.* Seg. *vatis,* pro v. scr. *matris,* in marg. *Semeles.* — Ceterum argute alludit ad Bacchi matrem et mortem eius per Iovis fulmina (II, 401.), in quo genere saepe mira sibi indulserunt Latini poëtae, imprimis Naso, nihil in talibus spectans aliud, nisi ut acumen ostendat et ingeniosus videatur.

33. *Tua sacra.* Duo Vat. *sua.*

34. *Nescio — abest,* oratio mirantis ac desiderantis.

35. *Altam.* Pal. 1. *alto.* Vat. 1., Pal. 2., Gall., Pirckh., Crev., Berol. et Rel. *altam,* „quod verum est.“ Heins. Reliqui (?) codd. et vett. edd. *altera,* quod dedit Merkel, in qua scriptura ego sanam sententiam reperire non possum; certe loco columellae de Re Rust. V. c. 5., quem attulit: *circa vernum deinde aequinoctium binae vites, quo celerius ulmum vestiant, pedem inter se distantes scrobibus deponendae,* nihil luminis huic loco affertur: neque haec verba „de maritatione“ accipienda sunt, ut Merkel accipit, sed de fecunditate vitis: nam *degravet* est pondere suo sive uvarum premat. II, 143.

Vidi ego pampineis oneratam vitibus ulmum.
Hor. Epod. II, 9.

Ergo aut adulta vitium propagine
Altas maritat populos.
Iun. *degravat.*

Liber, Bacchi cognomen, a Graeco *Λυαῖος* (II, 401.) h. e. *λυσιμέριμνος.* Senec. de Tranq. c. 15. *Eluit* (ebrietas) *curas —, Liberque non ob licentiam linguae dictus est inventor vini, sed quia liberat servitio curarum animum et asserit vegetatque et audaciorem in omnes conatus facit.* Conf. Met. IV, 17. seqq. et Hor. Od. II, 19.

De illo *sic* vid. ad II, 159.

Ceterum hoc versu novum carmen incipit Goth., Leid. et Reland., qui XLIV. numerat.

37. *Gnava iuventus.* Ita Reg., Gall., Dresd., Seg., Berol., Rel., Crev., Pol. 1. et 2. — Serv. *nava.* Guelf. *grava.* Exc. Voss., II alii Heins. et Dresd. pro v. scr. *gnara.* Goth. pro v. scr. *gnata;* a 1. m. *ignara.* Pal. 1., Bersm., VII alii Heins., Franc. pro v. *laeta.* Pal. 2., Leid., III alii Heins. et vett. edd., Goth. pro v. scr. *grata.* Pirckh. et II alii Heins. *graia.* Franc. et alius Heins. *ignava.* Busl. et II alii Heins. *prona.* II Heins. *sacra.* Iun. *tecta.* Legendum igitur *grata* aut *gnava:* sed posterior scriptura Nasoniani acuminis ac venustatis mihi videtur.

Satyri noti sunt Bacchi comites cum Sileno eius nutritore. Sunt autem Satyri semidei silvestres, su-

Ossa bipenniferi sic sint male pressa Lycurgi,
Impia nec poena Pentheos umbra vacet; 40
Sic micet aeternum, vicinaque sidera vincat
Coniugis in coelo clara corona tuae.

periori corporis parte forma hominis, nisi quod longiores aures et parva cornua habent, et inferiori parte hirci. Hor. Od. II, 19, 3., Voss. ad Virg. Ecl. VI, 13., Met. IV, 25. et XI, 89. Satyrorum *gnava* inventas apta dei perpetua iuventute florentis societas. Praecipue tamen eorum alacritas ac pernicitas a poëtis cernebatur in virginibus persequendis. Nam omnes illi dî agrestes Pan cum Sileno, Fauni et Satyri lascivum genus et in Venerem promtissimum. Met. I, 692., XIV, 638., Fast. IV, 142., Hor. Od. I, 17, 1., Sil. III, 394. Conf. Fast. III, 744. seqq. et vid. Voss. ad Virg. l. l. et Casaub. de Satyrica Graecorum Poësi I. c. 2. De Bacchis vid. ad IV, 1, 41.

38. *Attonito.* *Attonitus* in furore Bacchico proprium vocabulum. Art. I, 538. Vid. not. ad Her. IV, 50. *Non taceare* illustratur Metam. III, 528. seqq. — Busl. *ne.*

39. Lycurgus, Dryantis filius, Edonum in Thracia rex, qui cum Bacchum e finibus suis eiecisset cultumque eius turbasset, a deo pantheris obiectus est, postquam insania correptus pro vitibus, quas rescindere putabat, uxorem et filium securi (hinc *bipennifer*) interfecerat. Hyg. F. 132., Apollod. III. c. 5. Conf. Hom. Il. VI, 130., Metam. IV, 22. — Verba *ossa male pressa sint, male cubent,* sunt formulae male precandi mortuis. Vid. not. ad III, 12, 26. — Bern. et Pirckh. *tecta.*

40. *Pentheus,* Thebanorum rex, qui cum Bacchi sacra prohibuisset, a Bacchis, in quibus ipsa eius mater, pro apro vivus dilaceratus est. Vid. Hyg. F. 184., Metam. III, 551. seqq., Eurip. Bacch., Hor. Od. II, 19. ibique interpp. Penthei et Lycurgi fata, ut paria, saepe coniungunt poëtae. Metam. IV, 22., Propert. III, 15, 23., ubi vid. Burm. *Pentheos* Graeca genitivi forma, ut multa huius generis apud Nasonem. Supra v. 7. Pal. 2., Franc., Pirckh., XI alii Heins., Goth., Guelf., Dresd., Berol., Reg. et Seg. a 1. m. *caret.* Serv. *carens.*

41. *Aeternum.* Conf. I, 3, 15. et vid. not. ad Her. X, 9. et XVIII, 82. Bacchus in insula Dia vel Naxo inventam Ariadnam regis Cretensium (inde *Cressa*) filiam, quam Theseus ibi reliquerat, uxorem fecit et eius coronam inter sidera collocavit. Fast. III, 515., Apollod. III, Hesiod. Theog. v. 947., Hyg. F. 14. 43., Poët. Astron. II. c. 5., Metam. VIII, 132. ibique interpp.

42. *Clara corona.* Zulich. *Cressa corona,* optime. Vid. not. ad Art. I, 557. *Heins.* Ego optimam vulgatam et omnium librorum scripturam *clara* mutare non audeo; et friget illa *Cressa corona,* siquid ego sentire possum.

Huc ades, et casus releves, pulcherrime, nostros,
Unum de numero me, memor, esse tuo.
Sunt dîs inter se commercia: flectere tenta 45
Caesareum numen numine, Bacche, tuo.
Vos quoque, consortes studii, pia turba, poëtae,
Haec eadem sumto quisque rogate mero.
Atque aliquis vestrum, Nasonis nomine dicto,
Deponat lacrimis pocula mixta suis, 50

43. *Huc ades, et—releves.* Lege *ut releves* vel *et releva.* Heins. Minime illud opus est. Recte enim coniunctivus pro imperativo iuxta imperativum ponitur. Vid. not. ad Her. XIX, 68., VIII. 23. 24. et I, 2. Busl. *curas—nostras.*

Pulcherrime. Fingebant eum pulcrum iuvenem, intonsum, virginea prope facie. Metam. IV, 17.

— — — tibi (*Baccho*) enim inconsumta iuventus,
Tu puer aeternus, tu formosissimus alto
Conspiceris coelo, tibi, cum sine cornibus adstas,
Virgineum caput est. — —

Tibull. I, 7, 33.

Solis aeterna est Phoebo Bacchoque iuventas;
Nam decet intonsus crinis utrumque deum.

Vid. interpp. ad Hor. Od. I, 18, 11. et Broukh. ad Tibull. II, 3, 35.

44. *Me, memor.* Vat. melius et verius *me, memor.* Vett. edd. (etiam Goth.) *sis memor.* Cicv. Gall. *me memorare.* Iun. et Berol. *fac memor.* Rel. a 1. m. *me numerare.*

45. Precatur, ut Bacchus pro ipso Caesarem deum flectere tentet, non ut ipse se, vel invito Augusti numine, liberet:

— — — neque enim licet irrita cuiquam
Facta dei fecisse deo.

ut est in Metam. III, 334. Iahn. Pal. 2. *flectere contra.* V. 46. Bern. *nomen.* Pal. 1. et ed. pr. Heins. *numerum.* Goth. *numen munere.*

47. *Pia turba. Pia,* amica. Frequens ac proprius est vocabuli *turba* apud Nasonem usus. Sic *utraque turba* de dis coeli et maris I, 2, 60. Conf. III, 1, 77. *Docta turba* de Musis II, 507., III, 2, 4. Conf. Amor. I, 1, 6., Art. III, 811., Amor. II, 9, 53. Busl. *studio.* Guelf., Berol. et Dresd. ab hoc versu novum carmen incipiunt.

48. *Sumto—mero,* sc. ad libandum.

49. *Atque aliquis.* Frequens est apud Nasonem et huius locutionis usus, quae est imitatio Homerici τὶς in Ὧδε δέ τις *etc.* Her. I, 31., Fast. V, 654. et passim. Put. *carmine.* Busl. *lecto.*

50. *Deponat.* Pal. 1., Goth., Iun., Mor., VIII alii Heins., Guelf., Crev., Bern. et Berol. et vett. edd., *apponat.* Reg., Put., Gall., Serv., Busl., Pal. 2., Leid., XII alii Heins. et ed. pr. *opponat.* Exc. Voss. *componat.* Seg. a 2. m. et Leid. *poc.*

Admonitusque mei, cum circumspexerit omnes,
Dicat: „Ubi est nostri pars modo Naso chori?“
Idque ita, si vestrum merui candore favorem,
Nullaque iudicio litera laesa meo est;
Si, veterum digne veneror cum scripta virorum, 55
Proxima non illis esse minora reor.
Sic igitur dextro faciatis Apolline carmen:
Quod licet, inter vos nomen habete meum.

sumta. — V. 52. Pal. 1. *admonituque.*

53. *Idque ita.* Pal. 1., Put., Franc. (qui *id quoque ita erit ut vestr.*) Gall., Iun., Pirckh., X alii Heins. et eiusdem ed. pr., Bern., Rel., Goth. pro v. scr. *id quoque.* Busl., Goth. et Seg. *idque erit.* Mor. *atque ita.* Reliqui et vett. edd. *idque ita,,* q. e. ea conditione. Vid. III, 7, 25. — Goth. pro v. *sic vestr.* Leid. *si nostro — — candore.* Vid. ad II, 563. seqq.

55. *Veneror cum scripta.* Busl., Bersm. et Leid. pro v. *vereor.* Pal. 1., Goth., Guelf., Reg., Serv., Iun., Leid., Pirckh., XI alii Heins., ed. pr. et reliquae vett. edd. saec. XV. *conscripta.* — Significat autem varia suae aetatis de operibus poëticis iudicia ac quasi factiones, cum multi vetera tantum admirarentur recentioribus contemtis, alii recentia una, quae legerentur, digna iudicarent; de qua re vid. Hor. Epist. II, 1, 27. ibique interpp., Quint. Inst. O. X. c. 3. §. 43. 44., Martial. V, 10., Dial. de Orat. c. 18. Gall. *digne veterum.* V. 56. Crev. *puto.* Busl. *nunc* pro *non.*

57. *Dextro,* favente: ab augurio, ut videtur, sumta metaphora. Vid. III, 2, 3. Conditionem praemissam animadverte, ut Hor. Od. I, 3. *Sic te diva potens.* Vid. II, 139. Busl. *nostro.*

58. *Habete,* cum melioribus. Heins. Plurimi codd. et vett. edd. *habere.* Conf. I, 9, 65. 66., ubi prorsus similis sententiae figura est, nisi quod ibi conditio cum particula *sic* sequitur, hoc loco antecedit. *Quod licet.* Vid. III, 4, 45. et IV, 3, 18. Conf. V, 1, 80. Gall. *quolibet.*

ELEGIA IV.

Carmen ipsum inducitur amico afflictam poëtae conditionem describens et eius fidem in ipsa quoque calamitate laudans precansque, ut eadem porro constantia exsulem tueatur. Conf. III, 1.

Litore ab Euxino Nasonis epistola veni,
Lassaque facta mari, lassaque facta via.
Qui mihi flens dixit: „Tu, cui licet, adspice Romam:
„Heu quanto melior sors tua sorte mea est!“
Flens quoque me scripsit, nec, qua signabar, ad os est 5
Ante, sed ad madidas gemma relata genas.
Tristitiae causam si quis cognoscere quaerit,
Ostendi solem postulat ille sibi;

ELEGIA IV.

1. *Litore ab Euxino.* Vid. ad I, 2, 83. Put. *Euxini.*

2. *Lassaque.* Bern. *laxaque facta via, laxaque facta mari.* *Via* de itinere terrestri intelligenda, ut saepe *via et mare* opponuntur. Met. III, 449.

— — — nec vos mare separat ingens
Nec via — — —

Hor. Od. II, 6, 5.

Tibur, Argeo positum colono,
Sit meae sedes utinam senectae,
Sit modus lasso maris atque viarum
Militiaeque.

Hor. Epist. I, 11, 6.

An Lebedum laudas odio maris atque viarum?

Thucyd. VI. c. 49. *Μέγαρα — ἀπέχοντα Συρακουσῶν οὔτε πλοῦν πολὺν οὔτε ὁδόν.*

3. *Tu, cui licet.* I, 1, 2. et 57.

4. *Quanto.* Mor., Goth. et Bern. *quantum.* Vid. ad Her. XVIII, 71. Versus repetitus est Amor. I, 6, 46. et Fast. IV, 520. Put. *melior quanto.* Gall., II alii Heins. et Bern. (?) *est* omittunt.

5. *Flens quoque me scripsit.* Conf. I, 1, 14. *Nec ad os etc.* Illustrat hunc locum Amor. II, 15, 15.

(*Annulus signatorius*) ut arcanas possit signare tabellas,
Neve tenax ceram siccave gemma trahat,
Humida tangat prius ora.

De gemma et annulo vid. ad I, 7, 6. et II, 451. Pari prope acumine Met. IX, 566.

Protinus impressa signat sua crimina gemma,
Quam tinxit lacrimis: linguam defecerat humor.

7. *Causam.* Serv. *causas.* Berol., Mor., Busl. et Goth. a 1. m. *carmen.*

Nec frondem in silvis, nec aperto mollia prato
  Gramina, nec pleno flumine cernit aquas; 10
Quid Priamus doleat, mirabitur, Hectore rapto,
  Quidve Philoctetes ictus ab angue gemat.
Di facerent utinam, talis status esset in illo,
  Ut non tristitiae causa dolenda foret.
Fert tamen, ut debet, casus patienter amaros, 15
  More nec indomiti frena recusat equi.
Nec fore perpetuam sperat sibi numinis iram,
  Conscius, in culpa non scelus esse sua.
Saepe refert, sit quanta dei clementia, cuius
  Se quoque in exemplis annumerare solet: 20

8. *Postulat.* Hamb., Pirckh. et Crev. *postulet.* — Pal. 1., Goth., Gall. et VII alii *ille.*

9. *Frondem in silvis.* Serv. *frondem silvis.* Iun. et alius Heins., Bern. et vett. edd. *frondes silvis.* Goth., Put. et vett. edd. *aperto gramina campo mollia. Gramina mollia* etiam Rel.

Apertum pratum est sine arboribus et umbra, qualem locum ipse *purum vocat ab arboribus* et *undique spectabilem* Met. III, 709. Conf. Pont. III, 1, 19., Virg. Georg. II, 280., Met. VI, 693. et Art. A. I, 247. Sic *in aperto* pro *sub divo* Liv. XLIII. c. 18. *Burm.*

10. *Cernit.* Goth. *crevit.* Franc. pro v. *quaerit.* Voss. *credat.* Seg. a 1. m. *sumit,* a 2. m. *cernit.* Rel., Goth. et X Heins. *aquam.*

11. *Rapto.* Leid. *capto.* Goth. et Reg. pro v., Mor. et III alii Heins. *tracto.* Vid. ad IV, 3, 30., V, 1, 55., V, 12, 7., I, 9, 30., III, 6, 37., III, 11, 27. — Leid. *doleat Priamus.*

12. *Ictus ab angue.* V, 1, 61. et V, 2, 14. Mor. *laesus.* Rel. pro v. scr. *curve.*

13. *In illo,* illius, sc. Nasonis. Sensus est: *utinam talis eius status esset, ut caussa tristitiae non* (vere) *dolenda esset.* Vid. I, 9, 37. 38., II, 350. Respondet hoc distichon verbis versus 7. Sic omnia sana. Codices tamèn variant. Goth. pro v. scr. et III Heins. *ne sibi.* Exc. Voss., Franc. et III alii Heins., et Reg. pro v. scr. *ut sibi.* Put., V alii Heins. et eiusdem ed. pr. *ut mihi.* Dresd. *nil ut.* Leid. *nec non.* Seg. *ne non.* Reliqui scripti et impressi *ut non,* praeter Pal. 1., Reg., Gall., Berol., Goth. a 2. m., qui *ne mihi.* — Busl. *di faciant.* Strozz. *querenda.* Pirckh. *dolenda mihi.* — De constructione *di fac. esset* conf. I, 1, 58.

16. *More nec indomiti — equi.* Conf. V, 2, 40., IV, 6, 3. 24. V. 18. Leid. et Gall. *nec.*

19. *Saepe refert.* Leid. *refert secum sit quanta clem.* Put. *re-*

Nam, quod opes teneat patrias, quod nomina civis,
Denique quod vivat, munus habere dei.
Te tamen, o, si quid credis mihi, carior illi
Omnibus, in toto pectore semper habet,
Teque Menoetiaden, te, qui comitatus Oresten, 25
Te vocat Aegiden Euryalumque suum;

fert quae tanta dei. Burm. *Dei* sc. Augusti, decantata sententia. Vid. IV, 4, 45.

20. *Annumerare.* Pirckh. *connum.* Heins. *Annumerare in* Her. XVI. 328.

Quartus in exemplis annumerabor ego.

Cic. pro Rosc. Am. c. 32. *Verum ego forsan propter multitudinem patronorum in grege annumerer.* Conf. Trist. II, 120.

21. *Nam quod opes teneat.* Conf. II, 129., V, 2, 55., V, 11, 15., IV, 4, 45. — Vat. 1., Pol. 1. et 2., Serv., Busl., Pirckh., IV alii Heins. et Crev. *iam quod.* Leid., Goth., Put. et Busl. *patrias teneat.*

22. *Habere* (se refert).

23. *Carior ille.* Pal. 1., Goth. a 1. m. sub ras., Guelf., Rel. pro v. scr. et plurimi (?) Heins. *carius ille.* Vat. 1., Pol. 1. 2., Serv., Leid., X alii Heins., vett. edd., Bern., Berol., Rel. a 1. m., Seg., Crev. et Dresd. *carior ille.* Leid., Bern. et Serv. *illi.* Reg. *illo.* Reg. pro v. scr., Gall. et Seg. *illis.* Busl. *carior esse.* De scriptura *carius ille,* non recte dicitur, *care habere aliquem* et quam ieiuna exclamatio illa *o si quid credis mihi!* Comma primum ponendum post *o,* ut *o* iungatur verbo *carior,* ut statim v. 29. *o dulcior,* V, 14, 2. *o mihi me carior.* Vid. IV, 4, 1. et IV, 5, 1. In illa interpositione *si quid credis mihi,* ne haereas. Fast. VI, 652.

Nunc ades, o, coeptis, flava Minerva, meis.

Habemus igitur scripturam talem:

Te tamen, o, si quid credis mihi, carior, ille,
Omnibus, in toto pectore semper habet.

Sed in ista scriptura primo quidem aspectu non satis perspicuum est, cui *carior* sit amicus, epistolae (nam ipsa epistola loquitur), an domino et *auctori.* Accedit, quod verba sunt disiecta atque distracta; quanquam hoc apud Nasonem non sine exemplis est. Utrique autem subvenitur, si cum Serv., Leid. et Bern. legas *illi.*

Te tamen, o, si quid credis mihi, carior illi
Omnibus, in toto pectore semper habet.

Seg. et Gall. *tu tamen.*

24. *In toto pectore.* Vid. III, 3, 16. Serv. *in tuto.*

25. *Comitatus.* Guelf., Leid. et Rel. pro v. scr. *comitatur.* Heinsius e fragm. Vat. (accedit Rel. a 1. m.) induxit *comitavit,* de qua forma vid. I, 9, 31. Sed non intelligo, cur illis II libris plus tribuamus auctoritatis, quam reliquis omnibus. Quod autem verbum *est* non additum est, nihil habet singulare aut insoliti, quod saepius in sententiis relativis

Nec patriam magis ille suam desiderat et quae
  Plurima cum patria sentit abesse sibi,
Quam vultus oculosque tuos, o dulcior illo
  Melle, quod in ceris Attica ponit apis. 30
Saepe etiam maerens tempus reminiscitur illud,
  Quod non praeventum morte fuisse dolet:
Cumque alii fugerent subitae contagia cladis,
  Nec vellent ictae limen adire domus;
Te sibi cum paucis meminit mansisse fidelem, 35
  Si paucos aliquis tresve duosve vocat.
Quamvis attonitus, sensit tamen omnia, nec te
  Se minus adversis indoluisse suis.

apud poëtas omittitur. Virg. A. IX, 675.

Portam, quae ducis imperio commissa, recludunt.

Eclog. VIII, 24.

Panaque, qui primus calamos non passus inertes.

Aen. I, 602.

Gentis Dardanidum, magnum quae sparsa per orbem.

Menoetiaden. Vid. ad I, 9, 29. Goth. *Meneacidem.* Nostri VI et vett. edd. *Orestem.* Busl. *cognovit.* De *Pylade* vid. IV, 4, 71.

26. *Aegiden,* Thesea Vid. I, 5, 19., ubi tria memorantur amicorum paria, a veteribus imprimis celebrata: nam h. l. tanguntur quatuor. Conf. I, 9, 27. seqq. Crev. et Busl. *Aegidem.* — De *Euryalo* vid. ad I, 5, 23.

28. Guelf. in ras., Put., Busl., Pirckh., Iun., Leid., V alii Heins., Reg. pro v. scr., nostri, praeter Dresd., *sua.* Sed *sua* cum *patriam suam* praecessisset, commode omittebatur, et *sibi,* scriptura vulgata, multum iuvat sententiam. Itaque restitui *sibi.* — V. 29. Goth. a 1. m. *dulcior illuc.*

30. *Attica—apis.* Atticae apes persaepe a veteribus scriptoribus laudantur, uti etiam mella, imprimis Hymettia, sive montis Hymetti in Attica. Hor. Od. II, 6, 14., Sil. II, 218., XIV, 199., Virg. Georg. IV, 177. ibique Voss., Hor. Sat. II, 2, 15., Plin. N. H. II. c. 13., Strab. IX. p. 275. V. 31. Mor. et Crev. *etiam* omittunt.

32. Conf. III, 3, 34., III, 14, 5. seqq., Pont. I, 9, 11.

33. *Cladis.* Iun. *pestis.* Leid. *mortis.* Busl. *mentis,* et v. 32. *mente.* Conf. III, 15, 17.

34. *Ictae.* Iterum illa Augusti fulmina significat.

36. *Tresve duosque.* Idem I, 3, 16. et passim. Seg. *vocet.,* Leid. *negat.* Rel. *notat.* Goth. a 1. m. *legat.*

37. *Sensit.* Meliores *sentit.* Heins. Sunt Vat. 1., Pol. 1., Reg.,

Verba solet vultumque tuum gemitusque referre,
Et te flente suos demaduisse sinus; 40
Quam sibi praestiteris, qua consolatus amicum
Sis ope, solandus cum simul ipse fores.
Pro quibus, affirmat, fore memoremque piumque,
Sive diem videat, sive tegatur humo,
Per caput ipse suum solitus iurare tuumque, 45
Quod scio non illi vilius esse suo.

Gall., Serv., Leid., Iun., Franc. et VII alii cum ed. pr., quibus accedit Crev. Sed etiamsi meliores essent, quod non sunt, tamen pessime tuerentur *sentit:* loquitur enim poëta de iis, quae tum facta sunt, cum edicto Principis esset damnatus: „*quamvis attonitus esset* (I, 5, 3.) *et vix mentis compos, sensit tamen omnia, et* (sensit) *te non minus, quam ipsum, suis adversis indoluisse.*“ Vid. V, 2, 67. V. 38. Busl. *ingemuisse.*

39. *Vultumque tuum.* Goth., Leid. et IV alii Heins. *vultusque tuos,* ut v. 29. et III, 6, 11. De re conf. etiam III, 4, 37. — Pal. 1., Franc., Gall., Iun., Bern. (qui *suum*), Rel. et Berol. *gemitumque tuum vultumque.* Busl. *gemitusque tuos vultusque.*

40. *Demaduisse.* Nonnulli (Gall., Iun., VI alii. Accedit Rel.) *immaduisse.* Octo meliores (sunt Vat. 1., Pol. 1., Pal. 2., Mor. et IV alii. Accedit Guelf.) *emaduisse,* quod verbum elegans (?), sed rari usus est. *Heins.* Nondum satis auctoritatis video ad recipiendum hoc verbum; quare *immaduisse* rescripsi, quod Ovidio usitatum. I, 9, 34. et alibi. *Burm.* Sed cur non cum longe plurimis codd. et vett. edd. retineamus *demaduisse,* cum compositum illud vere Latinum sit, et Ovidius permulta huius modi composita novarit, ut Met. XI, 331. *delamentari* et alia. Vid. ad Her. II, 18. et conf. not. ad Trist. IV, 6, 30. — Pirckh. *dimaduisse.* Dresd. *commaduisse.* Rel. *tuos,* pro v. scr. *suos.*

Sinus. Conf. IV, 1, 98., Amor. III, 6, 68., Fast. IV, 522. — Hom. Il. IX, 566.

— δεύοντο δὲ δάκρυσι κόλποι.

Pal. 1. *sinus — suos.*

41. Animadverte varietatem, quod vocant, obiecti verbi *referre: verba, te demaduisse, quam sibi praestiteris opem . . .* Conf. v. 19. et seqq. et v. 37. — Put. et Pirckh. *quid sibi.* Crev. *quod sibi p. quod consol.* Seg. *si quid praest.* Goth. *qua tu solatus.* — V. 42. Pal. *bis ope.*

43. *Memoremque.* Conf. I, 5, 9. seqq. Bern. et. Medon. *tuumque.* — V. 44. Leid. *tegetur.*

45. *Per caput iurare* vere antiquum. Cur etiam per amici caput iuret, caussa continetur versu 46. Vid. I. Nicolai de Iuramentis c. 4. et Plin. Epist. II. 20. — Pal. 1., Vat. 1. et IV alii Heins. *tuum — suumque.* Dresd. pro v. scr. *ille.*

Plena tot ac tantis referetur gratia factis,
Nec sinet ille, tuos litus arare boves.
Fac modo, constanter profugum tueare: quod ille,
Qui bene te novit, non rogat, ipsa rogo. 50

ELEGIA V.

Poëta natalem uxoris suae celebrat laudataque eius fide reliquisque virtutibus fausta ei precatur, suam vero sortem deplorat. Conf. Trist. III, 14. et Tibull. I, 7., II, 2.

Annuus adsuetum dominae natalis honorem
Exigit: ite manus ad pia sacra meae.
Sic quondam festum Laërtius egerat heros
Forsan in extremo coniugis orbe diem.

46. *Quod scio.* O nonnullorum verborum saepe corripi, notavimus ad Her. XV, 32., ubi e Nasone attulimus *puto, peto, volo, amo, cano, dabo, tollo, credo, rependo, desino, confero.* Vid. G. Hermann. ad Plaut. Trinum. praef. p. XV. Conf. not. ad I, 1, 87. et V, 5, 6.

47. *Referetur.* Vat. 1., Pal. 2., Serv., Busl., V alii Heins., Berol., ed. Ven. a. 1486. et a. 1474. *referatur,* quod perperam dedit Burmannus, quum futurum *sinet* statim sequatur. Vid. ad V, 1, 80. Goth. *reddetur.* Iun. et vett. edd. *et tantis.* Crev. et unus Heins. *gratia dictis.*

48. *Nec sinet.* Gall., ed. pr. Heins. et reliquae saec. XV. *non.* Guelf., Pal. 2., Franc., Reg., Gall., Serv., Iun. et IV alii Heins. *sinit.* Leid., Reg., Gall., Serv., Iun., IV alii Heins. et Rel. a 1. m. *suos.*

Litus arare boves proverbii vim habet. Her. V, 115.

Quid facis Oenone? Quid arenae semina mandas?
Non profecturis litora bubus aras —

ubi vid. not. Conf. Erasm. Adag. et Zenob. p. 66.

49. *Tueare.* Goth. a 1. m. *tuearis amicum.*

50. *Ipsa,* sc. epistola. Conf. v. 1. Seg. et Berol. *ipse.* Mor. et II alii Heins. *non norat.*

ELEGIA V.

1. *Dominae.* Vulgaris compellatio uxorum et amicarum in oratione tenelli sensus. — V. 2. Serv. *piae.*

3. *Egerat. Egerit,* malim. Libri *egerat.* Heins. Ego nescio, an tutius sit rescribere *egerat,* quod

Lingua favens adsit, nostrorum oblita malorum, 5
Quae, puto, dedidicit iam bona verba loqui;
Quaeque semel toto vestis mihi sumitur anno,
Sumatur fatis discolor alba meis;
Araque gramineo viridis de cespite fiat,
Et velet tepidos nexa corona focos. 10

librariorum inventis hoc loco minime simile videtur. De liberiore usu plusquamperfecti apud Nasonem diximus ad III, 12, 25., et de constructione adverbii *forsan* cum indicativo vid. ad IV, 2, 3. *Laërtius heros* est Ulixes, filius Laertis. Luculentius sua fata cum Ulixis contulit I, 5, 57. *Heros* eodem sensu capiendum, quo apud Homerum. *In extremo orbe* de longinquis Ulixis erroribus intelligendum. Vid. I, 5. Leid. et Bersm. *forsitan extremo.* Mor. *externo.*

5. *Nostrorum—malorum.* Busl., Bern. et fortasse etiam alii *longorum,* quod gravius est, quam *nostrorum.* Iun., Pirckh., Pal. 1. et 2. (?) et vett. edd., praeter Bonon., *laborum.* Conf. V, 6, 35., V, 7, 7. — *Lingua favens adsit,* mali ominis verbis abstineat, quae hoc quidem loco erant, quidquid ad tristem exsilii conditionem pertineret. Eodem sensu Hor. Od. III, 14, 11. *male ominatis parcite verbis,* ubi vid. Mitscherl. Tibull. II, 2, 1.

Dicamus bona verba, venit Natalis ad aras,
Quisquis ades, lingua, vir mulierque, fave.

Fast. I, 71., Met. XV, 577. Nam *lingua favere* non tantum est, *tacere,* sed etiam *fausta loqui, εὐφημεῖν,* ut h. l. Vid. Turneb. V. c. 19., Fest. in v., Serv. ad Virg. A. V, 71. *Bona verba,* ut *bonas preces* III, 14, 18. — *Puto.* Vid. ad V, 4, 46. — Iun. *ut puto quae didicit.*

7. *Quaeque semel.* Bersm. *quae semel in toto.*

Sumère vestem pro *induere* dicitur, ut contrarium *ponere* pro *exuere.* Conf. Iuv. Sat. II, 66.

8. *Discolor.* Vat. *discolor.* Cror. *Discolor,* colore differens a fatis: nam fata poscunt nigrum colorem, qui est tristitiae. I, 1, 6. 8., IV, 1, 64. Albus autem laetitiam significat, et in sacrificiis et festis usitatus erat. Fast. III, 654., Tibull. II, 1, 16., Hor. Sat. II, 2, 61., Casaub. ad Pers. II, 40. — Put., Pal. 2., Leid., VI alii Heins., Bern. et vett. edd. *decolor;* reliqui *discolor.* Crev. *ipsa meis.*

9. *De cespite.* Arae de cespite sub divo in subita et improvisa laetitia saepe fiebant. Hor. Od. I, 19, 13., III, 8, 4., Virg. A. XII, 119., Metam. IV, 752., XV, 573. Atque imprimis, ut videtur, in natalibus. Iuven. Sat. XII, 2. Crev. et Iun. *viridi.*

10. *Velet.* *Velare* fere proprium de vittis, sertis, floribus in sacris vocabulum, sive notio tegendi sive coronandi aut redimendi nunc declaretur. IV, 2, 3., III, 14, 15. — Fast. II, 537.

Tegula proiectis satis est velata coronis.

Fast. III, 267.

Da mihi tura, puer, pingues facientia flammas,
Quodque pio fusum stridat in igne merum.
Optime natalis, quamvis procul absumus, opto,
Candidus huc venias, dissimilisque meo.
Si quod et instabat dominae miserabile vulnus, 15
Sit perfuncta meis tempus in omne malis;

Licia dependent longas velantia sepes.

Virg. A. II, 248.

Nos delubra deum miseri, quibus ultimus esset
Ille dies, festa velamus fronde per urbem.

Vellei. II. c. 82. *corona velatus aurea,* ubi proprius ille usus huius verbi contulit ad locum corrumpendum. De consuetudine aras, deos, templa, victimas et similia in festis fronde, coronis et floribus ornandi vid. etiam IV, 2, 3., interpp. ad Iuven. Sat. XII, 89., ad Virg. A. II, 249. et IV, 459., ad Ov. Fast. V, 335., Lactant. Instit. II. c. 1., Arnob. Gent. VII. 237. Bern. *vera corona.* Seg. *fiet.*

11. Iam quasi ad aram stet ad sacra ordienda paratus: *da mihi tura, puer,* inquit. . . . Conf. Tibull. I, 7., II, 2. *Pingues flammae,* nigris fumi nubibus involutae nec sine nidore. Tacit. German. c. 45. — — *in modum taedae accenditur alitque flammam pinguem et olentem.* Conf. Hom. Il. I, 317. Leid. et II alii Heins. *facientia fumos.*

12. *Stridat,* lucidam et stridulam flammam edat, quod boni ominis. Tibull. II, 5, 81.

Et succensa sacris crepitet bene laurea flammis.

Virg. Georg. IV, 384.

Ter liquido ardentem perfudit nectare Vestam.

Ter flamma ad summum tecti subiecta reluxit.

Virg. Ecl. VIII, 105.

13. Elegans imago poëtae, postquam largum tus in ignem misit, pateram ad libandum tenentis simulque has preces fundentis. Conf. Hor. Od. I, 31, 2., Fast. II. 637. — Goth. *assumus.*

14. *Candidus,* laetus, ut supra dictum est. Vid. V, 7, 4. Tibull. I, 7, 64.

At tu, natalis, multos celebrande per annos,
Candidior semper candidiorque veni.

Mor. et Iun. *mei.*

15. *Si quod et.* Pal. 1., Franc., II alii Heins., Crev., Berol. *sit quod et inst.* Leid. *sic quod et instabit.* Goth., Reg., Put., Gall., Mor., Iun., Pirckh., VIII alii Heins., Guelf. a 2. m., Bern., Rel., Dresd. et ed. Bonon. *sitque quod inst.* Busl. et Seg. *sicque quod.* Vett. edd. *si quid et.* Heinsius ex coniectura dedit *sique quod inst.* Plurimi codd. *si quod et,* quae scriptura mihi vera videtur, ordoque verborum hoc minus insolens debet esse, quod *si quod* fere in unum vocabulum coaluit. V, 7, 8.

Quisquis et offenso Caesare vivet, erit.

Conf. infra v. 21., V, 7, 24. 40. et not. ad V, 1, 78. Neque elegans

Quaeque gravi nuper plus quam quassata procella est,
Quod superest, tutum per mare navis eat.
Illa domo nataque sua patriaque fruatur:
(Erepta haec uni sit satis esse mihi;) 20
Quatenus et non est in caro coniuge felix,
Pars vitae tristi cetera nube vacet.
Vivat, ametque virum, quoniam sic cogitur, absens,
Consumatque annos, sed diuturna, suos...
Adiicerem et nostros; sed ne contagia fati 25
Corrumpant timeo, quos agit ipsa, mei.

est *sique—quaeque,* nec *sique* memini me legere. Sensus est: *et si quod dominae malum instabat, utinam illius immunis, ab eo soluta ac libera sit meis malis, quae a me in eam redundarunt, et eius fortuna* (nam eo referenda *quaeque navis* v. 17. et 18.), *quae nuper*... Vid. I, 5, 17. — Seg. et Put. *miserabile tempus.* Mor., Iun. et Reg., *instabit.* Mor. a 2. m. *funus.*

16. *Perfuncta.* Art. A. II, 227. *perfuncta epulis.* — Reg., Put., Gall., Pirckh., Leid., XII alii Heins., ed. Bonon., Goth., Bern., Rel., Berol. et Dresd. *defuncta.* Seg. *meis semper in omne.* — V. 17. Gall. *gravi semper.* Goth. *est* omittit. — V. 18. Pal. 1. et unus Vat. *puppis.*

19. *Nataque sua,* Nasonis privigna, ut apparet ex illo *sua.* Vid. ad IV, 10, 74. Leid. et Mor. *patriaque sua nataque.* Rel. a 1. m. *sua pro meque*, a 2. *patriaque.* Guelf. *patria fruatur.* Pal. 1. *domoque.*

20. *Erepta haec.* Bern., Guelf. a 2. m. et III alii *ereptam hanc.* Goth. et duo *ereptam uni.* Ed. Bonon. *hoc.* Serv. *sint.* Leid. *ereptam haec.* Rel. *ereptamque haec.* Pal. 2. et Mor. *ereptam hac.*

21. *Quatenus* pro quoniam, quando, sed ita, ut vim propriam retineat. Vid. Hor. Sat. II, 4, 57., Plin. Ep. III. 7. 14., Quintil. II. 4. 13., Drakenb. ad Liv. II. c. 55., Duk. ad Flor. I. c. 5., Suet. Claud. c. 26. et Fest. in v. Pal. 1. *quatenus haec.* Busl. *cara.* De positione illius *et* vid. ad V, 1, 78. — V. 22. Leid. *tristi vitae cum nube vacet.*

24. *Consumatque.* Serv. *consumetque.* Heins. Goth., Gall. et Bern. *sic* pro *sed. Consumere annos,* ut Fast. III, 166. Mor. pro v. scr. *annos sic in amore meo.*

25. *Adiicerem et nostros.* Iam memoria calamitatis suae „*adiicerem et nostros etc.*“ ad querimonias et ad tristes de misero statu suo sensus declarandos abripitur. Serv., Busl., III alii, Crev., Rel., Leid. *et* omittunt. Goth. a 1. m.

Nil homini certum est. Fieri quis posse putaret,
Ut facerem in mediis haec ego sacra Getis?
Adspice, ut aura tamen fumos e ture coortos
In partes Italas et loca dextra ferat. 30
Sensus inest igitur nebulis, quas exigit ignis:
Consilium fugiunt cetera paene meum.

cont. vitae. — V. 26. Goth., Gall., Mor., Busl., ed. pr. *illa.* Seg. a 1. m. *agis ipse.* Rich. *agat.* Goth. *corrumpent.*

27. *Putaret* pro *putasset.* Platz. Sane dici poterat *putasset*, sed poëta nunc de re praeterita sic loquitur, ut adhuc futura esse videatur. Conf. I, 6, 14. Busl. *nil hominum.* Gall. et II alii Heins. *est* omittunt. Seg. *quis credere posset.* — V. 28. Gall., Pirckh., Rel. et Crev. *in* omittunt. Gall. et Put. *haec quoque.*

29. *Adspice, ut aura tamen.* Vid. ad I, 9, 7. — Vat. *aura tamen non tumens.* Cior. II codd. Heins. *inspice.* Pol. 1., Strozz. et Pirckh. *ara tamen.* Bern. et Rel. a 1. m. *aura levis.* Leid. *fumoso ture.* Goth. a 1. m. et Guelf. *cohortos.* Berol. *cohertos.* Vat. 1., Pal. 2. *cohortes.* Bern. et alius *creatos.* Leid. et III alii Heins. *coruscos.* III alii *coactos.*

30. *Dextra,* grata. Gall., Mor. et III alii Heins. *loca iussa.* II Heins. *sacra.*

31. *Nebulis,* fumo, propter similitudinem. Infra *vapor* dicit. Bern. *adest.* Gott. *inest aliquid.* Drese. *exerit.* Bern. *erigit.* Rel. pro v. scr. *erigit.*

32. *Consilium—meum.* Put., exc. Voss., Reg., IV alii Heins., Guelf., Rel. a 2. m. *consilium—tuum.* Iahn dedit elegantem Withofii coniecturam:

Consilio fugiunt aethera, Ponte, tuum.

vulgatam censens per se languere consilioque poëtae et iis quae sequuntur, plane repugnare. Verum quid ita langueat, ut Ovidianum esse non possit, difficile est discernere; ac sententiae quoque in vulguta scriptura satis apte iunctae esse videntur: *Attamen adspice, ut fumus in partes Italas et loca grata feratur.* (Iam de eo reputans remque ad statum suum aptans pergit:) *Igitur fumo sensus inest, dum cetera* (in Ponto) *nihil persentiscunt et consilio meo* (votis meis) *minime respondent atque illud prope fugiunt.* (Iam ut confirmet, fumum vere suam calamitatem sentire, exemplum affert, eum apud alios quoque homines iudicasse:) *Consilio, commune sacrum etc.* — *Fugiunt paene.* Pont. II, 5, 5.

Candor, in hoc aevo res intermortua paene,
Exigit, ut faciam talia vota, tuus.

Quod autem v. 33. *consilium* diverso sensu repetitur (nam valet ibi *data opera et quasi ex deliberato,* (Virg. A. VII, 217.) probare ac defendere non ausim, neque tamen abhorret ab usu Nasonis. Vid. Her. VII, 3., Trist. IV, 3, 14. et V, 10, 11.

Consilio, commune sacrum cum fiat in ara
  Fratribus, alterna qui periere manu,
Ipsa sibi discors, tanquam mandetur ab illis, 35
  Scinditur in partes atra favilla duas.
Hoc, memini, quondam fieri non posse loquebar,
  Et me Battiades iudice falsus erat.
Omnia nunc credo, cum tu non stultus ab Arcto
  Terga vapor dederis, Ausoniamque petas. 40
Haec igitur lux est, quae si non orta fuisset,
  Nulla fuit misero festa videnda mihi,

33. *Consilio.* Unus Medic. *consiliis.* Unus Ciof., Rott., Iun., Seg., Guelf., Berol., ed. pr. et reliquae saec. XV. *consilium.* Busl. *fiet.* Vat. 1. *in aura.* — — Res, quam h. l. tangit, haec est: Eteocles et Polynices, Oedipi, infelicis illius Thebarum regis filii (Vid. ad II, 319.) quum mutuo vulnere (*alterna manu, ἐπαλλήλοιν χεροῖν* Soph. Antig. v. 57.) cecidissent, atque in eodem rogo positi fuissent, flamma in duas partes divisa esse atque in ipso rogo discordia fratrum durasse ferebatur. Thebani autem tradebant, non tum solum id factum, sed quoties illis fratribus, ut reliquis heroibus, sacrificarent, tam flammas quam emissum inde fumum separari atque in diversas partes discedere. Ita fabulam tractarat in carmine deperdito Callimachus, quem *Battiadem* h. l. (v. 38.) appellat, ut II, 367., ubi vid. not. Vid. etiam Spanhem. ad Callim. Hymn. in Apoll. v. 65., Burm. ad Ov. Amor. I, 15, 13., Hyg. F. 68. 71. Pausan. IX. c. 18., Philostr. II. c. 29., Stat. Theb. XII, 431., Ov. Ib. v. 35. — — — V 35. Unus Vat. *discolor ipsa sibi tanquam.* V. 36. Goth. *favilla suas.* Seg. a 1. m. *tetra.*

37. *Hoc etc.* Leid. et II alii *et memini.* Serv., Mor. et Bern. *haec mem.* Rich. *quondam mem.* — Reg., Put., Gall., Pal. 2., Leid., Seg. *fieri et non.* Ed. pr. *fieri haec non.* Goth. *posse putavi.* Serv. *p. negavi.*

38. *Battiades.* Codd. multi *Bachiades* et *Bacchiades.* Guelf. *Battiadas.* Vid. not. ad II, 367. et ad I, 6, 2.

39. *Non stultus.* Nihil est haec lectio. Voss. *non cultus.* Scribe *consullus,* verbum in sacrificiis usitatum *καπνομάντειαν* respicit (?). Hinc *consulere deos, exta, alia.* Heins. „Non sensu modo praeditus erat ille fumus, sed non stulte sapuit, Nasone iudice, cum relictis regionibus Geticis (*Arcto.* Vid. III, 11, 3.) Italiam versus volaret, ab horrido illo coelo ad beatiores tractus, ipso scilicet poëta idem facturo, si copia daretur.“ Haec scite Bentl. ad Hor. Sat. II, 3, 158.

Ausoniamque. Vid. ad I, 2, 92. — Exc. Voss. et Iun. *credam.* Goth., Pirckh., Berol. et vett. edd. *ab alto.* Rich. *ab Istro.*

41. *Haec igitur.* Pal. 2., Reg.,

Edidit haec mores illis heroibus aequos,
Quis erat Eëtion Icariusque pater.
Nata pudicitia est, mores probitasque fidesque: 45
At non sunt ista gaudia nata die;

Gall., Mor., Iun., VII alii Heins. et eiusdem ed. pr., Guelf., Goth., Dresd. *haec ergo.* — V. 42. Goth. *mihi — fuit.* Pal. 1., Iun. et IV alii Heins. *videnda dies.* Gall. *nulla foret.*

43. *Heroibus,* Bonon. *hebroidis.* Mor. *herodibus.* Goth. *hororibus.* Reg., Gall., VIII alii Heins., ed. Bonon., Bern. et Dresd. *heroidibus.* Serv., Busl., III alii Heins., Dresd. pro v. *erroribus.* Reliqui et vett. edd. *heroibus.*

„Sed de feminis agit. Quomodo ergo *heroides* in *heroas* mutatae? Scribe *heroisin* cum Scaligero, Salmasio et Gronov. Obss. III. v. 3. et vid. ad Her. XIII, 137. Sed nondum sanatus locus est. Quaenam Eurytionis (nam vulgo *Eurytion* legitur) illa filia? Scaliger *Antigenen,* Pelei uxorem, intelligebat. Sed quorsum tam obscurum nomen?"

Scripti veteres variant: plurimi cum vett. edd. *Eurytion.* Pol. 2., Guelf., Bern. et Berol. *Eurition.* Pal. 1. et Crev. *Euthicion.* Goth. *fuit Euticion.* Pal. 2. et Bersm. *Eutychion.* Pirckh. *Eutition.* Pol. 1. *Eucation.* Rel. *Euricon.* Seg. et Busl. *Cuchion.*

„Alter Pol. *Eëtion* optime et verissime. *Andromachen* intellige notissimae probitatis et pudicitiae feminam apud Homerum Il. VI, 395.

Ἀνδρομάχη θυγάτηρ μεγαλήτορος Ἠετίωνος —

Eëtionis nomen quoque varie mendosum apparet in scriptis Fast. IV, 280. *veteres Eëtionis opes,* et Met. XII, 110. Eandem Andromachen tanquam exemplum probitatis et fidei laudat I, 6, 19. et V, 14, 37." Heins. De Penelope vid. I, 6, 22. — De dativi forma Graeca *heroisin* vid. Conr. Schneider Gramm. L. p. 311. et vid. Ov. Art. A. III, 672. Quanquam ego retinendam putavi scripturam *heroibus,* ut intelligantur *heroes* inter feminas.

De locutione illa *mores illis heroisin* vel *heroibus aequos* pro *mores illarum heroidum* vel *heroum moribus aequos,* Her. X, 137.

Adspice demissos lugentis more (*h. e. more capillorum lugentis*) capillos.

Amor. III, 9, 53.

Cumque tuis (*cognatis*) sua iunxerunt Nemesisque priorque
Oscula.

Vid. interpp. ad Cic. de Offic. I. c. 1. — Berol. *horoisin aptos.*

45. *Mores.* Vat. 1., Pol. 1., Pal. 2., Iun., Reg., Busl., Franc., V alii Heins. et Guelf. *moris.* Leid. *morem.* Exc. Voss. *more.* Exc. Voss. et Reg. pro v. scr., Serv. et V alii Heins. *morum.* Crev. *nobis.* Gall. *secum.* Rel. a 1. m. *tecum,* pro v. *mores.* Reliqui cum vett. edd. *mores,* quod tam recte iuxta *pudicitia, probitasque fidesque* stare potest, quam apud Senec. Agam. v. 112. *Periere mores, ius, decus, pietas, fides etc.,* quod exemplum attulit Merkel, qui et ipse scripturam *mores* retinuit.

46. *Die.* Pal. 2., Reg., Put., Mor.,

Sed labor et curae fortunaque moribus impar,
  Iustaque de viduo paene querela toro.
Scilicet adversis probitas exercita rebus
  Tristi materiam tempore laudis habet. 50
Si nihil infesti durus vidisset Ulixes;
  Penelope felix, sed sine laude foret.
Victor Echionias si vir penetrasset in arces;
  Forsitan Evadnen vix sua nosset humus.
Cum Pelia genitae tot sint, cur nobilis una est? 55
  Nempe fuit misero nupta quod una viro.

VII alii Heins., eiusdem ed. pr. et reliquae vett., Guelf. pro v. scr., Seg. a 1. m. *fide.* Leid. et Seg. *nota.* Pal. 1. et Gall. *sed non.* Goth. *at sunt non ista.* — V. 48. Serv. *paene querenda.*

49. *Scilicet.* II, 407. Conf. Her. III, 79. — Pal. 1. *tristis.*

51. *Durus,* sc. ad patiendum. *Ulixes.* Vid. ad I, 2, 10. *Vidisset* pro subiisset, expertus esset. Terent. Adelph. V, 4, 13. *uxorem duxi, quam ibi miseriam vidi!* Tibull. III, 4, 82.

Ah ego ne possim tanta videre mala.

Bern. *infestum.* Leid. *infeste.* — V. 52. Guelf. *si sine.*

53. *Victor—vir,* Capaneus, de quo vid. ad V, 3, 29. — *Echioniae arces* sunt Thebanae, ab Echione, qui e bellatoribus, qui e draconis dentibus nati erant, unus ex alterna caede superstes Cadmique in condendis Thebis socius fuit. Met. III, 127., Apollod. III. c. 4. ibique Heyn. Hinc etiam Latino nomine (nam hoc Graecum est) *draconigenam urbem* Thebas dixit Fast. III, 865., *serpentigenam* Met. VII, 212., et ipsos Thebanos *anguigenas* Met. III, 531. Mor. et Busl. *ad arces. In arces,* q. e. in ipsa interiora arcium, gravius est, quam *ad arces.* Leid. *in urbes.* Bern. *Echionidas — ad aras.* Vat. 1. et Hafn. *transisset.* Rel. a 1. m. *remeasset,* pro v. scr. *penetrasset.*

54. Rel. *Evadnem.* Pal. 1., Mor., Iun., Leid., Seg., Berol. *Evagnen.* Guelf. et Bern. *Evannen.* Pirckh. *Euganen.* Goth. *Eventeen.*

55. *Pelia genitae.* Conf. V, 6, 25. Busl. *genitae Peliae. Peliae* etiam Reg., Put., Gall., Iun., XX alii Heins. et eiusdem ed. pr., Goth., Guelf., Berol. et Bern. — Crev. *Pelio. Peliae natae* Mor. et Seg. — Leid. *natae Peliae.* Serv. et V alii Heins. *tot sint genitae,* quod perperam dedit Burmannus. — Deinde Reg., Put., Busl., Iun., Leid., XVIII alii Heins., Goth., Bern., Seg., Rel., Dresd. et vett. edd. praeter Bonon. *cur cognita nobis.* Gall. *cur agnita nobis.* Dresd. *una fuit misero.* Sed idem pro v. scr. *cur nobilis una; Nempe fuit m. n. q. u. v.*

Pelias rex Iolci in Thessalia fi-

Effice, ut Iliacas tangat prior alter arenas:
Laodamia nihil, cur referatur, erit.
Et tua, quod malles, pietas ignota maneret;
Implerent venti si mea vela sui. 60
Dî tamen et Caesar dîs accessure, sed olim,
Aequarint Pylios cum tua fata dies,
Non mihi, qui poenam fateor meruisse, sed illi
Parcite, quae nullo digna dolore dolet.

lium habuit Acastum et filias IV (hinc *tot*), quarum unam, Alcestin, duxerat Admetus, rex Phaerarum in Thessalia (hinc *gener Peliae* II, 403.). Impetrarat Apollo a Parcis, ut, si Admeti dies fatalis adveniret, vita eius produceretur, si e suis aliquis sponte pro eo mori vellet. Cum igitur moriturus esset, pro marito uxor morti sese obtulit, a qua Herculis auxilio liberata est. Inde illustris facta est eius fides et in maritum amor. V, 14, 37. Exstat Alcestis Euripidis. Vid. II, 403. Hyg. F. 50., Apollod. I. c. 9.

56. *Nempe, quod.* Vid. III, 4, 23. Busl. *nupta—nempe.*

57. *Prior alter,* quam Protesilaus. Vid. ad I, 6, 20. Iun., Pirckh., IV alii Heins. et Goth. *prius.*

58. VI Heins., Gall. et Rel. *cur referatur habet.* Gall. *qui referatur.*

59. *Quod malles.* Pol. 1., Medic. 1. cum exc. Voss. *mallem.* Vulg. *malles. Implessent* etiam duo pro *implerent.* Heins. *Malles* rectius ad sensum est; nec *implerent* video cur cum duobus nescio quibus codd. mutemus: *si navis mea suo vento* (etiam nunc) *iret. Venti—sui,* secundi, ut I, 10, 50. Her. XV, 72.

Non agitur vento nostra carina suo.

Vid. Fast. IV, 730., Met. XIII, 106. Hor. Epod. IX, 30. *ventis iturus non suis.* Martial. X, 104. init. Senec. Q. Nat. I. Praef. Conf. not. ad Epist. XII, 84. Iun. et Mor. pro v. scr. *nolles.* Reg. *implerunt.* — V. 61. Goth. et Rel. a 1. m. *di tamen.*

62. *Pylios—dies,* h. e. Nestoris, cuius aetas in proverbium abiit. Nam cum apud Troiam esset (Il. I, 250.),

τῷ δ' ἤδη δύο μὲν γενεαὶ μερόπων ἀνθρώπων
Ἐφθίαθ', οἵοι πρόσθεν ἅμα τράφεν ἠδ' ἐγένοντο
Ἐν Πύλῳ ἠγαθέῃ, μετὰ δὲ τριτάτοισιν ἄνασσεν.

unde *trisaeclisenex* appellatus a Naevio poëta. Gell. N. A. XIX. c. 17. Metam. XII, 182.

— — — — — — — — — vixi
Annos bis centum, nunc tertia vivitur aetas.

ubi vid. Gier. Pylos autem, ubi Nestor rex fuit, oppidum Peloponnesi, de quo vid. Strab. VIII. p. 232. seqq. et Sickler Geogr. antiq. p. 249. et 251. Ceterum *Pylios annos* precatur etiam Augusto Pont. II, 841. — Leid. et III alii ap. Burm. *aequarunt.* Put. et ed. Bonon. *Pylios ut sua.*

63. Ad argumentum suum bene

ELEGIA VI.

Amicum, qui primum fideli animo suarum rerum curam habuerat, sed post sub praetextu offensae in officio languerat, hortatur, ut in fide persistat neu in miseriis se deserat. Conf. I, 5.

Tu quoque, nostrarum quondam fiducia rerum,
Qui mihi confugium, qui mihi portus eras,
Tu quoque suscepti curam dimittis amici,
Officiique pium tam cito ponis onus?
Sarcina sum, fateor: quam si tu tempore duro 5
Depositurus eras, non subeunda fuit.

precandi uxori apte redit, at simul votum suum, ut leniretur exilium, callide intexuit.

64. Pal. 1. *parc. sed nullo.* Busl. et exc. Voss. *labore.* Goth. pro v. scr. *dolore fuit.*

ELEGIA VI.

2. *Confugium.* IV, 5, 2. et 5., Pont. II, 8, 68. — Berol. et Rel. *qui modo conf.* Dresd. *qui modo conf. qui modo.* Mor. *consilium.*

3. *Tu quoque.* Illud *quoque* e v. 1. repetitum puto; nam Voss. et Gottorp. *tu modo,* quod praetuli. Nam hic amicus videtur prius exsulis caussam suscepisse, deinde leviter iterum deseruisse, ut ex tota elegia et ex versu seq. *tam cito ponis onus* apparet. Vid. v. 15. *Burm.* Observatio rhetorica, qua verba in anaphora posita secundo loco omnia repetuntur, postulat tueturque vulgatam, ut scite notavit Iahn. Vid. I, 3, 100. Adde auctoritatem prope omnium codd. et vett. edd. — Perperam idem Burmannus, quod Dresd. pro v. scr. exhibet, *causam* dedit pro *curam.* Certe caussa mutandi non aderat: *tu quoque dimittis curam, quem susceperas, amici . .* Dresd. a 1. m. *curam.* Goth., Reg. et Pirckh. *nunc quoque.*

4. *Officiique.* Busl. *officiumque.* Idem, Gall. et Leid. *pii;* sed *pium* recte habet, translato ad *onus* adiectivo, quod proprie ad *officii* pertinet, quo usu nihil apud poëtas frequentius est. Mor., Put. et ed. Bonon. *opus.*

5. *Sarcina sum fateor.* Conf. III, 15, 16.

Tempore duro. Ita Reg. pro v. scr., Iun., Leid., XIII alii Heins., Dresd., Rel., Crev., Bern. et vett. edd. — Put. et Seg. *tempore nullo.* Gall. et II alii *tempore longo.* Pol. 1., Pal. 2., Bersm., Busl. et reliqui Heins. *tempore nostro,* quae scriptura e glossa nata: *tempore duro nostro.* Scriptura *dura* et vett. libris et v. seq. *fluctibus* in *mediis* confirmatur q. e. *tempus durum,* quod poëta h. l. significat.

Fluctibus in mediis navem, Palinure, relinquis?
Ne fuge, neve tua sit minor arte fides.
Numquid Achilleos inter fera proelia fidi
Deseruit levitas Automedontis equos? 10
Quem semel excepit, nunquam Podalirius aegro
Promissam medicae non tulit artis opem.
Turpius eiicitur, quam non admittitur hospes.
Quaè patuit, dextrae firma sit ara meae.

Pal. 1., Crev., Bersm., Busl. et III alii Heins. *quam si nunc.* Goth., Reg., Mor., Franc., V alii Heins. et eiusdem ed. pr. *quam si modo.* Put., Seg., Pol. 1., Pal. 2. et III alii Heins. *quam si non.* Reliqui *si tu.*

Animadverte etiam elegantem usum relativi *quam,* ubi *sed si eam* exspectes. Conf. Hor. Sat. I, 1, 36., I, 2, 48. et Epist. I, 16, 32. — V. 6. Exc. Voss. *subeunda fuit.*

7. *Palinure.* Palinurus fuit Aeneae classis gubernator, qui prope insulam Sirenum somno captus in mare decidit, itaque navem in ipso periculo reliquit. Virg. A. V, 840. seqq. et VI, 337. Itaque *Palinurus* translate dicitur pro gubernatore. Remed. A. v. 577.

Quid faciam? Media navim Palinurus in unda
Deserit: ignotas cogor inire vias.

8. *Ne fuge, etc.,* h. e. *ne velis minus facere quam potes: sed fides et constantia tua par sit arti vel facultati.* Micyll.

19. *Inter fera proelia.* Exc. Voss. *deseruit pietas.* Exemplis probat e fabula petitis viros probos in periculis fidem non deseruisse. *Automedon* auriga Achillis, cuius currum, cum in aliis proeliis tum praecipue, quum Patroclus, qui ex eo pugnarat, ab Hectore esset occisus, cum ipsis equis fideliter tenuit atque servavit. Hom. Il. XVI, 145., XVII, 429. seqq. et 583., Virg. A. II, 477. *Automedontis levitas* est *Automedon levis* vel *levem sese gerens.* Vid. not. ad IV, 9, 3.

11. *Numquid,* cum Comb. (h. e. Dresd.) Vulg. *nunquam.* Heins. Ego praefero *nunquam,* ut variet oratio. Vid. not. ad IV, 10, 119.

Bersm., Busl., Pal. 2., Dresd. pro v. *accepit.* Serv. et ed. pr. *quam.* Iun. *simul.* Iun., Leid. et IV alii ap. Burm. *Polidarius.*

Podalirius et Machaon Aesculapii filii in bellum Troianum profecti artem medendi in castris Graecorum exercuerunt vulneratosque curarunt. Vid. ad V, 1, 61., Hom. Il. II, 732., IV, 193., Art. II, 735. Remed. A. v. 313.

Curabar propriis aeger, Podalirius herbis,
Et, fateor, medicus turpiter aeger eram.

13. „*Turpius eiicitur, qui semel exceptus est, quam . .*“

14. *Quae patuit.* Guelf. *patitur.* Berol. et vett. edd. *paruit.* Reg. *qua.* Idem pro v. scr. et Busl. *tuae.*

De aris, locis perfugii, dictum es

Nil nisi me solum primo tutatus es: at nunc 15
Me pariter serva iudiciumque tuum;
Si modo non aliqua est in me nova culpa, tuamque
Mutarunt subito crimina nostra fidem.
Spiritus hic, Scythica quem non bene ducimus aura,
Quod cupio, membris exeat ante meis, 20
Quam tua delicto stringantur pectora nostro,
Et videar merito vilior esse tibi.
Non adeo toti fatis urgemur iniquis,
Ut mea sit longis mens quoque mota malis.
Finge tamen motam: — quoties Agamemnone natum 25
Dixisse in Pyladen verba proterva putas?
Nec procul a vero est, quod vel pulsarit amicum:
Mansit in officiis non minus ille suis.

ad IV, 5, 2. Dextra eas tetigisse supplices, si non in iis considerent, patet ex hoc loco.

Firma sit, perpetuam securitatem praebeat. — V. 15. Put. *sectatus.* Goth. *me primam solum.*

15. *Iudicium tuum,* quod periclitaretur, si amicum, semel receptum, nunc relinquendum putares. Pont. II, 7, 83., Trist. V, 14, 20. — V. 17. Rel. *et in me.*

19. *Aura,* aëre, coelo. Vid. III, 9, 23. — Pal. 1., Franc., III alii et Bern. *ora.* Leid., Pirckh. et Rel. *duximus.* Gall. et Pirckh. *spir. in Scyth.* Conf. I, 5, 11. Berol. *quem nondum ducimus.*

21. Leid. et Bern. *frangantur.* Pirckh. *tingantur.* Vid. II, 350. 563. Reg. pro v. *deiectu.*

22. *Vilior,* quam ante. — Bern. *esse meo.* — V. 23. Put., Gall., Busl., Iun., Bersm., Bern., nostri V et vett. edd. *totis.* Male, ut e v. sequenti patet. — Goth. et Bern. *fatis totis.*

24. *Mota,* turbata, insania correpta. — Exc. Voss. *lentis.*

25. *Agamemnone natum,* Oresten. Vid. I, 5, 21., IV, 4, 69—71.

26. *Verba proterva.* Ib. v. 524. *lingua proterva.* — Vat. 1., Pol. 1., Pal. 2., Franc., Reg., Gall., Mor., Serv., Busl., VIII alii Heins. et eiusdem ed. pr., Guelf. et nostri praeter Dresd. *improba verba,* quod verum videtur. Bern. *impia verba,* exc. Voss. *turpia.* Iun. et alius *tristia.* Unus Heins. *aspera,* ut Pont. II, 6, 8. Reliqui et vett. edd. *verba proterva.* — Goth. a 1. m., Mor. et Gall. *putes.*

27. *Quod vel pulsarit. Pulsare* in hac re etiam Amor. I, 7, 29.

An, si pulsassem minimum de plebe Quiritem,
Plecterer?

Hoc est cum miseris solum commune beatis,
Ambobus tribui quod solet obsequium. 30
Ceditur et caecis, et quos praetexta verendos
Virgaque cum verbis imperiosa facit.
Si mihi non parcis, fortunae parcere debes:
Non habet in nobis ullius ira locum.
Elige nostrorum minimum minimumque laborum: 35
Isto, quod quereris, grandius illud erit.

ubi vid. Burm. — Pal. 1. et 2., Vat. 1., Reg., Gall., Mor., Serv., Iun., Leid., exc. Voss., Pirckh., XIV alii Heins. et ed. pr., Goth., Bern., Dresd., Crev., et Rel. *quod non pulsarit.* Seg. *quod nec.* Put. *quod et hic p.* Gott. et pro v. scr. Goth. *quin vel p.* Berol. *quin et p.* Pirckh. et ed. Bonon. *pulsavit.* Mor. pro v. scr. *nam procul.*

28. *Non minus.* Exc. Voss. et alius *nec minus.* Bern. *nec minus ipse meis.* Heinsius mutare volebat *num minus.* Vid. II, 106.

29. *Hoc est cum miseris.* Conf. I, 9, 35. V. 30. Put., Busl., Pirckh., Franc., pro v. scr., XI alii Heins. Goth., Rel., Dresd. et ed. Bonon. *officium.*

31. *Ceditur et caecis.* Pirckh. et vett. edd. *creditur.* Sententiam praecedentem confirmat exemplo. *Praetexta,* toga purpùra praetexta. Vid. ad IV, 10. *Virgam* intellige *fasces,* quos consulibus, praetoribus, dictatoribus praeferebant lictores, qui obvios e longinquo acclamando *animadverte* cedere iubebant. Martial. *superba clamosi virga lictoris.* Suet. Caes. c. 80. *Q. Maximo suffecto trimestrique consule theatrum ineunte quum lictor animadverti ex more iussisset, ab universis conclamatum est: non esse consulem eum.* Male alii *virgam* intelligunt, quam lictores praeter fasces ad summovendam turbam gestarint. Plin. praef. ad Vespian. *longius etiam summoves ingenii fascibus. Virgas* vocant *fasces* etiam Cicero, Livius et alii. *Fasces virgarum* Plaut. Epid. I, 1, 20. *Bacillos* dicit Cic. ad Att. II. Ep. 6. Statuae etiam lictorum et figurae in antiquis monumentis solos fasces, nullam separatam virgam ostendunt. Quod autem *virgam* singulariter dicit, suo iure hoc facit. Conf. Stat. Silv. 1, 2, 49., Iuv. Sat. VIII, 8. Glossa Pirckh.: *Et hodie potestates verbis heroicis virgam imperiosam portant in civitate mea, unde natus sum, Balini.*

34. *Ullius ira.* Gall. *unius.* Gott. *vulneris ira.* Leid. *iam nova plaga locum,* quod repetitum e Pont. IV, 14, 52. *Burm.*

35. *Minimum minimumque laborum.* Pro *minimum minimumque* Hercul. et pro v. scr. Gottorp. *minimum de parte,* quod ex suis libris probat et in ultima editione sua exprimendum curavit Naugerius. Frustra. elegans est loquendi modus. Sic Her. I, 41. *nimium ni-*

Quam multa madidae celantur arundine fossae,
Florida quam multas Hybla tuetur apes,
Quam multae gracili terrena sub horrea ferre
Limite formicae grana reperta solent; 40
Tam me circumstat densorum turba malorum.
Crede mihi, vero est nostra querela minor.

miumque oblite tuorum. HEINS. Similiter dicitur *iam iamque, longe longeque, diu diuque, etiam etiamque, semper semperque,* al. Ennius apud Cic. de Senect. c. 4. *magis magisque.* Ovid. Her. II, 129. *minus et minus.* Virg. A. III, 456. *iterum iterumque.* Etiam adiectiva sic repetuntur. Tibull. I, 7, 64.

Candidior semper candidiorque veni.

Quaedam etiam sine copula, ut *iam iam* Trist. I, 22., *magis magis* Virg. Georg. IV, 311. Leid. *parvum nimiumque.* Put. *dolorum.* Bersm., Reg., Iun., V alii Heins., Goth., Guelf. sub ras., Seg., Crev., Berol. *malorum;* non male, sed fluxisse videtur e v. 41.

36. *Isto, quod quereris.* Busl., III alii Heins. et eiusdem ed. pr., Bern., Berol. et Rel. *quod quereris.* Hamb. et Leid. *quod queris,* q. e. *quereris.* Goth. *quo queris,* q. e. *quereris.* Pol. 1. *quo reris,* quod rectum iudicans recepit Heinsius, sed prope intoleranda attractio est. Itaque aut cum Iahno *quod reris* scribendum, quae scriptura tamen, ut e duabus varietatibus conflata, valde incerta est, aut *quo* [ut reliqui scripti et vett. edd. omnes] vel *quod quereris,* sc. esse meum. *Queror* cum accus. vid. IV, 9, 20. et Her. XX, 24. et Drakenb. ad Liv. XXIX. c. 19. Vat. 1., Pol. 1., Pal. 2. et alius *illo.*

37. *Quam multa.* Vid. ad I, 5, 47. Heinsius, quod Zinzerlingius in Erfurtana sese reperisse scribit (cui accedit Gothanus, nisi idem est cum Erfurtano), primum recepit *celebrantur,* q. e. celebres, plenae sunt, ut Amor. III, 5, 3. *celeberrimus ilice lucus.* Conf. Met. IV, 46., ubi vid. interpp. Reliqui codd. omnes *celantur,* nisi quod exc. Voss. *velantur* ex glossa sive interpretatione; quod, confirmante etiam vitiosa scriptura vett. editionum, *celentur,* mutare non audeo, ut quod aptissimum habet sensum; est enim *teguntur, occupantur.* — *Madidae,* stagnantes. — Pal. 1. et XX alii Heins. *multae madida.* *Multae* etiam Guelf.

38. *Hybla,* mons Siciliae, thymo abundans atque ob id apibus accommodatissimus. V, 13, 22., A. A. III, 150., Pont. IV, 15, 10., Virg. Ecl. VII, 37., Strab. VI. p. 185., Plin. N. H. XI. c. 15.

39. *Gracili,* tenui, angusto. Virg. A. IV, 405. — Georg. I, 380. *angustum formica terens iter.* Plin. N. H. XI. c. 30. *Silices itinere* (formicarum) *attritos videmus et in opere semitam factam, ne quis dubitet qualibet in re quid possit quantulacunque assiduitas.*

41. *Circumstat.* Reg., Put., Iun., Bersm., XI alii Heins. et Bern. *circumstant.* Pal. 2. *circumdant.* Vat.

His qui contentus non est, in litus arenas,
In segetem spicas, in mare fundat aquas.
Intempestivos igitur compesce timores, 45
Vela neque in medio desere nostra mari.

1., Pol. 1., Guelf., Rel. et alius *circumdat.* Reliqui codd. et vett. edd. *circumstat*, quod in *circumstant* mutandi non iustam habebat caussam Heinsius, uti nec centum aliis locis, quibus collectiva cum plurali verbi invitis vett. libris induxit. Pal. 2. *fossorum turba.*

42. *Vero est—minor.* Met. I, 215.

— — — minor fuit ipsa infamia vero.

Her. XVI, 143.

— — — minor est tua gloria vero.

Mor. *est* omittit. Busl., Iun., II alii Heins. et ed. pr. *mihi non est.* Seg. *ipsa querela.*

43. *In litus arenas.* „*Idem adeo insanit, ut litora non satis arenarum, segetem non satis spicarum, aut mare non satis aquarum habere putet.* Iahn.“ Velim hoc distichon poëta omisisset, quod est e genere declamatorio. — V. 44. Pal. 1., Put., Mor. et IV alii Heins. *segetes.* Serv., Leid., Pirckh., Bersm., Bern., Seg. *fundit.* Franc. *fudit.* Pal. 2. *fundet. Fundat* h. e. fundito.

45. *Timores.* Ita Reg., Mor., Busl., Iun., Leid., Pirckh., Bersm., XV alii Heinsii et eiusdem ed. pr., Bern., Guelf., Goth. a 1. m., Seg., Rel., Crev. et fortasse paucissimis exceptis codices omnes. Recte. Supra quoque cum timido gubernatore et pugnatore comparavit, v. 7—10.; et hoc loco color orationis ductus est a nauta, qui in medio mari regimen navis prae metu abiicit. Vett. edd. excepta Bonon. et Merkelii *furores.* Berol. (?) et ed. Bonon. *tumores*, quod probat Merkel. Goth. a 1. m. *dolores.*

46. Gall., Mor., Serv., Guelf. et Rel. *nec*, quod non video, cur invitis vett. edd. et omnibus prope codd. diutius in textu retineamus.

ELEGIA VII.

Ab amico rogatus, ut scriberet de exsilio suo, et quid ageret, scribit, sese miserum esse interque ferissimas gentes vivere, attamen in ipsa barbaria, quamvis omnibus adiumentis et incitamentis destitutus sit, in malorum oblivionem carminum studio vacare.

Quam legis, ex illa tibi venit epistola terra,
Latus ubi aequoreis additur Ister aquis.
Si tibi contingit cum dulci vita salute,
Candida fortunae pars manet una meae.
Scilicet, ut semper, quid agam, carissime, quaeris; 5
Quamvis hoc vel me scire tacente potes.

ELEGIA VII.

1. *Ex illa.* Sic Vatt. et Maff., et vere. Vett. edd. *a Scythica.* Cior. *A Scythica* etiam Pirckh., sc. ex glossa. — Berol. *epist. nostra.*

Ceterum in primis his IV versibus facile agnoscuntur lineamenta vulgaris exordii epistolarum: „*N. Tomitanus N. N. Si vales, bene est vel gaudeo.*“ A v. 4. ipsum incipit epistolae argumentum: „*Quaeris etc.*“ Her. IV, 1.

Qua, nisi tu dederis, caritura est ipsa, salutem
Mittit Amazonio Cressa puella viro.

2. *Additur.* Ita Pal. 1. et 2., Vat. 1., Pol. 1., Put., Gall., Serv., Busl., Iun., VII alii Heins., Mor. pro v., Guelf., Bern. et Dresd. — Reg., Mor., Franc., Bersm., VI alii Heins. et eiusdem ed. pr., Seg., Berol., Rel., Crev. et vett. edd. *Ister aditur.* Dresd. pro v. scr. *labitur.* pauci *iungitur.* Scriptura *aditur* mendosa est. *Iungitur* fluxit e Pont. III, 5, 1.

Quam legis, unde tibi mittatur epistola, quaeris?
Hinc, ubi caeruleis iungitur Ister aquis.

Latus Ister. Vid. ad II, 189.

3. *Contingit.* Pal. 1., Goth., Seg. (?), Reg. pro v., VIII alii Heins. et eiusdem ed. pr. *contigerit.* Rel. *contigit.* Serv. *continget.* Leid. et alius cum vett. edd. *contingat.* Reliqui permulti *contingit,* quod rectum mihi videtur: sic enim vulgare quoque epistolarum exordium: „*si vales . .*“ indicativo et tempore praesenti.

4. *Pars manet.* Pal. 1. et alius *erit,* quod sine idonea caussa recepit Merkel. V, 8, 17.

Sed modo laeta manet (*Fortuna*), vultus modo sumit acerbos —

ubi vid. not., et sic poëtae oratio etiam respondet vulgari, de quo iam diximus, epistolarum exordio: „*si vales, bene est.*“ Nec obstat ratio sententiae.

Candida. Vid. V, 5, 14. et not. ad IV, 1, 64.

5. *Quid agam.* III, 8, 6. et I, 1, 18.

Sum miser; haec brevis est nostrorum summa malorum;
Quisquis et offenso Caesare vivet, erit.
Turba Tomitanae quae sit regionis et inter
Quos habitem mores, discere cura tibi est. 10
Mixta sit haec quamvis inter Graecosque Getasque,
A male pacatis plus trahit ora Getis.
Sarmaticae maior Geticaeque frequentia gentis
Per medias in equis itque reditque vias.
In quibus est nemo, qui non coryton et arcum 15
Telaque vipereo lurida felle gerat.

6. *Quamvis* cum indic. Vid. ad I, 2, 11. — Reg. *haec.*

7. *Haec.* Dresd. pro v. *et.* — Reg., Leid. et vett. edd. praeter Bonon. *laborum.*

8. *Quisquis et etc. „et erit miser, quisquis . . .“* Nihil hac positione coniunctionis *et* apud Nasonem frequentius. Vid. V, 5, 15. et not. ad V, 1, 78. — De sententia, vid. III, 12, 18. et II, 81. — Bersm. *vivat.* Vat. 1., Guelf. a 1. m., Mor., Iun. et II alii Heins. *vivit.*

9. *Turba Tomit. quae sit, „qualis sit multitudo* (sint incolae) *Tomitanae regionis.“* Serv. *infra.* — V. 10. Mor., Busl., Pal. 1., Iun., Rel. et ed. pr. *dicere c. tibi est.* Mor. et ed. p. Heinsii *mihi est.* Berol. *est* omittit. Goth. *habitem montes.*

11. *„Quamvis haec ora inter Graecos et Getas mixta sit, ut medium quid efficere videatur, tamen plus trahit . . .“* — De re vid. I, 10, 41. et III, 10, 3. — Heinsius e Comb. (Dresd.) dedit *Graios.* Vid. ad III, 13, 39. *Trahit,* ut de re vitiosa. Vid. II, 254. — *Ora.* Vid. I, 2, 80. — Gall. *inter Scythicosque.*

12. *A male pacatis.* Sic Vatt. et Maff. *Cior.* Et reliqui omnes, nisi quod Bersm. et Pirckh. *de male.* — V. 13. Unus Heins. *Scythicaeque.* Put. *potentia gentis.* Goth. *frequentia maior.*

14. *Itque reditque.* Vid. I, 7, 6. *In equis,* de more istorum nomadum, quem passim memorat Naso, de quo vid. Flor. I. Conf. Tr. III, 11, 54. seqq.

15. *Coryton. Corytos* vox poëtica, e Graeco *γωρυτός,* pro pharetra: quae proprie est arcuum theca, non ut auctor est schol., sagittarum. Vid. Hom. Odyss. XXI, 54., Serv. ad Virg. A. X, 169. ibique Heyn. — Iun. et Leid. *corinton.* Pirckh. *cornicon,* cum glossa: *vestem de corio.* Rel. *corniton.* Gall. *improbus et nemo.* Iun. *arcus.*

16. *Telaque vipereo.* Vid. not. ad V, 10, 22. *Lurida* ab effectu; nam luridi plerumque, qui veneno occisi sunt. Vid. Broukh. ad Prop.

Vox fera, trux vultus, verissima Martis imago;
Non coma, non ulla barba resecta manu;
Dextera non segnis fixo dare vulnera cultro,
Quem vinctum lateri barbarus omnis habet. 20
Vivit in his igitur tenerorum oblitus amorum,
Hos videt, hos vates audit, amice tuus!

IV, 7, 2. Eodem modo *lurida aconita* Met. I, 147. — Leid., Bersm., Voss., Pirckh., Goth. et ed. Bonon. *livida*. Unus Vat. *lubrica*.

17. *Martis*. Libri vett. omnes *mortis*. Scribe *Martis* vel contra auctoritatem vett. librorum. *Marticolam Geten* dixit supra V, 3, 22. Heins. Fera et horrida Martis vox nota est e carminibus Homeri, item de torvo ac truci dei vultu omnia nota. — Goth. *miserrima*, in marg. *tristissima*.

18. *Non ulla barba etc.* Vid. Senec. ad Lucil. Ep. 125. — *Resecta*. IV, 10, 58. Strozz. *non docta*, ex Art. A. I, 518. — Goth. a 1. m., Berol. et Ed. pr. *nec—nec*.

19. *Fixo*. Quidam Ciofani libri, Reg., Put., Gall. et Serv. *stricto*. Utrumque ad sensum recte habet. Sed nos sequimur maiorem auctoritatem vetustatis. Gott. *segnis rigido*. Bersm. *ferro*. Goth. *dextra nec est*. Busl. *dextra est non*.

Vulnera dare. V, 2, 14.

Segnis dare pro ad dandum poëtis, imprimis Horatio solemnis usus loquendi: sic *segnis solvere* Od. III, 21, 22., *praesens tollere* Od. I, 35, 2., *lenis recludere* Od. I, 24, 17., *celer sequi* Od. I, 15, 19., *fortis tractare* Od. I, 37, 26., *largus donare* et *eluere efficax* Od. IV, 12, 19., *natus consumere* Epist. I, 2, 27., *verax canere* Carm. sacc. v. 25., *idoneus dare* Epist. I, 16, 12., *piger ferre* Sat. I, 4, 12., *impiger vexare* Od. IV, 14, 22., *fortior spernere* Od. III, 3, 50., *ludere doctior* Od. III, 24., *minor certare* Sat. II, 3, 313., *callidus condere* Od. I, 10., *blandus ducere* Od. I, 12., *sollers ponere*, IV, 8, 8., *celer sequi* Od. I, 15. Ov. Metam. III, 615. *ocior conscendere*, *sagax videre* Met. V, 146., *natus tolerare* Met. XV, 121., *dignus perire* Met. I, 241., *aptus amare* Art. A. III, 534. Est autem infinitivus in illis locis casus generalis atque ex liberiore apud poëtas coniunctione verborum explicandus. Vid. Schmid. ad Hor. Epist. I, 2, 27., Wachsmuth. de Gerund. in Athenae. Tom. I. Fascic. I. E.

20. *Vinctum*. Pal. 2., Bersm., Franc., Reg., Gall., Pirckh., X alii Heins., ed. pr. et Dresd. *iunctum*, perpetua permutatione. Pal. 1., Goth., Gall., exc. Voss., Pirckh., Leid., VIII alii Heins., ed. Bonon. et Bern. *barb. hostis habet*.

21. *Vivit in his etc.* Heinsius cum in Pol. 1. et 2., Pal. 1. et 2., qui etiam in aliis partibus huius versus corrupti sunt, reperisset *vivit in his heu*, eiecta omnium prope vett. librorum scriptura *igitur*, recepit *vivit in his eheu*, illud quoque, ut videtur, ignorans, *eheu* apud poëtas comicos quidem, qui an-

Atque utinam vivat et non moriatur in illis,
Absit ab invisis et tamen umbra locis!

te Nasonem fuere, primam constanter corripere, neque satis constare, an Ovidius unquam produxerit. Sed etiam in aliis et gravioribus veteres libri h. l. dissentiunt. Itaque primum omnem varietatem ordine apponam. Pal. 1. et III alii:

Vivit in his Naso tenerorum lusor amorum.

Idem Goth., nisi quod *tantorum*, et unus Heins., qui *in his vates ten.*, et Serv., qui *in his heu me te doctor amorum.* — Vett. edd., II Heinsii, Bern. et Goth. pro v. scr.:

Vivit in his igitur tenerorum lusor amorum.

Vat. 1.

Vivit in illis nullus eorum oblitus amorum.

Guelf. et Dresd.

Vivit in his heu nullus eorum oblitus amorum.

Pol. 1.

Vivit in his heu nullus oblitus amorum.

Pol. 2. et Reg.

Vivit in his nullus horum heu oblitus amorum.

Idem Put. nisi quod *horum nullus.* Franc. *in his heu non ullorum obl. a.* Pal. 2. *in his nullus ten. oblitus.* Alius Heinsii:

Vivit eu nullius torqm oblitus amorum.

Gall. et II alii Heins.

Vivit in his igitur nostrorum obl. am.

Idem Busl. et II alii Heins., nisi quod *vestrorum*, et ed. pr. quae tamen *non vestrum.* — Rel. a 1. m. et Goth. pro v. scr. *vivit in his vates t. o. a.* Exc. Voss.

Nullus in his vivat armorum oblitus eorum.

Seg.

Vivit in his heu Naso suorum oblitus amorum.

Pirckh., Bersm., Crèv., Rel. pro v. scr., et haud dubie non pauci alii Heins., licet nonnisi III ignoti in schedis eius indicentur:

Vivit in his igitur tenerorum oblitus amorum —

quae scriptura etiam sententiae praestantia et multorum aliorum codd., licet in parvis corruptorum, varietate firmatur. Scriptura illa *lusor amorum* et perparvam auctoritatem codicum, et nescio quid suspectum habet, quia eadem etiam IV, 10, 1., et III, 3, 73. leguntur. — V. 22. Goth. *audit vates.*

23. *Et non.* Scribe *vivas et non moriaris*, cum Rich., conversa ad se oratione, ut metro consulatur; nisi malis *non et.* Vat. 1. *vidues* pro *vivat.* Heins. Burmannus dedit *sed non*, additis aliis coniecturis, quas repetere non attinet. Verum praeter quod sensus illud *sed* vix admittit, mera coniectura est, cum libri vett. omnes in scriptura *et non* consentiant. Id unum agitur, an syllaba posterior verbi *vivat* recte producatur, de quo non potest dubitari. Nam in hoc hexametri pede tales syllabas omnino saepe produci, multis ostendit exemplis Schneider in Gramm. L. I. p. 745. seqq., qui id in illis verbis frequentissime fieri docet, quae anapaestum efficiant. Vid. not. ad Her. VI, 31. Sed sunt etiam exempla multa, huic loco plane similia, cum apud alios eosque elegantissimos poëtas, tum apud Nasonem, quorum pauca apponam. Metam. X, 459.

Carmina quod pleno saltari nostra theatro, 25
Versibus et plaudi scribis, amice, meis:
Nil, equidem feci, tu scis hoc ipse, theatris,
Musa nec in plausus ambitiosa mea est;
Non tamen ingratum est, quodcumque oblivia nostri
Impedit, et profugi nomen in ora refert. 30

— — — — — — — — fugitque
Et color et sanguis, animusque relinquit euntem.
X, 98.

Et bicolor myrtus, et baccis caerula tinus.
XIV, 250.

Ire negabamus et tecta negata subire,
Virg. A. V, 853.

Nusquam amittebat oculosque sub astra tenebat.

Vid. L. Schneid. l. l., G. Hermann. Element. Doctr. metr. p. 40., Weichert. Epist. Crit. p. 73., Wagner. Quaest. Virg. XII. et indic. huius libri in *it* syllaba. Conf. not. ad Her. XIV, 1. Gall. *o utinam.*

24. *Absit—locis.* Vid. III, 3, 61. seqq., Pont. I, 2, 60. et conf. Serv. ad Virg. A. IV, 654. et 386. — Reg. *ut tamen.* Gall., Serv., Busl., Pirckh., Leid., Bersm. et Rel. *haec tamen.* Bern. *haec cum.*

25. *Pleno—theatro.* Pal. 1. *quid pleno.* Iun. *qui pleno.* Vett. edd. *quod vestro.* Lege cum omnibus codd. *pleno.* Martial. VI.

Quaeque sonant pleno vocesque manusque theatro.

Saltari. Praeter tragoedias et comoedias etiam alia carmina et carminum partes in scenam produci solebant, quae non cantu tantum et fidibus, sed etiam saltatione exprimebantur. Vid. not. ad II, 519., Scaliger Poët. I. c. 18. et 21. Sic Nero Virgilii Turnum se saltaturum vovit, apud Suet. Ner. c. 54., a quo etiam Canace parturiens cantata est. Suet. Ner. c. 21. Nam de Medea tragoedia Nasonis hunc locum non intelligendum esse, arguitur illo *saltari;* tragoediae enim agebantur, non saltabantur a mimis; et sane etiam illis: *nil equidem feci, tu scis hoc ipse, theatris*, cum tragoediam illam quam maxime theatris sese fecisse ipse dixerit II, 503. Intelligendae sunt partes Artis amatoriae, ut ex II, 519. liquido apparet. V. 26. Leid. *applaudi.* V. 27. Reg. *scis haec.*

28. *Musa—in plausus ambitiosa. In* finem declarat, ut *excitare in laudes* Virg. A. II, 728., *in virtutes* ibid. III, 342., *natus in periuria* Metam. XIV, 99., *hederas legere in thyrsos* Prop. III, 2, 35., *figere in vota* Her. IV, 16., ubi vid. not. — Pal. 1. et 2., Goth., Pol. 1., Iun., Leid., Pirckh., Put., Gall., Mor., Busl., XII alii Heins., ed. pr. et ed. Bonon., Dresd., Rel. a 1. m. et Crev. *nec est plaus. amb. mea.* Rel. pro v. scr. et Bern. *nec in plausu.* Berol., Iun., Leid. et Seg. *est* omittunt. Exc. Voss. *ambitiosa fuit.*

29. Put., Mor., Iun. et alius *nec tamen.* Conf. not. ad II, 183. — Goth. *ignotum.* Serv. et Pirckh. *est* omittunt. Dresd. *nostra.*

30. *In ora refert,* in sermones

Quamvis interdum, quae me laesisse recordor,
Carmina devoveo Pieridasque meas:
Cum bene devovi, nequeo tamen esse sine illis,
Vulneribusque meis tela cruenta sequor;
Quaeque modo Euboicis lacerata est fluctibus, audet 35
Graia Caphaream currere puppis aquam.
Nec tamen, ut lauder, vigilo curamque futuri
Nominis, utilius quod latuisset, ago;
Detineo studiis animum falloque dolores,
Experior curis et dare verba meis. 40
Quid potius faciam desertis solus in oris;
Quamve malis aliam quaerere coner opem?

inducit et in mentem revocat. IV, 1, 88. — Gall. et II alii Heins. *in urbe.* II Heins. *et populi nomen.* Ed. pr. Heins. *in ore.* — V. 31. Serv. et exc. Voss. *laesere.*

32. *Carm. dev. Pieridasque meas.* Conf. III, 8, 4., II, 207. et IV, 1, 26. Vett. edd. et codd. plerique omnes *Pieridesque.* Put. *devoveam.* Vid. v. 6. — V. 33. Berol. *maneo tamen.*

34. „*Et tela sequor, quae (a) vulneribus meis adhuc cruenta sunt.*" Vid. Pont. IV, 14, 20., Trist. IV, 1, 36. et II, 13. seqq. — Berol. *ulceribusque.*

36. *Caphaream—aquam.* Sic dimidia fera pars Heins., in quibus Vat. 1., Comb. (sive Dresd.) et Rottend., porro Crev., Rel. et Berol. Reliqui in quibus Goth., Franc., Put., Bern. et Seg. cum vett. edd. *Caphaea — aqua. Currere, ire, navigare aquam, mare* et similia non rara oratio est. Virg. A. III, 191.

— vastumque cava trabe currimus aequor.

Vid. Virg. A. V, 235. et Vechner. Hellenol. I. c. 22. — Goth. *Graeca.* Guelf. *Gragia Capheream.* Pirckh. et II alii Heins. *nostra.*

De re vid. ad I, 1, 83. 84.

37. *Nec.* Conf. V, 1, 3. 75., V, 12, 41., I, 1, 35. seqq. Goth., Put., Iun., Bersm. et vett. edd. *non.* — V. 38. Goth. a. 1. m. *latuisse fuit.*

39. *Falloque dolores* plerique meliores. *Heins.* Vett. edd. praeter Bonon. et pauci codd. e deterioribus *labores.* Conf. V, 1, 77.

40. *Verba dare* est i. q. *fallere* v. 39., de quo dictum est supra. Vid. Pont. II, 1, 6. Bern. *malis.*

41. *Desertis.* Reg. *deserto solus in orbe.* Pal. 1. *in urbe.* Unus Heins. *in agris.* Iun. *lapsus in oris.* Gall., Pirckh., Bern., pro v. scr. Guelf. et Reg., *desertus solus.* Berol. et vett. edd. *desertus solis in oris.* „Sed Serv. et II alii *solis desertus in oris:* ut passim *solae terrae.* Vid. Her. X, 129. *Burm.*" Nulla profecto caussa erat, cur Burmannus e III illis codd. opti-

Sive locum specto: locus est inamabilis, et quo
  Esse nihil toto tristius orbe potest;
Sive homines: vix sunt homines hoc nomine digni, 45
  Quamque lupi, saevae plus feritatis habent.
Non metuunt leges, sed cedit viribus aequum,
  Victaque pugnaci iura sub ense iacent.
Pellibus et laxis arcent mala frigora braccis,
  Oraque sunt longis horrida tecta comis. 50
In paucis exstant Graecae vestigia linguae,
  Haec quoque iam Getico barbara facta sono.
Unus in hoc populo nemo est, qui forte Latine
  Quamlibet e medio reddere verba queat.

mam vulgatam mutaret. Busl. *facerem.*

42. *Coner.* Pal. 1. et 2., XVIII alii Heins., Guelf., Dresd. et Berol. *cogar.* Pol. 1. et 2. et Bersm. *cogor.*

43. *Locus inamabilis.* III, 11. Leid. *in quo.*

44. Bersm., Pirckh. et ed. Bonon. *potest—nihil.*

45. *Sive homines.* Pirckh., Leid. et Bersm.

Sive h. specto, vix sunt hoc nomine digni.

Busl. *sunt vix.*

47. *Non metuunt leges.* Iun., Mor. et II alii Heins. *nec.*

48. *Iacent.* Ed. Bonon. et Serv. *tacent.* Epist. IV, 161.

Nobilitas sub amore iacet.

Conf. IV, 2, 44.

49. *Mala frigora.* Ita etiam scripti. Reponendum *male.* Heins. Vid. not. ad III, 11. 19. *Mala frigora* sunt aspera, vehementia; optime ad sententiam: nam urget h. l. habitum atque vestimenta barbara. De braccis vid. not. ad III, 11, 19. Put., III alii et Leid. *lapsis.* Serv. et Mor. *latis.* Put. et Pirckh. *pellunt.* Pal. 1. *carent.*

50. V, 10, 32.

Pellibus et longa tempora tecta coma.

Exc. Voss. *latis.* Reg. *horrida facta.*

51. *Graecae.* Mor., II alii Heins. et Dresd. *Graiae,* quod, ut centum aliis locis paullo cupidius induxit Heinsius. Nos sequimur auctoritatem vett. librorum. Vid. ad III, 13. 39. Etiam *exstant,* scripturam vett. librorum, restituimus, pro qua Heinsius ex uno Leid. dedit *remanent.* Bern. *constant.*

52. Vid. V, 2, 68. Rel. *sono est.*

53. *Unus etc.* Pal. 1. et teste Merkelio plurimi Heinsii *unus in hoc non est populo.* Bern., Reg., Gall., Pirckh., Iun., Leid., Bersm., III alii Heins., Berol. et ed. Bonon. *in hoc p. non est.* Pol. 1. et Me-

Ipse ego Romanus vates, ignoscite, Musae, 55
Sarmatico cogor plurima more loqui.
Et pudet et fateor: iam desuetudine longa
Vix subeunt ipsi verba Latina mihi.

dic. *vix est.* Rel. *non est unus in hoc populo.* Bonon. *ullus.* — Serv. et Guelf. a 1. m. et vett. edd. *nemo est populo.* Put., VII alii Heins., Seg. et Crev. *in h. p. nemo est.* Dresd. *in h. nemo pop. est.* Mor. *est etiam hoc pop. nemo.* Duae sunt igitur quasi vett. librorum familiae, quarum altera scripturam *non est,* altera *nemo est,* sed non sine diversitate inter se, tuetur. Insolentiorem scripturam, quae et ipsa satis magnam auctoritatem veterum libb. habet, retinui; veram eam esse neque nego neque affirmo. Locutionis *nemo unus* exempla contulit Drakenb. ad Liv. III. c. 12. — Vid. V, 10, 37.

54. *Quamlibet.* Malim *quamlibet.* Pal. 1. *quolibet est.* Vid. not. ad Her. VI, 7. Heins. Sensus poscere mihi videtur: *quamvis sint e medio,* h. e. vulgaria. Atque eam notionem declarat scriptura *quamlibet. Quaelibet,* quae est vulgata, valet *omnia vulgaria;* minus eleganter meo sensu. Codd. pro *quamlibet* praebere *quaelibet,* supra duo vidimus exempla.

55. *Ipse ego.* Plurimi, et recte: *ille ego.* Vulg. *ipse ego* IV, 10, 1.

Ille ego, qui fuerim, tenerorum lusor amorum.

Amor. III, 8, 23.

Ille ego Musarum purus Phoebique sacerdos.

Pont. I, 2, 35.

Ille ego sum, lignum qui non admittar in ullum;
Ille ego sum, frustra qui lapis esse velim.

Ibid. v. 132.

Ille ego sum, qui te colui.

Heins.

Vid. Metam. I, 757., Her. XII, 105. Verum exemplis res non absolvitur. Nihil enim impedit, quominus omnibus illis locis recte dicatur *ille ego,* ut est Amor. II, 14, 21. Utrumque ferri potest. *Ille ego* est *ego notus ille Rom. vates, ipse ego* opponit reliquis, qui barbare loquuntur, imprimis Graecis, et est *ego ipse, poëta Latinus* . . . Itaque sequendi sunt veteres libri. *Ille ego* Put., Mor., Serv., Busl., Leid., Bersm., XI alii Heins., et eiusdem ed. pr., Guelf., Dresd., Rel., Berol. et Crev. — Reg. a 1. m. et Busl. *ignoscite culpae.*

56. *Sarmatico — ore.* Vid. III, 15, 45. seqq. et V, 12, 58. — Franc. *Sarmatica — voce.*

57. *Et pudet et fateor.* Rel. a 1. m. et ed. pr. Heins. *heu pudet et.* — Reg., Gall., VIII alii Heins. et Seg. *et pudet et,* atque ita vulgata ante Heinsium. Heinsius cum vett. edd. et codd. plerisque dedit *en pudet.* Sed ego vim illius *en* h. l. intelligere non possum. Optimum vero habet sensum, ac vere Nasonianum est *et pudet et fateor,* quod fere valet *et pudet et tamen fateor.* Remed. A. v. 407.

Et pudet et dicam.

Met. VIII, 506.

Et cupio et nequeo.

Nec dubito, quin sint et in hoc non pauca libello
  Barbara: non hominis culpa, sed ista loci. 60
Ne tamen Ausoniae perdam commercia linguae,
  Et fiat patrio vox mea muta sono;
Ipse loquor mecum desuetaque verba retracto,
  Et studii repeto signa sinistra mei.
Sic animum tempusque traho, meque ipse reduco 65
  A contemplatu semoveoque mali.
Carminibus quaero miserarum oblivia rerum:
  Praemia si studio consequar ista, sat est.

Met. XIV, 279. *et pudet et referam.* Met. X, 371. *pudetque et cupit.* Met. XI, 126. *divesque miserque.* Her. XVII, 177.

Et libet et timeo, nec adhuc exacta voluntas
Est satis.

Trist. V, 12, 63.

Nec possum et cupio non ullos ducere versus.

Gall. *en fateor.* Leid. *dissuet.* Put. *desuet. linguae.*

Longa, duorum vel trium annorum. Vid. Proleg. et conf. III, 15, 45. seqq.

59. *Nec dubito.* Iun., Goth., Seg. et Berol. *non dubito.* Ed. pr. *in hoc quoque.*

60. *Sed ista loci.* Vid. IV, 1, 2., III, 15, 31. — Pal. 2., Reg., Busl., X alii Heins., Bern. et vett. edd. *loci est,* ex eodem fonte, unde Goth. *hominis est.*

61. *Ausoniae.* Vid. I, 3, 6.

62. *Muta.* Pal. 1. et unus Vat. *missa.* Serv. *mixta.* Iun., Busl., Put., IV alii Heins., Goth. a 1. m., Seg. et vett. edd. *tuta.* V. 63. Mor. *dissuetaque.*

64. *Signa sinistra.* „*Signa studii mei:* carmina quibus studium meum signo memoriaeque trado.“ Iahn. — Goth. *repeto studii.* Gall. *verba sinistra.* Seg. *signa vetusta.* Dresd. *signa sinistra mali.*

63. Conf. IV, 1, 3. — Busl. *tempus retraho.* Pol. 2. *tempusque thoro.* Pal. 1., Reg., Gall., Mor., Busl., Pol. 1., V alii Heins. et Crev. *me sicque reduco.* Goth. *sic meque.* Franc., Pol. 2., Iun., Serv., VII alii Heins. et Guelf. *mecumque reduco.* Unus Medic. *moestusque.* Unus *temp. meum traho sicque reduco.*

66. *Semoveoque.* Franc., Reg., Gall., Busl., X alii Heins., eiusdem ed. pr., Seg., Crev. et a 1. m. Rel. *dimoveoque.* Leid. et Berol. *demoveoque.* Unus Medic. *submoveorque.* Bersm. *summoveorque.* Guelf., Dresd., ed. Bonon., Serv. et VI alii Heins. *summoveoque.* Iun. *commoneorque.* Rel. pro v. scr. et reliqui et vett. edd. *semoveoque.* Pol. 1., Vat. 1., Franc., exc. Voss., Gall., Mor., Busl., Bersm., Rel. et Berol. *malo.*

68. *Si consequar.* Vat. 1., unus

ELEGIA VIII.

Inimicum calamitate eius exsultantem monet, ut fortunae vices atque inconstantiam cogitet, qua facile ipse quoque et gravius etiam affligi possit.

Non adeo cecidi, quamvis abiectus, ut infra
Te quoque sim, inferius quo nihil esse potest.
Quae tibi res animos in me facit, improbe; curve
Casibus insultas, quos potes ipse pati?
Nec mala te reddunt mitem placidumque iacenti 5
Nostra, quibus possunt illacrimare ferae?

Medic. et alius Heins., Bern., Rel., Berol. et Dresd. *consequor*, quod recepit Heinsius. *Si consequor* est fere *quando consequor*, ut dicat poëta, se iam vere id consequi. *Si consequar* si dicit, adhuc exspectat eventum. Itaque, cum praecedat *quaero*, non video, cur non cum reliquis libris omnibus scripturam *consequar* retineamus. — Goth. *ista satis*. Leid. *ipse sat est*.

ELEGIA VIII.

1. *Quamvis abiectus*. Gall. *proiectus*, ut V, 1, 13. Leid. et II alii Heins. et Rel. a 1. m. *deiectus*, quod Burmannus primus in textum induxit, ut quod illis *cadere* et *infra esse* melius conveniret. Sed neque opus est, ut metaphora teneatur, neque satis magna est illorum codicum auctoritas. Itaque cum Iahno optimam vulgatam *abiectus*, sc. ut res vilis et contemta, restitui. Cic. Catil. II. c. 1. *se perculsum atque abiectum sentit*.

2. *Inferius quo nihil esse potest*. Senec. de Clement. I. c. 5. *dedecet magna nimietas quemlibet mortalem, etiam illum, quo nihil inferius*. Terent. Eun. III, 2. *Tace tu, quem ego esse infra infimos omnes puto homines*. Goth. *esse potes*.

3. *Animos*, audaciam, quo sensu pluralis numerus *animi*, de uno homine plerumque ponitur. Duo Heins. *dedit*.

5. *Placidumque*. Sic Reg., Put., Leid., Bersm., IX alii Heins. et eiusdem ed. pr., Goth., Guelf., Dresd., Berol. et Crev. Reliqui *placidumve*, quod notante Burmanno vix ferendum, quando *mitem* ac *placidum* fere idem declarent. Gall. *non*.

6. *Possunt*. Heinsius e Gott. (cui accedunt Bern. et (?) Rel.) dedit delicias suas, coniunctivum *possint*, quod mirum esse debet, cum in simili sententia bis indicativus praecedat v. 4. et 2. Vid. II, 51., I, 5, 41., et not. ad III, 3, 6. Duo alii Heinsiani *possent*.

Nec metuis dubio Fortunae stantis in orbe
Numen, et exosae verba superba deae?
Exiget at dignas ultrix Rhamnusia poenas:
Imposito calcas quid mea fata pede? 10
Vidi ego naufragiumque, viros et in aequore mergi,
Et „Nunquam" dixi „iustior unda fuit."

7. Fortuna dea, cui potestatem tribuebant secunda et adversa ex arbitrio suo hominibus distribuendi, fingebatur caeca et rotae vel sphaerae orbe insistens. Pont. IV, 3, 29.

Quid facis, ah demens? cur si Fortuna recedit,
Naufragio lacrimas eripis ipse tuo.
Haec dea non stabili, quam sit levis, orbe fatetur,
Quem summum dubio sub pede semper habet.

Vid. Tibull. I, 5, 70., Auct. ad Herenn. II. c. 23. Gall. *dub. met.* Serv. *timui.* Goth. *exosae signa proterva.*

9. *Rhamnusia.* Nemesis, dea scelerum ultrix imprimis superbiae, nomen *Rhamnusia* habet a Rhamnunte, Atticae pago, ubi templum eius celeberrimum et clarissima statua fuit, opus Diodoti vel Agoracriti, ἐνάμιλλον Φειδίου ἔργοις, teste Strab. IX. p. 273. Vid. Plin. XXXVI. c. 5.

Exiget at. Ita plurimi codd. et vett. edd. — Pirckh., Rel. et ed. pr. Heins. *exiget ac,* e similitudine literarum *c* et *t* in vett. scriptis orta varietas. Bern. *ast.* Leid. et Busl. *ad dign.* Put. et Guelf. a 2. m. *an dign.* Vat. 1., Medic., Pal. 2., Mor., Serv. et alius Heins. *a dignis.* Heinsius eleganter coniecit *ah,* quod nunc pro vulgata est, ac sensui satis aptum est. *Exiget* futurum recte habet, quod est minitantis. Heinsius probabat praesens *exigit,* quod reperiebat in Busl., ac Goth., Bern. et pro v. Dresd. quoque exhibent. Pal. 2. *exigis.* Bern. et Seg. *poenas —dignas.* Franc. *iustas.* Dresd. pro v. scr. *exiget* et *exigat ingentes. Exigat* quoque Rel.

10. *Quid.* Pal. 1. et 2., Goth., Franc., Mor., Leid., Bersm., Reg. pro v. scr., X alii Heinsii et nostri (?) *quid.* Serv., Iun., Pirckh., Bern. et vett. edd. *cur.* Pol. 1. *qui.* Reliqui *quod.* Auctor Elect. Eton. dedit *qui, quid* et *cur* abruptam et hiulcam facere orationem censens. Sed cum haec res sensu diiudicetur, alii fortasse erunt, qui abruptam orationem in hoc affectu probent ac praeferant. — Goth., Reg., Mor. et ed. pr. *mea colla.* Vett. edd. *mea facta.*

Calcas. Conf. I, 8, 16., III, 12, 48.

11. *Vidi ego etc.* Medic. 1. *naufragioque.* Iun. et alius *virosque et in.* Mor. et Crev. *viros in.* Bersm. *viros sub aeq.* Guelf., Pal. 2., exc. Voss., Serv., Dresd. et Rel. *in aequora.* II Heins. et Goth. pro v. scr. *naufragium nautas et in.* Mor. et VIII alii pro v. scr. *navifragum nautas in aequora.* In Goth. inter *viros* et *in* rasura erat. Hae fere sunt huius versus variae scripturae.

Primus suspectum hunc locum aut certe mendosum iudicavit Heinsius propter turbatos, ut ipsi quidem videbantur, numeros, qui cum

Vilia qui quondam miseris alimenta negarat,
Nunc mendicato pascitur ipse cibo.

in Rott. pro div. scr. reperisset *navifragoque*, scribendum iudicabat: *navifrago piratas aequore;* vel *navifragum qui riserat* vel *navifragum ridentes.* Verum duae illae coniecturae posteriores vel ea de caussa ferri non possunt, quod *navifragus* vim habet agendi, et valet: *qui navim frangit, non qui naufragium patitur.* Alii alia, ac mira sane, coniecerunt, quae operae pretium non videtur afferre. Recentiores editores: Platz, Harles, Klein, nihil de isto loco commentati sunt. Iahn corruptum versiculum censet, non propter numerorum duritiem, sed quod non idoneam habeat sensum: „contextus enim orationis, inquit, hanc poscit sententiam: *vidi, qui miserum rideret, ipsum* (et maiore etiam) *casu afflictum.* Itaque tenendum *naufragium qui riserat,* aut *qui risit, in aequore mergi.*“ Ego vero, ut de numeris vulgatae scripturae ac Latinitate hodie neminem, in Ovidio versatum, dubitare scio, ita etiam sensum optimum et incorruptum locum esse existimo, quem hoc modo interpretor: *Non metuis Fortunae vices* (v. 7. 8.)? *At certe Nemesis dignas aliquando a te poenas exiget, quod* . . . (Iam illud confirmat exemplis. *Vidi ego* (*ego* cum vi additum), vel accidit, fuit, cum viderem, *naufragium, et viros,* qui navigarent, in illo naufragio *aequore mergi* (ac perire), *et dixi:* (undarum saevitiam probans, profecto) „*nunquam unda iustior fuit*“ (iustiorem vindictam sumsit). Viros illos improbos ac sceleratos esse intelligendos ex orationis contextu satis apparet, et poëta eleganter, meo quidem sensu, non addidit. Germanice sic interpretarer: . . . . *die Nemesis bleibt dem Schlechten und Uebermüthigen nicht aus: Ich habe (einmal) einen Schiffbruch gesehen, und dass Mann und Maus von den Wogen verschlungen wurden, und gesagt: wahrhaftig, wenn jemals, so hat das Meer diessmal gerechte Rache geübt.* Quod autem poëta versibus qui subsequuntur planius dicit:

Vilia, qui quondam miseris alimenta negarat,
Nunc mendicato pascitur ipse cibo.

et hoc alterum exemplum, rationi illius, qui ipsum insultarat, magis accommodavit, eodem iure in nostram sententiam afferri potest, ut, cum in priori, de naufragio illo, rem magis significasset, in hoc altero tum varietatis tum perspicuitatis caussa de industria apertius esse locutus putetur. De illo *vidi ego,* conf. II, 144. De *que—et* III, 10, 31. Metam. IV, 176., I, 674. De *et* post unum aut plura nomina posito, vid. V, 7, 8. 24. 40. De sententia, mare impiis esse infestum, vid. Her. VII, 55. 60., XII, 115. seqq., Hor. Od. III, 2, 26., ubi vid. Mitscherl., Aeschyll. VII adv. Thebas v. 605., Euripid. Electr. v. 1334. De tota forma sententiae, conf. Art. A. I, 257. *Iustior unda,* ut Hor. Sat. II, 7, 15. *iusta chiragra.* Dresd. et Goth. *et dixi nunquam.*

13. *Negarat.* Pal. 1. et Busl. *negavit,* Goth. a 1. m. *negarunt,* Goth.

Passibus ambiguis Fortuna volubilis errat, 15
Et manet in nullo certa tenaxque loco;
Sed modo laeta manet, vultus modo sumit acerbos,
Et tantum constans in levitate sua est.
Nos quoque floruimus, sed flos erat ille caducus,
Flammaque de stipula nostra brevisque fuit. 20
Neve tamen tota capias fera gaudia mente:
Non est placandi spes mihi nulla dei.
Vel quia peccavi citra scelus, utque pudore
Non caret, invidia sic mea culpa caret;
Vel quia nil ingens ad finem solis ab ortu 25
Illo, cui paret, mitius orbis habet.

a 2. m., Put., Iun. et Berol. *negarat.* Leid. *negaret.* Vid. III, 12, 25.

14. *Ipse.* Pal. 2., Franc., Leid., Iun., Put., Busl., Mor., XII alii Heins. et eiusdem ed. pr., Guelf., Bern., Rel. et Berol. *ipse: „qui.. ., nunc ipse pascitur mendicato cibo.“* Optime. Sed ferri quoque potest scriptura reliquorum codd. et vett. edd. *ille.* Conf. I, 1. 31. — V. 15. Iun. *volatilis.* V. 16. Goth. *firma tenaxque.*

17. *Laeta manet.* Si *manet laeta,* non est inconstans. Irrepsit hoc verbum ex praecedenti versu. Fortasse *laeta venit,* ut de eadem Fortuna Virg. A. XI, 42. Heins. Burmannus coniecit *laeta favet.* Alii *meat* et *nitet.* *Manet* intelligendum *moratur.* Eodem fere modo Hor. Od. III, 29, 49., ubi de constantia Fortunae loquitur:

Fortuna saevo laeta negotio, et
Ludum insolentem ludere pertinax
Transmutat incertos honores,
Nunc mihi nunc alii benigna.
Laudo manentem; si celeris quatit
Pennas, resigno quae dedit . . .

Vid. Trist. V, 7, 4. Iun. *amores.* Leid. *modo vultus.*

18. *Constans in levitate,* acumen, qualia sunt, quae attulimus ad V, 10, 43.

19. *Flos erat* Vett. edd. et perpauci scripti *fuit.* Cave sequaris: *erat* enim adiunctum illi *floruimus.*

20. *Flammaque.* Altera imagine priorem fortunam exprimit. Goth. *parva brevisque.* V. 21. Goth. *plena gaudia.* Busl. et Goth. *cap. tota.* Serv. *mea.*

23. *Citraque scelus,* ita ut peccatum tamen non scelus sit appellandum, scelus non attingat. IV, 8, 47. Conf. II, 127., III, 6, 25. et not. ad I, 2, 99. — Vss. 23. et 24. In Leid. desunt.

26. *Illo, cui paret orbis,* sc. Augusto. Frequens in his carminibus adulatio. Vid. V, 2, 38.

Scilicet ut non est per vim superabilis ulli,
  Molle cor ad timidas sic habet ille preces;
Exemploque deum, quibus accessurus et ipse est,
  Cum poenae venia plura roganda petam. 30
Si numeres anno soles et nubila toto,
  Invenies nitidum saepius isse diem.
Ergo ne nimium nostra laetere ruina;
  Restitui quondam me quoque posse puta.
Posse puta fieri, lenito Principe vultus 35
  Ut videas media tristis in urbe meos;
Utque ego te videam causa graviore fugatum.
  Haec sunt a primis proxima vota mihi.

27. Put. et perpauci cum vett. edd. *per vim non est.*

29. Conf. V, 5, 61. Iun. et Goth. *et ille est.* Leid. et Berol. *est* omittunt.

30. *Cum poenae venia etc.* II Heins. *venia poenae.* Ed. pr. Heins. *veniam.* Pol. 1. *regenda.* Dresd. et Berol. *neganda.* Bersm. et Rel. *petenda.* Unus Ital. et V alii *multa—roganda putat.*

„Aut desunt hic nonnulla, aut versus est mendosus. Putabam aliquando *plura ferenda putat.* Tanaquil. Faber. Epist. I. 67. *plura petenda dabit.* Heins. Ac primo quidem aspectu sane pro *petam* exspectes actionem aliquam Augusti declarari, quae ab eo ad exemplum deorum fiat. Atque eo sensu Burmannus coniecit, et alii ediderunt *plura petenda feram,* consequens pro antecedente: *plura roganda ille dabit et ego petam.* „Verum poëta, ut scite monet editor Lipsiensis, recte sensit, sibi huius modi sententiam, qualis est *plura roganda dabit,* quin immodestus esset, enuntiare non licere: nam ea fuisset certe exspectantis, cum parvam tantum spem haberet, fore ut veniam impetraret, *se quondam restitui posse,* v. 34. Itaque post illa *molle cor—habet* non sic pergit: *itaque mihi veniam dabit,* sed *et ut apud deos facere homines solent, praeter peccati veniam multa roganda* (quae rogare debeam) *petam.* Atque ita si locus intelligitur, neque in illis *roganda petam* quidquam abundare videmus.

31. *Soles* pro diebus serenis, ut Metam. XIII, 793. et Pont. I, 3, 53.

32. Conf. II, 142. Berol., Serv., Leid., Busl., Rel. a 2. m. *esse diem.* Ed. pr. *ipse.* Bern. *nitidis.* V. 33. Iun., Mor., Bersm. et Crev. *laetare.* Bersm. et unus Ital. *nostra nim.* Berol. *nimia.* V. 35. Bern. *Caesare.*

36. *Tristis,* non sine dolore. Serv. *media videas.*

37. *Utque ego te.* Conf. III, 12, 74. Goth. *ut quoque te.*

ELEGIA IX.

Laudat amici officium gratiasque agit, ac memoriam indelebilem tantorum beneficiorum promittit, doletque, quod carminibus nomen et amicitiam eius publice celebrare sibi non liceat. Conf. I, 5. et III, 5.

O tua si sineres in nostris nomina poni
Carminibus; positus quam mihi saepe fores.
Te canerem solum meriti memor, inque libellis
Crevisset sine te pagina nulla meis.
Quid tibi deberem, tota sciretur in Urbe; 5
Exsul in amissa si tamen Urbe legor:
Te praesens mitem nosset, te serior aetas;
Scripta vetustatem si modo nostra ferent.
Nec tibi cessaret doctus bene dicere lector: —
Hic tibi servato vate maneret honor. 10

38. *A primis.* Pol. 1. *mea est.* Mor. et IV alii *mea.* Puto *mihi.* HEINS. *Mea* etiam Crev. — Heinsii coniectura *mihi* nunc fere pro vulgata est. Revocavi *meis,* i. e. quae ego facio. Pol. 1. *mea est.* Mor. *vota secunda.*

Prima vota sunt, ut ipsum tristis patriae restitutum videat, *proxima,* ut ipse, inimicus ille, ob turpius etiam crimen relegetur.

ELEGIA IX.

1. *O.* Put. *at.* — V. 3. Serv. *solum meriti canerem.*

5. *Tota — in Urbe.* Exc. Voss. et III alii Heins. *toto — in orbe.* Bersm., Pirckh. et Heins. ed. pr. *quod.*

6. *Legor.* Leid., Gall., Pal. 1., VIII alii Heins., Seg., Dresd. pro v. scr. *legar.* Male. Sensus est: *quando* vel *siquidem tamen, licet exsul sim, in Urbe legor.* — V. 7. fragm. Vat., Busl. et Iun. *te nosset.* — Berol., Guelf., et vett. edd. *noscet.* Idem Rel., cum glossa *cognosset.*

8. *Ferent.* Busl., Iun., II alii Heins., Mor. pro v. scr., et Dresd. *ferent.* Crev. *tenent.* Vett. edd. et reliqui codd. *ferunt,* nisi quod Goth. et Rich. *ferant.* Futurum tenendum, ne poëta immodeste loquatur. *Ferent* autem proprie accipiendum, ut *praemia ferre,* et similia. Pont. IV, 8, 51. *scripta ferunt annos.* — V. 9. Gall., Iun. et Pirckh. *non.*

10. *Hic tibi.* Ita ed. pr., Gall.,

Caesaris est primum munus, quod ducimus auras;
Gratia post magnos est tibi habenda deos.
Ille dedit vitam; tu, quam dedit ille, tueris,
Et facis accepto munere posse frui.
Cumque perhorreret casus pars maxima nostros, 15
Pars etiam credi pertimuisse velit,
Naufragiumque meum tumulo spectaret ab alto,
Nec dederit nanti per freta saeva manum:
Seminecem Stygia revocasti solus ab unda;
Hoc quoque, quod memores possumus esse, tuum est. 20

Mor., Serv., Busl., Leid., Iun., Reg. pro v. scr., Bern. et nostri V (nisi quod Dresd. a 2. m.), unde coniicio etiam omnes prope Heinsianos, non X, ut e schedis eius notat Merkel, ita habere. Vett. edd. *te*. Utrumque Latinum est. Sed sequor codices, quorum scriptura insolentior est. Put. etiam *amor*.

11. *Caesaris est primum munus.* Vid. V, 4, 22. Leid. *munus primum.* Pirckh. et II alii Heins. *auram.* Busl. et Rel. *duximus.*

12. *Deos* omnino dicit, licet nunc numen Augusti significet. Conf. V, 3, 18. et I, 1, 71.

13. *Ille—ille.* Gall. et VI alii Heins. *ipse dedit.* Reg. pro v. scr. *quod dedit.* Busl. *cui dedit.* Vett. edd. et fortasse Franc., Pirckh. et Pal. 1. et 2. *dedit ipse.*

14. *Posse,* omisso pronomine, ut v. 16. et 35. Vid. III, 6, 21.

15. *Cumque perhorreret.* VI (Pol. 1., Pal. 2., Serv., III alii, quibus accedit Guelf. et pro v. scr. Dresd.) *pèrhorruerit.* Quare etiam mox *spectarit* repono; nam *spectavit* Patavinus. *Heins.* Atque eam scripturam etiam commendat concinnitas orationis, sc. propter illa *velit* et *dederit.* Sed tamen repugnantibus vett. libris mutare non audeo. Vid. not. ad II, 79.

16. *Pertimuisse velit,* speciem praeferat, quasi pertimuerit. Erant illi, qui eum incuria in adversis neglexerant. — Crev. *est pars, quae credit.*

17. *Naufragiumque.* Conf. I, 5, 17. — Goth. pro v. scr. *spectasset.*

18. *Saeva.* V *longa.* II *summa.* Iun. *manus.* *Burm.* Goth. *dederat n. p. fr. longa.*

19. *Stygia.* Conf. I, 5, 5. De *Styge* vid. ad V, 2, 74. Put., Pirckh. et ed. Bonon. *semianimem.* Gall. *Stygio—amne.* Exc. Voss. et a 2. m. Goth. *ab umbra.* Goth. a 1. m. *ab aula.*

20. *Hoc quoque etc.* Vid. I, 1, 20. — Her. XII, 206.

Hoc ipsum, ingratus quod potes esse, meum est.

Conf. not. ad IV, 10, 115. Leid.,

Di tibi se tribuant cum Caesare semper amicos:
  Non potuit votum plenius esse meum.
Haec meus argutis, si tu paterere, libellis
  Poneret in multa luce videnda labor.
Nunc quoque se, quamvis est iussa quiescere, quin te 25
  Nominet invitum, vix mea Musa tenet.
Utque canem pavidae nactum vestigia cervae
  Latrantem frustra copula dura tenet;
Utque fores nondum reserati carceris acer
  Nunc pede, nunc ipsa fronte, lacessit equus: 30

Serv. et Berol. *est* omittunt. — V. 21. Leid. *amico.* — V. 22. Goth. *nec.* Dresd. pro v. scr. *esse tuum.* V. 23. Gall. *sed tu.* Put. *tu si.* Pal. 1. et Bersm. *patiare.*

25. *Nunc quoque se etc.* Vulgata (et sic quoque scripti):

Nunc quoque quamvis est iam iussa quiescere.

Turbati numeri (!). Unus Vat. et Pal. 1. *quae quoque nunc.* Scribo:

Se quoque nunc, quamvis est iussa quiescere.

„*Vix se tenet mea Musa, quin te nominet vel invitum.*" Heins. Praetulimus a Naugerio e veteribus, ut ait, libris sumtam et codd. Bersm., Berol. et Hercul. confirmatam scripturam: *nunc quoque se, quamvis est* . . Male enim hac ratione sententiae *se,* cum h. l. nullam vim habeat, in initio versus ponitur. Contra adverbium *nunc* vim habet, quod illis: *si paterere* . . , opponitur. Vett. edd. *nunc quoque iam quamvis est.* Franc. *tum quoque.* V. 27. Bern. et Berol. *timidae.*

28. *Latrantem.* Ita Serv., Bersm., Goth., Bern., Bel., Crev., codex Demsteri et fortassis unus vel alter Heins. — Berol. *lactantem.* Busl. *lustrantem.* Reliqui omnes cum vett. edd. *latrantem,* quod revocavi; neque venatores puto oblocuturos: nam veri canes venatici, quod sciam, si bene morati sunt, neque latrant neque luctantur in copula, canes braccae autem, vestigia nactae, statim latrant. *Frustra,* quod offendebat alios interpp., opus est, ut simile aptum sit, neque video, quid displicere possit in oratione: *copula dura canem frustra vel vix tenet,* vel retinet.

29. *Carceris.* Usitatior est pluralis huius nominis, si est pro repagulis, quibus equi in stadio coercebantur; sed Naso hoc verbum saepe posuit singulariter, ut V, 12, 26., Met. X, 652., Art. A. III, 595. al. — Virg. A. V, 145.

— — ruuntque effusi carcere currus.

Met. II, 154.

Solis equi . . . . . hinnitibus auras
Flammiferis implent, pedibusque repagula pulsant.

Fores non reserati carceris. Repagula in Circo Romano igitur non dimittebantur aut tollebantur; sed

Sic mea, lege data vincta atque inclusa, Thalia
Per titulum vetiti nominis ire cupit.
Ne tamen officio memoris laedaris amici,
Parebo iussis, parce timere, tuis.
At non parerem, si non meminisse putares; 35
Hoc, quod non prohibet vox tua, gratus ero;
Dumque, quod o breve sit! lumen vitale videbo,
Serviet officio spiritus iste tuo.

ianuae modo in cardinibus versabantur et claudebantur. Manil. V, 76.

Ut cum laxato fugerunt cardine claustra.

V. 30. Leid. *nunc pressa.*

31. *Vincta* respicit canem in copula, *inclusa* equum pone carceres. *Mea Thalia,* ut IV, 10, 56. Lex illa est necessitas silendi, ne amico noccat. Serv. et II alii Heins. *Camena.* Guelf., Vat. 1. et Pal. 2. *voluntas.* Iun. *Thalie.* Rel. a 1. m. *iussa atque.* Berol. *ac.*

32. *Per titulum vetiti nominis ire,* h. e. titulum ac laudes nominis referre, tractare carmine. Oratio apud Nasonem frequens. Sic Fast. I, 14.

Annue conanti per laudes ire tuorum.

II, 15.

At tua prosequimur studioso pectore, Caesar,
Nomina, per titulos ingredimurque tuos

Conf. Heyn. ad Tibull. IV, 1, 175. Dictum autem est illud *per titulos ire* cum respectu ad illa similia: cupiunt enim et canes illi et equi *currere per aliquid.*

33. *Officio.* Conf. III, 5, 19. seqq. Mor. *officiis.* Reg. *laeteris.* Goth. *off. veteris laedaris.*

35. *Si non.* Gall., Leid., Berol., II alii et ed. pr. Heins. *nisi non.* Goth., Busl. et IV alii Heins: *nisi me.* Mor. *non non.* „Lege:

— — — — nisi si meminisse putares.

nisi putares, me tui esse memorem. Nisi si Nasoni usitatum. Heins. Immo ab Heinsio plus centum locis temere inculcatum. Cum codd., vett. edd. et vulg. restituimus *si non,* uti etiam IV, 3, 55., ubi vid. not. Vid. etiam not. ad Her. IV, 111. Locum si curatius inspexeris, videbis *nisi si* hic mendosum esse. Pronomen *me* ne desideres. Vid. ad v. 14. Guelf. *sed non.* Leid. *putasses.*

36. *Hoc,* memoria vel reminiscendo. Serv. *non hoc quod.* Rel. *quod quoque non.* Tres Heins. *hoc quoque.* Seg. a 1. m. *laetus.*

37. *Lumen vitale videbo.* Busl. et II alii *natale.* Bersm. et VII alii *vitale tenebo.* Richel. et Serv. *solare videbo.* Puto *lumen solare tuebor.* Heins. Non sic temere abiicienda scriptura vulgata, quae Ovidiano acumini et audaciae non male convenit, quamque etiam illa, *quod o breve sit,* poscunt. *Lu-*

ELEGIA X.

Duram fuisse, ac prope infinitam sibi visam esse triennalem suam in Scythia commorationem propter incolentium asperitatem et propter periculis plenam atque incertam in illa regione vitam aliaque incommoda poëta conqueritur.

Ut sumus in Ponto, ter frigore constitit Ister,
Facta est Euxini dura ter unda maris.
At mihi iam videor patria procul esse tot annis,
Dardana quot Graio Troia sub hoste fuit.
Stare putes, adeo procedunt tempora tarde, 5
Et peragit lentis passibus annus iter.
Nec mihi solstitium quicquam de noctibus aufert,
Efficit angustos nec mihi bruma dies.

men vitale relinquere dixit Metam. XIV, 175. et *lumina vitae attingere* est apud Virg. A. VI, 829. Leid., Put., Serv. et Rel. *quod hoc breve.*

38. *Officio spir. iste tuo.* Vat. et Maff. *ipse meo.* Cior. *Ipse* etiam Pal. 2., Bersm., Reg., Leid., IX alii Heinsii, eiusdem ed. pr. et Berol. Ac *meo* etiam Pirckh. *Iste* sententia defenditur. Conf. III, 3, 45.

ELEGIA X.

1. *Ut,* ex quo. Conf. Pont. I, 9, 6. *Constitit,* substitit cursu impedito. Idem de aqua gelu adstricta Hor. Od. I, 9, 3.

— — — — — geluque
Flumina constiterint acuto.

Vid. Pont. I, 2, 8., Met. IX, 661. De *Istro* vid. II, 189. Conf. Pont. II, 1, 81. et Trist. III, 11, 7.

2. *Facta.* Serv. *facta quoque Euxini est.* Pont. IV, 9, 85.

Mentiar, an coeat duratus frigore Pontus,
Et teneat glacies iugera multa freti.

V. 3. Bern. *et mihi.* Leid. *at tibi.* Rel. *patria caruisse.*

4. *Dardana. Dardanus* pro *Dardanius* ad exemplum Homeri ac Pindari dixit etiam Virg. A. IV, 662. et XI, 287. Vid. ad I, 10, 25. et III, 6, 38. Sic *Romula gens* pro *Romulea* Hor. Od. IV, 5, 1. De ista apud Nasonem adiectivi forma vid. not. ad Her. II, 6. et Iahn. ad Metam. VII, 394. *Sub hoste,* i. hoste urbem obsidione premente. Duravit autem ea obsidio teste Homero X annos. Rel. *barbara terra. Terra* etiam II Heins.

7. *Solstitium* illi *brumae* opponitur. Varr. de L. L. V. c. 2. *Alter motus solis est, alter coeli, quod movetur a bruma ad solstitium.* Cic. de Nat. D. c. 7. *Solis accessus discessusque solstitiis*

Scilicet in nobis rerum natura novata est,
Cumque meis curis omnia longa facit. 10
An peragunt solitos communia tempora motus,
Suntque magis vitae tempora dura meae —,
Quem tenet Euxini mendax cognomine litus,
Et Scythici vere terra sinistra freti?

brumisque cognosci. Vid. Forcell. et Plin. H. N. XVIII. c. 24. De *bruma* Fast. I, 149.

Bruma novi prima est (*dies*) veterisque novissima solis.

Conf. not. ad I, 11, 39. — Leid. pro v. scr. *argutos non mihi.*

9. *Scilicet.* Vid. ad II, 107. *In nobis,* adversus me vel, ut barbare loquar, ratione mei.

Novata, novam naturam accepit, h. e. mutata. Sic Met. IV, 541. *faciem novare.* Put. *morata.* Leid. *est* omittit. — V. 10. Franc. *tempora longa.*

11. *An peragunt.* Iun. *num peragunt.* Reg. *nunc.* Gall. *dum.* IV Heins., eiusdem ed. pr., Dresd. pro v. scr., Rel. a 1. m. et Crev. *non.* Guelf. a 2. m. *nec.* Pal. 1. *et peragunt.* Bern. *ac.* Put., Busl. et III alii Heins. *temp. cursus.* Seg. *solitos non omnia tempora motus.*

Corrigit poëta sententiam praecedentis distichi: *An* (forte) *communia tempora solitos motus et cursus tenent, ac tempora potius* (cum acumine, nam *tempora* etiam pro fortuna) *vitae meae duriora* sunt, ut longiora videantur, (vitae meae,) *quem* (Vid. ad I, 5, 41.) *tenet..freti.* Atque is cum verus loci sensus sit, apparet cum vett. edd. et omnibus prope scriptis scribendum esse *an,* pro vulgata *num. Communia tempora,* ut Met. I, 135.

Communemque prius, ceu lumina solis et aurae,
Cautus humum longo signavit limite mensor.

Tempora duplici significatione, vid. v. 13. et not. ad II, 376. et V, 5, 32.

12. Bersm., III alii Heins. et Franc. pro v. scr. *tempora longa.* Mor. pro v. scr. *mihi.*

13. „*Quem tenet litus freti mendaci* (falso) *cognomine* (III, 14, 27.) *Euxini* (εὔξεινον. Vid. IV, 4, 55. et IV, 10, 97.) *et terra vere sinistra Scythici freti.*“ Ludit poëta suo more in duplici significatu vocabuli *sinister,* propria et translata. Vid. ad v. 11. — De Ponto, Nasonis exsilio in sinistro litore Euxini, vid. I, 2, 83., I, 8, 39., III, 14, 28., IV, 1, 60., IV, 4, 56. — Iun. et Dresd. pro v. *cum nomine.* Pal. 1. *cogn. ralus.* Serv., IV alii Heins., eiusdem ed. pr., Guelf. et Dresd. *cogn. tellus.* Pol. 1. *cogn. tempus.* Franc. *cogn. portus.* — Put., Gall., Busl., Bersm., Reg. pro v. scr., XI alii Heins., Goth., Bern., Seg. et Crev. *cogn. pontus.* — Mor. et ed. pr. Heins. *quam tenet.* Gall. *me tenet.* Goth. a 2. m. *Euxinus.*

14. Pal. 1. *arca sinistra.* Serv. *freti est.*

Innumerae circa gentes fera bella minantur, 15
Quae nisi de rapto vivere turpe putant.
Nil extra tutum est: tumulus defenditur aegre
Moenibus exiguis ingenioque loci.
Cum minime credas, ut avis, densissimus hostis
Advolat, et praedam vix bene visus agit. 20
Saepe intra muros clausis venientia portis
Per medias legimus noxia tela vias.

15. *Circa gentes.* Pal. 1., Reg., ed. pr. Heins., Dresd. et Busl. *gentes circa.* Put., Franc., Leid., Bersm., VI alii Heins., Seg. et vett. edd. *gentes circum.* Vid. IV, 4, 59. — Goth., exc. Voss. et Gall. *circum gentes.* Iun. *gentes tutum.* Pirckh. *gentes fera circum bella.*

16. *Quae nisi de rapto.* Pal. 1., Vat. 1., exc. Voss., Serv. et Guelf. *quae sibi non raptu.* Pol. 1. et 2., Pal. 2., Franc., Bersm., Reg. et X alii Heins. *quae sibi non rapto.* Put. *quae se non rapto viv. posse p.* Berol. *quae tibi non rupto numine t. p.* Bern. *et nisi de rapto viv. posse put.* Crev. *quae de rapto viv. sic saepe turpe p.* Reliqui codd. et vett. edd., ut dedimus; quam scripturam tum propter satis magnam auctoritatem veterum librorum retinuimus, tum quia Ovidianum acumen inesse mihi videtur: *quae turpe putant vivere nisi de rapto. Nisi* non praecedente negandi particula, pro *praeter, praeterquam* etiam Cic. pro Rosc. Amer. *Quod inter omnes constat, nisi inter eos, qui ipsi insaniunt.* Altera tamen scriptura simplicior est, quam dedit Iahn.

17. *Tumulus def. aegre.* Ita Pal., 1. et 2., Leid., Busl., Franc. pro v. scr., VIII alii Heins. et eiusdem ed. pr., Bern. et Rel. — Reliqui codd. et vett. edd. *def. ipse,* quod si legas, desideratur aliquid. Altera scriptura plenam habet sententiam: *nil extra tutum, tumulus* (in quo sita Tomus) *aegre ac vix* (Conf. v. 27.) *defenditur moenibus exiguis* (V, 2, 70.) *et ingenio* (ingenita natura h. e. situ) *loci.* De *ingenio* hac significatione vid. Pont. II, 1, 52., Tacit. Annal. VI. c. 41. Ad sententiam conf. IV, 1, 69., III, 15, 41. et Pont. IV, 7, 22. — II Heins. *turris def.* Mor. et Rich. *est* omittunt.

19. *Ut avis.* Rectius nonnulli (Bersm., VI alii Heins. et vett. edd., quibus accedunt Guelf., Crev. et Rel.) *ut aves.* Heins. Restitui vulgatam et plurimorum et optimorum codd. *ut avis,* tum auctoritate vetustatis, tum quod non multitudo hostium cum avibus comparari videtur, sed celeritas: *hostis advolat, ut avis.* Merkel: „scripturam *ut avis* ideo praestare vides, quia comparatio non in volando, sed in spissa frequentia est.“ At nonne tum praestaret pluralis? — Ed. Bonon. et Bern. *quod minime.* Gall. *quae minime.* Rich. *cum bene vix credas.* Dresd. pro v. scr. *quavis.* Crev. *sevissimus.*

20. *Agit.* IV Heins. *habet.* Goth. *avolat.* V. 21. Put., Mor., Busl.,

Est igitur rarus, qui rus colere audeat, isque
Hac arat infelix, hac tenet arma manu.
Sub galea pastor iunctis pice cantat avenis, 25
Proque lupo pavidae bella verentur oves.
Vix ope castelli defendimur, et tamen intus
Mixta facit Graecis barbara turba metum.
Quippe simul nobis habitat discrimine nullo
Barbarus, et tecti plus quoque parte tenet. 30
Quos ut non timeas, possis odisse videndo
Pellibus et longa corpora tecta coma.

Iun. et IX alii Heins. *inter muros.*

22. *Noxia.* Exc. Voss. *Martia.* Gott. pro v. scr. *tela nociva.* Heins. *Noxia tela* generaliter pro *veneno illita.* Ac venenatas Getarum sagittas saepe commemorat: III, 11, 64., IV, 1, 77., V, 7, 16., Pont. I, 2, 17., III, 1, 26., IV, 10, 31., IV, 9, 83. De detestabili illo barbarorum more vid. etiam Sil. I, 219. 322. seqq., Heyn. ad Virg. A. X, 140. et IX, 773. Conf. Hom. Odyss. I, 261., II, 829. et XI, 260.

23. *Qui rus.* Libri *qui iam.* Sed quid audeat colore? Scribe *rus qui,* quae vox exciderat ob cognationem posterioris syllabae in *rarus.* Confirmat Medon., in quo *rus qui col. aud.* Heins. Pal. 1. *qui rurus.* Reg. *igitur qui iam rarus colere.* Goth. *iam audeat colere agros.* Serv. *ig. qui iam colere agros audeat.*

Ad sententiam conf. III, 11, 66. et seqq.

25 *Iunctis pice—avenis.* Virg. Ecl. II, 36.

Est mihi disparibus septem compacta cicutis
Fistula.

ubi vid. interpp. Put. *victis.* Goth. *sub calamis pastor.*

26. Leid. *proque lupi pav. fraude.* Pal. 1. *utque lupo p. bella ferentur.*

27. „*Et tamen nec intus satis tutum est, ubi turba barbara* (Getae) *Graecis, Mileti colonis, mixta.*“ Vid. III, 10, 1. et V, 7, 11. Iun. et II alii Heins. *barbara lingua.*

„*Graiis,* quod nunc pro vulgata est, paucissimi nec cogniti et fortasse Pal. 2., Bern. et Seg.“ Merkel. Vid. ad V, 7, 51. Rel. pro v. scr., Reg. et II alii *Gethis.* Pal. 1. *facis Getis.* Crev. *gentis.*

29. *Simul nobis.* Pal. 1. et 2., Put., IV alii Heins. et vett. edd. *simul nobiscum habitat.* Male. Vid. Forcell. in *simul.*— Goth. *sepe simul.*

30. *Plus parte tenet.* Vid. III, 3, 16. — Mor. et II alii Heins. *capit.*

31. *Quos ut non.* Vat. 1., Pal. 2., Franc., Reg. pro v. scr., III alii Heins., eiusdem ed. pr., et Guelf. a 1. m. *quorum ut non.* Recta scriptura recepta: *quos ut non timeas,*

Hos quoque, qui geniti Graia creduntur ab urbe,
  Pro patrio cultu Persica bracca tegit.
Exercent illi sociae commercia linguae; 35
  Per gestum res est significanda mihi.
Barbarus hic ego sum, quia non intelligor ulli;
  Et rident stolidi verba Latina Getae;
Meque palam de me tuto mala saepe loquuntur,
  Forsitan obiiciunt exsiliumque mihi; 40

possis odisse (eos), *videndo corpora pellibus et longa coma tecta.* Berol. *quos tu non.* Crev. *et quamvis non.* Pirckh. *quos nunc ut.* Goth. a 1. m. *od. iuvanda.*

De illo *ut* conf. V, 12, 17. De sententia conf. V, 7, 49.

32. *Corpora.* Pirckh., Berol. (?), Bonon. et vett. edd. *tempora.* Reg., Busl., V alii Heinsii, Rel. a 1. m., Dresd. pro v. et Goth. *pectora.* Reliqui omnes *corpora,* quod verum videtur; non capite solum pellibus tecti erant, sed toto corpore, ut passim memorat poëta; et exaggerare amat. Conf. tamen V, 7, 50.

33. *Graia—ab urbe.* Milesios dicit. Vid. III, 10. Rel. pro v. scr. *Graeca.* Serv. *panduntur.* Reg., Put., Iun. et III alii Heins. *in urbe.*

34. *Persica bracca.* De inviso Romanis ac Graecis braccarum usu dictum est ad III, 11, 19. *Persica* cum invidia dicere poëta videtur, quo plane degenerasse Graecos illos significet. Alii laxiores *Persicas* fuisse braccas contendunt. Sed hos tractus suum et proprium tenuisse habitum credibile est. De Scythico Graecorum Tomos incolentium cultu conf. etiam V, 2, 67. et V, 7, 12. — Pal. 1., Reg., Serv. et III alii, Franc. pro v. scr. *barbara.* Goth. *patr. scutu barbara.*

35. *Illi,* Graeci et Getae. III, 12, 9. et V, 7, 61. — Iun. *solitae.* Exc. Voss. *saevae.* Serv., Seg. et II alii Heins. *patriae.* Gall. et III alii Heins. *Scythicae.* Rel. a 1. m. *Geticae,* pro v. *sociae.*

36. *Per gestum,* poëtica exaggeratione dictum, ut illa quae subsequuntur: *barbarus—ulli;* nam supra V, 7, 55. scripsit:

Ipse ego Romanus vates, ignoscite Musae,
Sarmatico cogor plurima more loqui.

V, 12, 58.

Iam didici Getice Sarmaticeque loqui.

Vid. Pont. III, 14. In Graecis autem literis et Graeco sermone admodum versatum fuisse Nasonem, non est quod doceatur. Put. *testificanda.*

37. *Quia non.* Pal. 2.; Bersm., Iun., Reg., III alii Heins., Goth., Guelf., Bern., Crev. et Rel. *qui non.* Conf. I, 5, 41. — Goth. *intell. illis.*

38. *Et rident.* Iun. et quidam alii Heins. *derident.* — Vss. 38—41. Goth. in marg. habet.

39. *Mala.* Franc., Vat. 1., IV alii Heins., vett. edd., Guelf., Rel.

Utque fit, in me aliquid, si quid dicentibus illis
Abnuerim quoties adnuerimque, putant.
Adde, quod iniustum rigido ius dicitur ense,
Dantur et in medio vulnera saepe foro.
O duram Lachesin, quae tam grave sidus habenti 45
Fila dedit vitae non breviora meae!

et Dresd. a 1. m., et Berol. *male.* Sed recte Burmannus *mala,* scripturam reliquorum codd. omnium, h. l. bene habere notat, et positam esse pro *maledicta, convicia,* ut in formula *mala ingerere,* de qua vid. Ruhnk. ad Terent. Andr. IV, 1, 16. *Loqui* cum accus. usitatum est. Conf. Trist. II, 399. — Iun., Put., Serv., Bersm., IV alii Heins. et eiusdem ed. pr. *tuto de me.*

Me palam h. e. coram me, me praesente. Zumpt. Gramm. L. §. 321. Bersm. et Seg. *mala multa.*

40. De illo *que* tertio loco vid. ad IV, 1, 74. et p. 348. et 260.

41. *Utque fit.* Pauci scripti et vett. edd. *utque sit.* Heinsius distichon hoc *commentitium et fictum* existimat. Velim adidisset modulum illum, quo, num Ovidianum sit, esset metiendum. Ego vere Nasonianum puto: Sensus et ordo hic est: *Sermonem Tomitanorum non intelligo; inde ludibrio iis sum et impune de me mala loquuntur, et ut fit* (quando loqui cum hominibus non possum), *quoties aliquid dicentibus illis per gestum annuerim sive abnuerim, contra me aliquid putant, male de me cogitant.* — Bonon. *puto.* Guelf., Pal. 2., Mor. pro v. scr. et III alii Heins. *aliquid siquidem dicentibus.* Busl. *aliquid forsan.* — V. 42. Reg., Iun. et III alii Heins. *annuerim quoties abnuerimque.*

43. *Iniustum ius,* ὀξυμόρως, ut Eleg. ad Liv. v. 54. Sic Met. II, 627. *iniustaque iusta peregit.* Met. VIII, 476. *impietate pius.* Met. I, 433. *concordia discors.* Vid. Met. VII, 139., Hor. Epist. I, 12, 19. Conf. Manil. I, 141., Sophocl. Ai. v. 665. et Oed. Tyr. v. 1214. et Trist. V, 8, 18. De sententia conf. V, 7, 47. — Reg., Mor., Iun., Leid., Pirckh., Pal. 1., VIII alii Heins., Goth., Guelf. a 2. m., Bern., Seg., Rel. et ed. Bonon. *ducitur.* Unus Heins. *sumitur.* Alius *stringitur.* Pal. 1. *esse* pro *ense.* Pal. 2. et sub ras. Guelf. *et iustum.*

44. *In medio—foro,* ubi lites ex iure et lege componi deberent.

45. *O duram.* Mor. et Serv. *diram.* Burm. De *Lachesi* et Parcis earumque filis fatalibus vid. IV, 1, 64. 86., III, 3, 25. et V, 13, 24. *Sidus.* Superstitio, ut produnt, a Chaldaeis profecta, qua, quo quisque sidere esset natus, vim habere in vitam fortunamque eius putaretur. Cic. de Divin. II. c. 42. Iuv. VII, 193.

— — — — — distat enim, quae Sidera te excipiant modo primos incipientem
Edere vagitus.

Vid. interpp. ad Iuv. VI, 553., Mitscherl. ad Hor. Od. II, 17, 17. et

Quod patriae vultu vestroque caremus, amici,
Atque hic in Scythicis gentibus esse queror,
Utraque poena gravis: — merui tamen Urbe carere;
Non merui tali forsitan esse loco. 50
Quid loquor, ah demens? Ipsam quoque perdere vitam
Caesaris offenso numine, dignus eram!

Aul. Gell. N. A. XIV. c. 1. Poëtae talia iure suo arripiunt. — V. 47. III Heins. *patrio.*

48. *Atque hic in Scyth.* Ita Pal. 1., Busl., Bersm., Bern., Goth. *Atque hic in* etiam Iun. et Rel. — Mor., Serv., Seg. et vett. edd. *atque haec in.* Dresd. et ed. pr. *atque hoc in.* Put. et Pirckh. *atque quod in.* Leid. *at quoque in.* Reg. *meque quod in* et pro v. scr. *utque haec in.* Berol. et Crev. *quodque hic in,* ut nunc vulgo editum reperitur, sed nullam aut perparvam auctoritatem vetustatis habere apparet. — Gall. *utque habitem in.* Pal. 2. *quique in his Scyth.* Guelf. a 2. m. *sumque quod in Sc. g. ipse quer.* — Leid., III alii Heins. et Berol. *Scyth. finibus.* Put. et II alii Heins. *Geticis finibus.* Iun. et alius Heins. *Geticis partibus. Geticis* etiam Rel. Reliqui cum vett. edd. *Scythicis gentibus,* quod cum Merkelio revocandum duxi. Conf. III, 11, 5., III, 12, 13.

Heinsius distichon *hoc spurium* habebat, non animadvertens, ut videtur, eo omisso nil adesse, quo *illa utraque poena* referretur; quae respicit illa, quod patria et amicis careat et quod tam infesto loco vivat. Construendum autem: *Quod — caremus, amici, atque — queror, utrumque poena gravis; merui tamen.* De mutata constructione: *quod caremus* et *queror esse* pro *sum,* conf. V, 13, 16. 17.

51. *Quid loquor.* Put., Reg. et Busl. *loquar.* II *queror.* Busl., Rel., Iun., Leid. et multi alii *ha.* Pal. 1. *demens nostram quoque.*

ELEGIA XI.

Uxorem questam, quod ab aliquo per contumeliam exsulis uxor esset appellata, consolatur, docetque non exsulem se esse, sed, pro quo Principis clementiae maximas gratias debeat, nonnisi relegatum. — Et hoc carmen lenis est ad Augustum admonitio, ut tandem placatus ipsum in patriam restituere velit.

Quod te nescio quis per iurgia dixerit esse
  Exsulis uxorem, litera questa tua est: —
Indolui, non tam mea quod fortuna male audit,
  Qui iam consuevi fortiter esse miser;
Quam quod, cui minime vellem, sum causa pudoris, 5
  Teque reor nostris erubuisse malis.
Perfer et obdura: multo graviora tulisti,
  Eripuit cum me Principis ira tibi.

ELEGIA XI.

1. *Nescio quis.* Vid. I, 6, 13. — V. 3. Put. *mole—mea.* Berol. *quae fortuna.*

4. *Qui consuevi ... miser,* pro quo etiam coniunctivus poni poterat, ut caussam hic versus illius: *non tam—audit,* contineret. Vid. not. ad I, 5, 41. Ad sententiam conf. V, 2, 5.

5. *Quam quod.* Nonnulli ex melioribus (sunt hi Reg., Put., Mor., Iun., Franc., VI alii, vett. edd., etiam ed. pr., Seg., quibus accedit Goth.) *quam quia,* et *sim* (*sim* nonnisi Gall. et alius, quibus accedit Rel.). Quare (?) *rear* etiam v. 6. legendum. *Heins.* Codices et vett. edd. poscunt indicativum, qui rectam habet sententiam, et praecessit: *non tam quod—audit.* Conf. IV, 3, 33. Pro inducta primum ab Heinsio scriptura *quia,* praeter illorum vett. librorum auctoritatem nihil habeo quod afferam, nisi quod, si *non tam quod* praecessit, saepe *quam quia* sequatur, quae levis sane caussa est in scriptura huius loci constituenda. Quod enim Iahn inter *quod* et *quia* statuit esse discrimen, ut *quod* interiorem ac propriam caussam inferat, et *quia* remotiorem et exteriorem, valde dubito, vel potius certo scio a poëtis non ubique observari. — — Mor. et vett. edd. *vellem minime.* Serv. *minime volui.* Reliqui *minime vellem.* Pirckh. *quam tibi quod.* Guelf. *quam cui minime.* Pal. 2. *cum minime.* Reg., Put., Franc., Leid., Iun., VII alii Heins. et eiusdem ed. pr., Goth. et Seg. *causa doloris,* e IV, 3, 33.

6. *Erubuisse.* Conf. IV, 3, 49. Pal. 2. *exhibuisse.* Leid. *indoluisse.*

7. *Multo.* Reg., Gall., Busl.,

Fallitur iste tamen, quo iudice nominor exsul:
  Mollior est culpam poena secuta meam. 10
Maxima poena mihi est, ipsum offendisse, priusque
  Venisset, mallem, funeris hora mihi.
Quassa tamen nostra est, non mersa nec obruta navis,
  Utque caret portu, sic tamen exstat aquis.
Nec vitam nec opes nec ius mihi civis ademit, 15
  Quae merui vitio perdere cuncta meo;
Sed quia peccato facinus non affuit ullum,
  Nil nisi me patriis iussit abesse focis;

Franc., V alii Heins. et eiusdem ed. pr., Goth., Rel. et Berol. *multum.* Put., Pal. 2., Bersm., Pirckh., V alii Heins., Seg. et ed. Bonon. *nimium grav.* Bern. *peiora.*

8. *Principis ira.* Conf. I, 1, 33. et II, 133. — Pol. 1. et Medic. 1. *iudicis.* Iun. et II alii *Caesaris.* Goth. *ira gravis.* — Heinsius ex uno Gall. primus edidit *cum me surripuit.* Nos revocavimus scripturam omnium vett. librorum.

9. *Iste,* ille nescio quis. V. 1. Gall., Mor., Leid. et Bern. *ille tamen.* Iun. *ipse.* In Bern. versum 9. *fallitur etc.* statim excipit versus 28. elegiae sequentis: *si qua diu ..,* nullo spatio vacuo aut lacunae signo interiecto.

10. *Mollior—poena.* II, 55. et passim.

11. *Maxima poena etc.* Eadem adulatio est II, 139. 140. et aliis locis: nam *ipsum* intelligit Principem.

12. *Venisset, mallem.* Vid. I, 5, 52.

13. *Quassa.* Exspectes *nonnisi quassa* vel *tantum* aut simile quid. Verum si recte pronuntiatur versus, hunc ipsum sensum inesse loco apparet.

Reg., Put., Busl., VIII alii Heins., eiusdem ed. pr. et reliquae vett. edd., Dresd., Guelf. et Crev. *non mersa.* „Sex (Serv. et V alii) *puppis.* Bene etiam Pal. 2. et Bersm. *non fracta,* ne bis idem dicat.“ *Heins.* Non apparet, cur cum VI illis potius *puppis* scribatur, quam cum reliquis omnibus et vett. edd. *navis.* De posteriori Heinsii emendatione magis etiam dubito, ac praecipue propter versum subsequentem, qui est huius versus explicatio sive expositio; in quo illud unum tangitur, navim non fluctibus tectum esse. Itaque cum plerisque libris etiam scripturam *non mersa* restitui. Berol. *nec fracta.* Conf. I, 2, 2. — V. 14. Dresd. *errat.*

15. Vid. II, 125. seqq. et IV, 4, 45. — Unus *nec ademit posse reverti,* quod sumsit librarius ex Pont. I, 7, 47.

16. *Qui merui.* Rectius *qnae* Reg., Leid., Bersm. et II alii. — Pal. 2. *quam.* *Heins.* Revocavi *qui,* quod etiam gravius est.

17. *Illi* octo ex melioribus (?)

Utque aliis, quorum numerum comprendere non est,
Caesareum numen sic mihi mite fuit. 20
Ipse relegati, non exsulis utitur in me
Nomine: tuta suo iudice causa mea est.
Iure igitur laudes, Caesar, pro parte virili
Carmina nostra tuas qualiacumque canunt;
Iure deos, ut adhuc coeli tibi limina claudant, 25
Teque velint sine se, comprecor, esse deum.
Optat idem populus: sed ut in mare flumina vastum,
Sic solet exiguae currere rivus aquae.
At tu fortunam, cuius vocor exsul ab ore,
Nomine mendaci parce gravare meam! 30

Heins. Sunt Pol. 2., Pal. 2., Serv. et V ignoti. Accedit Dresd. — Reg. *illo.* Reliqui *ullum.* Recte. De sententia vid. ad I, 2, 99., V, 2, 17.

18. *Focis,* pro domo; nam focus, primaria domus apud veteres pars, qui locus sacer erat, ubi Lares atque Penates stabant. Vid. I, 3, 30. et 41. Franc., Pal. 1. et Bersm. *abire focis.* — *Locis* etiam Busl., Leid., Bersm., V alii Heins., Goth., Rel. et Crev. — Put. *nisi de.* Berol. *non nisi.*

19. *Comprendere.* Franc. *componere.* Alius *contingere.* Iun. et Mor. *deprendere.* *Burm.* Conf. Fast. II, 765., Metam. III, 478. et Art. A. II, 28. Pal. 1., Put., Pirckh., III alii Heins. *numerum quorum.* — V. 20. *Caesareum numen,* ut passim. I, 1, 20. et 73. Hamb. *venit.* *Heins.*

21. Conf. V, 2, 58. et II, 135.

24. *Qualiacunque.* Vid. I, 7, 12.

26. *Esse deum.* Vetus lectio *esse diu.* *Naugerr.* Atque ita Dresd. Male. „*Teque velint esse deum, quin ipsis intersis, sine ipsorum convictu in coelo.*“ II, 57.

Optavi péteres coelestia sidera tardus,
Parsque fui populi parva precantis idem.

Conf. V, 2, 51. 52. Leid. *sine me.* Goth. *sine te.* — V. 27. Iun. *currunt.* — V. 30. Mor. *gravere,* et unus Heins. *mordaci.* Goth. *tuam.*

ELEGIA XII.

Amico, qui ei scripserat, ut conficiendo carmine exsilii curas solaretur, respondet, animum minime ad componendum esse comparatum et tamen se nonnunquam scribere, sed pleraque statim in ignem coniicere. Conf. III, 15. et Pont. V, 7. et I, 5.

Scribis, ut oblectem studio lacrimabile tempus,
Ne pereant turpi pectora nostra situ.
Difficile est quod, amice, mones; quia carmina laetum
Sunt opus et pacem mentis habere volunt.
Nostra per adversas agitur fortuna procellas, 5
Sorte nec ulla mea tristior esse potest.
Exigis, ut Priamus natorum funere plaudat,
Et Niobe festos ducat ut orba choros.

ELEGIA XII.

1. *Studio,* sc. carminum, ut apparet e v. 3. Conf. V, 1, 34. et V, 7, 68. Iun., Bersm. et alius Heinsii *miserabile.*

2. *Pectora,* poëtice pro *ingenio.* Vid. infra v. 38. et III, 8, 19. *Situ,* cessatione a poëmate faciendo. Metonymice: nam *situs* squalor et sordida lanugo est, qua res putrescentes obducuntur. Hinc etiam *turpi.* Conf. infra v. 21., III, 11, 70. et III, 15, 15. Quint. Inst. Or. I. c. 2. *Excitanda mens et attollenda semper est, quae in huiusmodi secretis languescit, et quendam velut in opaco situm ducit.* Crev., Gall. et Guelf. *nec.* Put., Pirckh., VIII alii Heins., Crev., Goth. pro scr. et ed. Bonon. *tempora.*

4. Conf. I, 1, 39. seqq. ibique not. et Iuven. Sat. VII, 57. seqq.

5. *Agitur,* agitatur, iactatur. Leid. *fertur.* V. 6. Busl. *potest—mea.*

7. *Plaudat* recte vett. edd. cum Pal. 2., Vat. 1. et IV aliis melioris notae (etiam unus Ciofani. Accedunt Guelf., Rel. et vett. edd. praeter Bonon. et Dresd.). Heins. Ego reduxi *ludat,* quod etiam Busl. et Franc. habebat, et melius respondet sequenti *ducat choras. Ludere* enim pro *saltare,* ut Met. III, 685. Unus etiam *cantet.* Burm. Mihi verum videtur *plaudat.* Quod autem *ludere* Burmannus illi *ducere choros* versus sequentis melius respondere dicit, nihil obstat, quominus poëta diversas laetitiae significationes ipse consulto praetulerit. Ed. Bonon. *funera.* Busl. *in funere,* ut Remed. A. v. 127. Iahn post v. 8. signum interrogandi posuit, sed mihi rectior et elegantior videtur sententia, si affirmat: *si mones, ut in miseria versus fa-*

Luctibus, an studio videor debere teneri,
  Solus in extremos iussus abire Getas? 10
Des licet in valido pectus mihi robore fultum,
  Fama refert Anyti quale fuisse rei;
Fracta cadet tantae sapientia mole ruinae:
  Plus valet humanis viribus ira dei.
Ille senex, dictus sapiens ab Apolline, nullum 15
  Scribere in hoc casu sustinuisset opus.
Ut veniant patriae, veniant oblivia vestri,
  Omnis ut amissi sensus abesse queat;

ciam, perinde facis, ac si posceres, ut Priamus. . . Iam moniti importunitate declarata recte et eleganter v. 9. interrogat: *luctibus an studio . . .?* — De re conf. V, 4, 11. et Remed. A. v. 127. *Natorum.* Quinquaginta filios Priamo fuisse testis est Hom. Il. VI, 244., qui uno excepto omnes in bello Troiano perierunt. III, 6, 38. Fabulam Niobae vid. ad V, 1, 57. *Ducere choros* in saltatione, quod hilaritatis est. Vid. Hor. Od. IV, 7, 6. *Laudat* Leid., Berol. et alius. V. 8. Reg., Gall. et Serv. *in orbe.*

9. *Studio.* Unus Vat. *studiis.* Vid. v. 1. Leid. *aut studiis.* Conf. v. 1.

10. *Solus in extremos.* Vid. II, 189.

11. *Des licet in valido — mihi.* Quod nunc vulgo legitur *hic valido* inventum Heinsii est. Optimam scripturam omnium librorum restitui: *Licet mihi pectus des valido in robore* (Vid. V, 13, 19.) *fultum, quale fama refert fuisse Socratis.* Nam *Anyti reus* est Socrates, ille, qui Apollinis oraculo Delphico sapientissimus omnium declaratus et, cum LXX annos natus esset, ab Atheniensium iudicio cicutam bibere coactus est, accusantibus Anyto rhetore, Melito ac Lycone, quod supplicium fortiter subiit. Illorum accusatorum licet princeps esset Melitus (Plat. Eutyphr. init., Xenoph. Memorab. IV. 8. 4., Diogen. Laert. II. c. 38.), cui se adiunxerant tanquam *συνήγοροι* Anytus et Lycon (Plat. Apollog. p. 23. E., Max. Tyr. Dissert. 9.); poëta tamen iure suo usus est, et Anyti reum appellat, exemplum secutus Hor. Sat. II, 4, 3.

Pythagoran, Anytique reum doctumque Platona.

Multi codd. et vett. edd. *invalido.* Parum eleganter. At eleganter *robur* epitheton habet.

Rei. Heinsius dedit *reo,* quod exhibent Vat. 1., Pal. 2., Rottend., Guelf., Dresd. a 2. m. Unus *reor.* Pal. 1. *reti.* Pol. 1. et Medic. 1. *senis.* Busl. *refert Socrati.* Sed vett. edd. et reliqui codd. omnes *rei,* ac genitivus in tali oratione recte ponitur. Exempla notavimus ad I, 5, 24. Crev. *Eneti.* Pal. 1. *Aneti.* Alii alia. — V. 13. Leid. cadit. Ed. pr. *cadat.* V. 15. Serv. *sap. dict.*

16. Rel. *in hos casus.*

17. *Ut veniant patriae.* Hein-

At timor officio fungi vetat ipse quieto:
Cinctus ab innumero me tenet hoste locus. 20
Adde, quod ingenium longa rubigine laesum
Torpet, et est multo, quam fuit ante, minus.
Fertilis, assiduo si non renovetur aratro,
Nil nisi cum spinis gramen habebit ager.
Tempore qui longo steterit, male curret et inter 25
Carceribus missos ultimus ibit equus.
Vertitur in teneram cariem, rimisque dehiscit,
Si qua diu solitis cymba vacabit aquis.

sius ex uno Vat. et Pal. 1. dedit: *ut patriae veniant.* Reliqui scripti et impressi *ut veniant patriae,* quod mihi verum videtur; nam exempla utriusque verborum ordinis afferri possunt. Vid. v. 36. et ad III, 1, 53.

Vestri ex Reg., Mor. III aliis, quibus accedit Dresd., Heinsius recepit, pro scriptura reliquorum vett. librorum *nostri.* Recte; nam *oblivia nostri* etiam *timorem,* qui sequitur v. 19. videntur excludere, et sequitur *omnis ut amissi sensus.*

18. *Ut amissi.* *Ut* Goth., Put. et VI alii Heins., Berol. et fortasse Rel., quod retinui, quia valde eo iuvatur sententia: *Ut oblivia patriae veniant, oblivia vestri veniant, ut* (omnino) *omnis amissi* . . . Bersm., III alii Heinsii, eiusdem ed. pr. et Rel. *admissi,* quod dedit Heinsius, parum perspecta, ut videtur, sententia. Reg. pro v. scr. *et a casu.*

19. *Officium quietum* est munus, quod quietum animum et securum otium poscit, ut etiam e sequentibus patet. Vid. I, 1, 41. — Pal. 1. et Serv. *esse quieto.* Reg., Put., Gall., Mor., Busl., Iun., Leid., exc. Voss., Pal. 2., Bersm., Goth., Guelf., Seg., Crev. et Berol. *esse quietum.* Berol. et ed. pr. Heinsii etiam *facit* pro *vetat.*

20. Vid. V, 2, 32. Crev., Gall., Goth. a 2. m., Dresd. *me vetat hoste.* Goth. a 1. m. *me tenet esse.*

21. *Longa.* Put. *multa.* Conf. III, 15, 36. et Pont. I, 5, 5. et seqq. Goth. a 1. m. *rub. ferrum.*

23. *Renovetur.* IV, 6, 13. V Heins. *removetur.* Seg. *moveatur.* Guelf. et Serv. *renovatur.* — V. 24. Goth. *humus.* Leid. *germen.*

25. *Tempore qui.* Pal. 1. *tempore cum.* Vett. edd., XXV codd. Heins., in quibus Put. et Guelf., *currit.* Idem Dresd. et Berol. Seg. a 1. m. *steterat.*

26. *Carceribus.* Vid. V, 9, 29. „Nonnulli (Mor., Busl., Iun., Leid. et IV alii, quibus accedunt Seg. et Berol.) *equos.* Rectius. *Heins.* Immo peius. Caussa in aperto. Revocavi *equus.* Serv. et Mor. *intra.*

27. *Teneram,* mollem, ut facile in putridas particulas dissolvatur. *Scabiem* Pol. 1. et Hafn. — Reg.

Me quoque, despera, fuerim cum parvus et ante,
Illi, qui fueram, posse redire parem. 30
Contudit ingenium patientia longa malorum,
Et pars antiqui nulla vigoris adest.
Saepe tamen nobis, ut nunc quoque, sumta tabella est,
Inque suos volui cogere verba pedes;
Carmina scripta mihi sunt nulla aut, qualia cernis, 35
Digna sui domini tempore, digna loco.

cenerem cariem. Pal. 1., Gall., Serv., ed. pr. Heins. *car. ten.* Rel. *ad ten.* Pal. 1. *deicit.*

28. *Si qua vacabit.* Hamb. *vacarit,* quod non video cur huic praeferendum putem. Pal. 1. *notabit.* Serv., Iun., Bersm., IV alii Heins. et ed. Bonon. *carebit.* Reliqui scripti et impressi, etiam nostri VI et ed. pr. Heins. *vacabit,* nisi quod Put. *negatur,* et quod nonnulli, nescio qui, habere dicuntur *vacavit.*

Si qua, ubi etiam *quae* dici poterat. Vid. not. ad I, 7, 28. I, 9, 25.

Nec solet irasci, — — — — — — —
Cum quis in adversis, si quid amavit, amat.

29. *Despera.* Heinsius dedit *despero* cum Pal. 2., exc. Voss., Leid., Bersm. et alio, quibus accedit Goth. a 2. m. et Rel. Sed sequendi sunt vett. libri optimi et plurimi. *Despera,* noli sperare. Iahn nescio unde sumtum dedit *posse videre.* Pal. 1., Reg., Put., Busl., VII alii Heins. et Dresd. *ut ante.* Serv. *ut olim.* Dresd. a 1. m. *dispeream,* a 2. m. *dispereo.*

30. *Fueram.* Vid. III, 12, 25. Pal. 1. et 2., Guelf. sub ras., Goth. pro v. scr., Reg., Mor., Busl., Bersm., X alii Heins. et eiusdem ed. pr., Dresd. et Rel. *cui fueram.* Guelf. a 1. m. *redire meum.*

31. *Malorum.* Gall., Serv., II alii Heins., eiusdem ed. pr. et reliquae vett. *laborum.*

32. *Nulla vigoris adest.* Sic recte libri vett. omnes, exceptis III aut IV scriptis, et impressis ab Aldina II. quibusdam, qui *magna vigoris abest.* I, 6, 31.

Si quid et in nobis vivi fuit ante vigoris,
Exstinctum longis excidit omne malis.

Antiqui, qui olim fuit. III, 8, 34.

Et nulla. V, 14, 26. et passim in his carminibus.

33. *Nobis sumta — et volui,* ut sexcenties in his carminibus. Vid. v. 1. et 2. et V, 11, 5.

Tabella cerata. Scribebant enim veteres, imprimis ea, quae correcturi erant, stilo in tabellis ceratis. — Busl. *ut quondam.*

35. „(Sed) *aut nulla a me carmina scripta sunt, facere potui, aut qualia cernis.*“ Apparet, cur post v. 34. colon posuerim. Similis sententiae figura est v. 39—42.

Gall., Serv., Iun., V alii Heins. et Bern. *carmina nulla mihi sunt scripta,* ut cupiebat Zinzerl. Pro-

Denique non parvas animo dat gloria vires,
  Et fecunda facit pectora laudis amor.
Nominis et famae quondam fulgore trahebar,
  Dum tulit antennas aura secunda meas: 40
Non adeo est bene nunc, ut sit mihi gloria curae;
  Si liceat, nulli cognitus esse velim.
An, quia cesserunt primo bene carmina, suades
  Scribere, succesus ut sequar ipse meos?
Pace, novem, vestra liceat dixisse, sorores: 45
  Vos estis nostrae maxima causa fugae;
Utque dedit iustas tauri fabricator aheni,
  Sic ego do poenas artibus ipse meis.

muls. p. 190., et nuper edidit Merkel, scilicet improbantes correptam ante *scr* vocalem in scriptura vett. edd. et codd. longe plurimorum et optimorum. Sed notum est, hanc legem metricam, quam grammatici posuerunt, a veteribus poëtis non ubique observari. Vid. Hor. Sat. I, 5, 35. et conf. Virg. A. II, 270. et VI, 309. Guelf. *carmina sunt mihi scr. aut nulla.* Rel. *carm. sunt nobis aut nulla aut.* — Tres: exc. Voss., Berol. et Italicus: *carmina nunc* (Berol. *non,* exc. Voss. *tunc*) *equidem non digna sed aspera scribo* (Ital. *cernis*).

36. *Tempore.* I, 1, 4., IV, 1, 2. De repetitione illa verbi *digna* vid. ad III, 1, 53.

37. *Dat gloria vires.* V, 1, 75., I, 1, 53., II, 5. et Pont. IV, 2, 2—4.

38. *Fecunda.* Bersm., V alii Heins. et vett. edd. *facunda.* Rel. a 1. m. *honor. Pectora.* Vid. index in v.

40. *Antennas* per synecdochen pro *navi.* Eadem metaphora est I, 5, 17. Vid not. ad III, 4, 9. Hoc versu Bernensis desinit. Goth. *aura ferenda.*

41. *Non adeo etc. Esse* si est pro *vivere* fere cum adverbio ponitur. Fast. IV, 399.

Mor. *adeo bene stat.* Goth. *adeo nobis bene est, ut gloria.* Put. *bene non, ut.* Pirckh. *adeo nunc est, ut.* Pal. 1., VII alii Heins., Seg., Berol., Crev. et pro v. Dresd. *non adeo nunc* (Franc. et ed. pr. *nunc adeo non*) *est bene sit.* Put., Gall., Serv., Leid., VI alii Heins. et vett. edd. *est* omittunt. Exc. Voss. *ut sunt mihi carm. curae.* — V. 43. Dresd. pro v. *aut quia.*

45. *Novem—sorores,* Musae. Vid. ad IV, 1, 29. et II, 13. — Vett. edd. *liceat vestra.* Mor. *licet hoc.* Exc. Voss. *lic. modo dicere.*

46. *Vos estis—causa.* II, 5. 207., V, 7, 31.

47. *Tauri fabricator,* Perillus. III, 12, 39.

Ipse meis. Vid. ad II, 2. — Goth. *iussas.*

Nil mihi debebat cum versibus amplius esse;
  Sed fugerem merito naufragus omne fretum: 50
At, puto, si demens studium fatale retentem,
  Hic mihi praebebit carminis arma locus.
Non liber hic ullus, non, qui mihi commodet aurem,
  Verbaque significent quid mea norit, adest.
Omnia barbariae loca sunt vocisque ferinae, 55
  Omnia sunt Getici plena timore soni.

48. *Artibus.* Alludit simul ad Art. A. II, 207. et seqq. — Put., Pirckh. et alius *versibus.* Male.

49. *Debebat.* Meliores *debuerat.* Heins. Meliores illi sunt Mor., Leid. et alius, quibus accedit a 1. m. Rel. Itaque cum libris *debebat* restituendum; nam ad sententiam utrumque rectum est.

50. *Sed fugerem.* Pal. 1., Vat. 1., Guelf. a 1. m., Pol. 1., Reg., Busl., Pirckh., Franc., III alii et Heins. ed. pr. *cum fugerem.* — Bersm., IV alii Heius. et vett. edd. *si fug.* Reliqui Heins., Goth., mei V *sed fugerem,* quod mihi verum videtur. *Fugerem* intelligendum *fugere deberem. Naufragus,* cum semel naufragium fecerim. Pont. I, 5, 38.

Nil sibi cum pelagi dicit fore naufragus undis;
Mox ducit remos, qua modo navit, aqua.

Serv. et X alii *merito fugerem.*

51. *At, puto etc.* Prolepsis cum irrisione. De ultima verbi *puto* correpta vid. V, 4, 46. Dresd. a 1. m. *puta.* Idem a 1. m. *retento.* Goth. *studii f. repentem.*

52. *Carminis arma,* instrumenta ad carmina componenda. Quae *arma* dicat, apparet e v. 53. — Gall. *debebit.*

53. *Non liber.* III, 15, 37. *Qui commodet,* praebeat, *aurem,* h. e. cui recitem facta carmina. IV, 1, 89. Hor. Epist. I, 1, 40.

Si modo culturae patientem commodat aurem.

Vid. Met. V, 1., VII, 821., XV, 465., II, 692. Goth. *praebeat.*

54. Reg. et ed. pr. Heins. *verbaque si recitem qui mea.* Goth. *norit idem.*

55. *Barbariae.* Pol. 1. *barbarica.* Iun. et exc. Voss. *barbarici.* Goth. pro v. scr. *barbaricae. Feram* Scytharum vocem etiam dicit V, 7, 17. Conf. III, 11, 4. et V, 10, 15. Genitivi illi autem cum verbo *timere* coniungendi. Versus sequentis valde incerta est scriptura: nam quae nunc pro vulgata est et a nobis recepta, pauci tantum Heins. exhibent; neque elegans est oratio *plena timore soni Getici.* Confirmant tamen eam Seg., qui habet *omnia barbarici pl. t. s.,* et nonnulli ignoti Heins., qui *omn. Sarmatici pl. t. soni.* — — Busl. et V alii Heins. *omnia, qui possunt.* Rel. *omnia, quae possint.* — Goth., Reg., Put., Gall., Serv., Pal. 1. et 2., Franc.,

Ipse mihi videor iam dedidicisse Latine,
  Iam didici Getice Sarmaticeque loqui.
Nec tamen, ut verum fatear tibi, nostra teneri
  A componendo carmine Musa potest. 60
Scribimus et scriptos absumimus igne libellos;
  Exitus est studii parva favilla mei.
Nec possum, et cupio non ullos ducere versus:
  Ponitur idcirco noster in igne labor;

Pirckh., VIII alii, Crev. et vett. edd. *omnia, quae possunt.* Goth. et Reg. *plura timore loqui.* Put., Gall., Serv., Pal. 1 et 2., Franc., Pirckh. *timoris erant.* Crev., VIII Heins. et vett. edd. *timore sonant.* Dresd. *omnia barbarico plena timore sonant.* Locus corruptus; nisi Nasonem dormitasse putemus; de quo aliorum iudicium esto.

58. *Iam* vett. edd., Reg., Gall., Serv., Iun., IV alii Heins., Rel., Berol. et Dresd. Reliqui *nam,* quod et ipsum ferri potest, sed fluxisse videtur e Pont. III, 2, 40. Conf. Trist. III, 15, 46., V, 7, 57. et not. ad V, 10, 36.

59. *Teneri.* Pal. 1., Pol. 2., Reg., Put., IV alii, Seg. a 1. m., et pro v. scr. Franc., Pirckh. et Dresd. *levari.* Pirckh., Bersm., II alii Heins. cum ed. Bonon. *revelli.* Franc. *tueri.* Mor., Serv., III alii Heins. et eiusdem ed. pr. *vacare.* Pont. IV, 1, 7.

Non potuit mea mens, quin esset grata, teneri.

Conf. IV, 1, 27., V, 7, 33. — Pal. 1. et Iun. *non tamen.* Gall. et Serv. *fatear verum.* Put. et III alii Heins. *ut verum fateamur.* Reg. *fateatur.* V. 60. Reg. et Goth. *carmina.*

61. *Absumimus.* Vid. IV, 10, 61., IV, 1, 102. — Goth. *scripsimus*— *consumsimus.* Busl. *absumsimus.* Crev. *perurimus.* Exc. Voss. *combussimus.*

62. *Studii—mei. Studium* de carminum studio passim. Vid. indic. Guelf. *et* pro *est.*

63. *Nec possum et cupio,* h. e. *et nequeo non ullos ducere versus et* (tamen) *cupio non ullos vucere versus.* Vid. ad V, 7, 57. *Nec —et* Met. IX, 21.

Tantum ne noceat, quod me nec regia Iuno
Odit, et omnis abest iussorum poena laborum.

Met. II, 42.

Amplexuque dato: „Nec tu meus esse negari
Dignus es, et Clymene veros, ait, edidit ortus."

Fast. V, 530. *nec coniux et pater esse volo.* Vid. ad Her. XVII, 177. et Wagner ad Virg. Aen. XII, 801.

Ducere versus. Vid. ad I, 1, 39. Mor. *dicere.* Leid. *ntere.* — Reg., Busl., Dresd. pro v. scr. et ed. pr. *non poss.* Pal. 1. et 2., Guelf., Reg., Mor., Serv., Iun., Leid., VIII alii Heins. et vett. edd. *non nullos.* Pirckh. *iam nullos. Molles—versus,* quod quidam impressi exhibent, mendosum esse patet ex illis tot horum carminum locis, quibus mollia, h. e. ludicra et lasciva se carmina in iuventute tantum confecisse

Nec, nisi pars casu flammis erepta dolove, 65
Ad vos ingenii pervenit ulla mei.
Sic utinam, quae nil metuentem tale magistrum
Perdidit, in cineres Ars mea versa foret!

ELEGIA XIII.

Amico scribit, se de fide eius minime quidem dubitare, sed tamen mirari, cur nullas ad se literas det, oratque ut saepius scribendo neglecti officii suspicionem vitet. Conf. IV, 7.

Hanc tuus e Getico mittit tibi Naso salutem,
Mittere si quisquam, quo caret ipse, potest.
Aeger enim traxi contagia corpore mentis,
Libera tormento pars mihi ne qua vacet;

dicit, atque illius levitatis se nunc poenitere fatetur.

65. *Hinc nisi* et v. 66. *non venit* Pirckh., Bersm., III alii Heinsii cum vett. edd. Seg. *nunc* et v. 66. *non venit.* Iun. *flammis casu subtracta.* Berol. *doloris.* V. 67. Pal. 1. *quae nec.* Goth. *quae non.*

ELEGIA XIII.

1. *Mittit—salutem.* Paullo argutius hoc carmen est; nam verbum *salutem* positum est e vulgari bene precandi formula *salutem mittere,* et in illis *quo caret ipse, salus* intelligenda proprie sive felix vitae conditio. Vid. ad II, 376. Eodem acumine etiam aliis locis usus est Naso. Vid. v. 33. huius carminis et III, 3, 88. — Pont. I, 10, 1.

Naso suo profugus mittit tibi, Flacce, salutem,
Mittere rem si quis, qua caret ipse, potest.

Her. IV, 1.

Qua, nisi tu dederis, caritura est ipsa, salutem
Mittit Amazonio Cressa puella viro.

E Getico ausus est Naso ad modum, quo dicitur, *Noricum, Illyricum.* Conf. Fast. IV, 565., Hor. Od. II, 16, 1. et Bentl. ad Hor. Epod. X, 19., Gronov. Obss. II. c. 3. et not. ad Trist. II, 197. — Pal. *a Getico.*

2. *Si quisquam, quo.* Mor., Leid. et II alii *mittere rem si quis.* Heins. Quod fluxit e Pont. l. l. I, 10, 2. — Pal. 1., Reg., Gall., Busl., Medon., II alii Heins. et Goth. *si quisquam, qua. Si quisquam* ratione et usu firmatur. Terent. Eunuch. Prol. v. 1.

Si quisquam est, qui placere studeant bonis,
In his poeta hic nomen profitetur suum.

Mor. *quicquam.* Mor. *ille.*

3. „*Corpore contagia* (morbum)

Perque dies multos lateris cruciatibus uror, 5
Sed quod non modico frigore laesit hiems.
Si tamen ipse vales, aliqua nos parte valemus:
Quippe mea est humeris fulta ruina tuis.
Qui mihi cum dederis ingentia pignora, cumque
Per numeros omnes hoc tueare caput; 10

mentis traxi." III, 8, 25., IV, 6, 39. De verbo *trahere* hac vi vid. ad II, 254. Iun. *mentis—traxi.*

4. *Vacet.* Mor., Pirckh., Iun., VII alii Heins. et ed. Bonon. *foret,* quod rectius; certe vulgaris consuetudo loquendi poscit imperfectum. Vide tamen not. ad II, 79. 80. Rel. a 1. m. *tormentis.*

6. *Sed quod non modico.* Maff. *me quoque non modico.* Emendate. *Crov.* Idem Reg., Leid. et Heins. ed. pr. — Exc. Voss. *at quae non.* Goth. a 2. m. in ras. *sic me non.* Busl. et Pirckh. *et quod non.* II Heins. et Dresd. a 1. m. *sed quem non.* II Heins. *sed quia non.* Vat. 1., Serv. et vett. edd. praeter Bonon. *sed quod in immodico.* Guelf. a 2. m. et II Heins. *me quia non.* Mor. *quod me non.* Reliqui codd. *sed quod non,* ut vulgo editur. Interpretes non immerito haerent in illo *sed.* Hinc Heinsius coniecit *id quod non* vel *saeva quod immodico,* Schraderus *ut quod,* alii alia. Mihi vero ferri posse videtur *sed quod,* sic: *per dies multos . . . uror* (quod tamen non natura et interioribus caussis aegrum factum est), *sed quod immodico frigore hiems laesit.*

8. Cic. post Red. *et horum consulum ruinas vos, consules, vestra virtute fulsistis.* Metaphora sumta a ruinoso aedificio, quod fulcris sustinetur. Conf. I, 6, 5., V, 12, 11 —13., Pont. II, 3, 60. Iun. et Leid. *carina.*

9. *Qui mihi.* Franc., Mor. pro v. scr., Pirckh. et Guelf. *quid mihi,* quod recepit Burmannnus inducto post *peccas* signo interrogandi, hoc sensu: *quid (mihi cum . . .) peccas?* Verum *qui* et affirmativa oratio leni illi admonitioni, qualis ad amicum tam sincerum esse debet, accommodatissima est, ne illud dicam, vett. librorum prope consensum hanc scripturam vindicare. Et insolens sane et parum elegans compositio verborum *quid — peccas?* etiam eo, quod, cum *quid* sententiam ordiatur, verbum *peccas* demum in fine tertii versiculi sequitur. Sensus et ordo hic est: *qui cum dederis . . . cumque tueare . . .; — eo* (uno), *quod . . ., peccas, remque piam praestas et mihi verba negas.* Atque inde etiam patet scripturam *praestas si mihi* v. 12., quam exhibent Goth. in ras., Reg., Gall., exc. Voss., Pirckh., Bersm., Franc., Pal. 2., Guelf. et Berol. (?), itemque scripturam Mor. *cum mihi* mendosam esse. — Ceterum aliae sunt v. 12. variantes: Dresd. *quodque pium praestat.* II Heins. *quidque pium praestas.* Leid. et Pirckh. pro v. scr. *remque male praestas.* Serv., Leid., II alii Heins., eiusdem ed. pr., et Berol. *sed mihi.* Seg. *nec mihi.* Put., Mor., Iun., VII alii Heins., Rel. et Crev. *ni mihi.*

Quod tua me raro solatur epistola, peccas,
  Remque piam praestas, et mihi verba negas.
Hoc, precor, emenda! Quod si correxeris unum,
  Nullus in egregio corpore naevus erit.
Pluribus accusem, fieri nisi posset, ut ad me 15
  Litera non veniat, missa sit illa tamen.
Di faciant, ut sit temeraria nostra querela,
  Teque putem falso non meminisse mei!
Quod precor, esse liquet: neque enim, mutabile robur,
  Credere me fas est, pectoris esse tui. 20
Cana prius gelido desint absinthia Ponto,
  Et careat dulci Trinacris Hybla thymo;
Immemorem quam te quisquam convincat amici:
  Non ita sunt fati stamina nigra mei.

Put., III alii Heins., Rel., Crev. et Seg. pro v. scr. *neges*. Guelf. a 2. m. *verba feras*.

10. *Per numeros omnes*, per partes omnes. Sic. Cic. de Fin. III. c. 24. *continere omnes numeros virtutis*. Notae sunt formulae *omnibus numeris perfectus, absolutus*. *Tueare caput*. Conf. IV, 5, 21.

14. *Naevus*. Hor. Sat. I, 6, 66.
— —/— — — — — — velut si
Egregio inspersos reprendas corpore naevos.

Busl. *exiguo*. Leid. *ingenuo*. II Heins. *exiguo tempore*. Seg. *erat*.

15. *Posset*. Mor., Iun. et III alii Heins. *pòssit*. Ego mutare vix audeo. Vid. ad v. 4. Ad sententiam conf. IV, 7, 9.

16. *Illa tamen*. Mor. et IV alii *ipsa licet*. Burm. Idem Dresd. pro v. scr. — Goth. a 2. m. *illa licet*. *Ipsa* etiam Rel.

19. *Quod precor, esse liquet*. Vid. IV, 7, 11. — Put., Serv., Dresd., Berol. et Leid., qui hoc versu desinit, *nec enim*. V. 20. Rel. *corporis*.

21. *Ponto*, ubi absinthium et maxima copia et praestantissimum, teste Plinio N. H. XXVII. c. 7. Medic. unus *gelida*.

22. *Trinacris Hybla*. *Trinacris*, Sicula: nam Sicilia Trinacria dicta, a tribus promontoriis (ἄκρα enim summitas et promontorium est), quae sunt Pelorus, Pachynus et Lilibaeum. Fast. IV, 419.
Terra tribus scopulis vastum procurrit in aequor
Trinacris, a positu nomen adepta loci.

Plin. III. c. 7. et Strab. p. 183. Casaub. De forma adiectivi *Trinacris*, quam Ovidius novavit sive e Graeco Latinam fecit vid. ad II, 225. et Strab. l. l. *Hybla*. Vid. ad V, 6, 38. Busl. *Trinacris hora* pro *ora*. V. 23. Serv. *amice*.

24. *Stamina*, sc. Parcarum. Par-

Tu tamen, ut possis falsae quoque pellere culpae 25
Crimina, quod non es, ne videare cave.
Utque solebamus consumere longa loquendo
Tempora, sermonem deficiente die:
Sic ferat ac referat tacitas nunc litera voces,
Et peragant linguae charta manusque vices. 30

cae Iovis et Themidis filiae tres, Clotho, Lachesis et Atropos, fatorum habebant custodiam et arbitrium, hominique nascenti vitae filum nebant. In seriori tamen fabula, a poëtis magis exculta, inter nendum simul ea fata edicere, vaticinari, *canere* finguntur. Hesiod. Theog. v. 218. et Scut. Herc. v. 258. Conf. Trist. IV, 1, 64., V, 3, 25., Metam. VIII, 453. et Virg. Ecl. IV, 46. Tib. I, 7, 1.

Hunc cecinere diem Parcae fatalia nentes
Stamina, non ulli dissoluenda deo.

Nigra, a re quam efficiunt sive portendunt. — V. 24. Berol. *non sic.*

25. *Pellere.* Seg. *falsae depellere.* Pal. 1. *pallere.* Pirckh. et exc. Voss. *fallere.* Vett. edd. praeter Bonon. et fortasse ad vett. edd. collati Franc. et Pal. 2. *tollere*, ut Fast. II, 46. Busl. et X alii et vett. edd. *falsae possis.* — Dedimus *possis falsae*, quia sic codd. prope omnes exhibent; non ideo, ut sic particula *quoque* sedem suam accipiat post illud verbum (*falsae*), ad quod potissimum pertinet; poëtae enim saepe, ac saepissime fortasse Naso, eam particulam post primum quodque, aut post quodvis sententiae verbum ponere solet. Vid. Trist. II, 21., Her. IV, 4. ibique not. et quae exempla excitavit Iahn Met. XIII, 63.

— — eloquio quoque Nestora vincat.

Met. XI, 700.

— — iactor quoque fluctibus absens.

Met. XII, 193.

Tentasset Peleus thalamos quoque forsitan illos.

26. Berol. *carmina.*

27. *Loquendo.* Sic scripti, pro vulg. *loquendi.* Et pro *sermoni* vulgata repone *sermonem* cum Rottend. et Put. — Vat. 1. *sermone.* *Heins.* Non video, cur illis duobus aut paucioribus codd. maiorem habeamus fidem, quam tot aliis, et vett. edd., quum praesertim probabilius sit, accusativum a librariis, quam insolentiorem scripturam esse profectam, et Naso alibi quoque *deficit* cum tertio casu iunxerit, Pont. 1, 5, 8.

Et mihi, si quis erat, ducendi carminis usus
Deficit, estque minor factus inerte situ.

Vid. Forcell. Lex. Eodem modo suspectus mihi videtur inductus ab Heinsio accusativus Amor. I, 8, 93. — *Consumere tempora.* Conf. Pont. II, 7, 69. et Met. II, 575.

Pal. 1., Put., Serv., Busl., Pirckh., II alii Heins. et Berol. *multa loquendo.* Guelf. sub ras. *sermone.* V. 29. Mor., Serv. et Busl. *et referat.* Mor. *tua litera.* Serv. *iam lit.*

30. Conf. III, 8, 2.

Quod fore, ne nimium videar diffidere, sitque
Versibus hoc paucis admonuisse satis;
Accipe, quo semper finitur epistola verbo,
Atque meis distent ut tua fata, Vale!

ELEGIA XIV.

Uxori scribit, nomen ac famam eius his carminibus in quibus fidem eius ac probitatem collaudarit immortalem fore, monetque ut illis laudibus fortiter casum suum ferendo respondeat perennique famae consulat, eleganterque finit, eum qui moneat, quod quis faciat, non tam moleste praecipere, quam monendo probare atque ornare.

Quanta tibi dederim nostris monumenta libellis
O mihi me coniux carior, ipsa vides.

31. *Quod fore, ne.* Guelf. a 1. m. *quod fere.* Gall. *quod face.* II Heinsii, eiusdem ed. pr. et reliquae vett. edd. *quod tibi ne.* Pal. 1. *fore vel nimium.* Berol. *non nim.* Busl., Franc. et Iun. *videar nim.*

32. *Hoc.* Heins. ex uno Gall. dedit *hic.* — Ceterum ad illa *sitque satis* ex illo *ne* versus praecedentis repetendum *ut,* affirmatio ex negatione, de qua consuetudine dicendi vid. not. ad I, 8, 50. Ceterum simplicior ac nativus sententiae ordo, ut recte monet Iahn, hic erat: „*Verum ne forte nimium videar diffidere ita fore, satis sit, paucis te versibus monuisse. Itaque accipe etc.*“ Verum poëta primum consequens, *sit satis* ..., statim in protasin accepit et dicit: „*et ne videar n. diffid. hoc fore et ut satis sit* ....., *accipe vale* (quod pono, quippe) *quo semper finitur epistola, atque ut tua fata meis dissimilia sint.*“ Goth. *epist. verbum.*

34. *Atque.* Scribendum *aque,* ut Strozzae cod. et Bersm. *Heins.* Idem Goth. a 2. m. erasa litera. Sed *distare* etiam cum solo ablat. sine praepositione ponitur, ut Met. III, 151., Pont. III, 2, 46., Met. VIII, 439. Vid. etiam Forcell. Itaque tutius erit, retinere scripturam veterum librorum. Conf. not. ad V, 2, 74. Ceterum argutatur in voce *vale,* ut in initio carminis in verbo *salute.* Conf. not. ad III, 3, 88. Put. et Rel. a 1. m. *facto.*

ELEGIA XIV.

1. *Dederim nostris — libellis.* Heinsius ex Hamb. et uno Vat. dedit, quod nunc pro vulgata scriptura est, *dederint nostri—libelli.* Verum ego nihil caussae video, cur reliquorum veterum librorum omnium scripturam abiiciendam putem. Nam *dederim—nostris* Nasoni propriam et usitatissimam esse orationem, supra pluribus docuimus. V, 12, 33. 34. *Monumenta*

Detrahat auctori multum fortuna, licebit;
Tu tamen ingenio clara ferere meo:
Dumque legar, pariter mecum tua fama legetur, 5
Nec potes in moestos omnis abire rogos.
Cumque viri casu possis miseranda videri,
Invenies aliquas, quae, quod es, esse velint;
Quae te, nostrorum cum sis in parte malorum,
Felicem dicant invideantque tibi. 10

intelligenda laudes uxoris, quae in his carminibus continentur. Sunt autem ad eam elegiae quinque. Vid. Proleg. p. 16. Reg. *mihi.*

2. *O mihi me carior.* Trist. III, 3, 15., Metam. VIII, 405.

3. *Multum* sc. ingenii et ad carmina vigoris. Conf. V, 12, 32. et I, 6, 32. Unus Gall. *nimium.* *Licebit,* ubi ex vulgari oratione poneretur *licet,* apud poëtas saepe legitur. Vid. Hor. Sat. II, 2, 59., Epod. XV, 19. Met. XIV, 355.

Non tamen effugies, vento rapiare licebit.

4. *Ferere.* *Ferere,* omnium ore celebrabere. Conf. I, 1, 36., Met. VII, 61., VIII, 486., Cic. de Orat. III. c. 56. Goth. *mei.* Iun. *vel tamen ingenio multa.*

5. *Tua fama.* Mor. *tua facta legentur.* Vid. I, 6, 36., Pont. III, 1, 57. et conf. IV, 10, 128. — Mor., Bersm. et alius *mecum pariter.* Reliqui omnes et vett. edd. *pariter mecum.*

6. *Nec potes.* Put., Iun. et VII alii Heins. et vett. edd. *non potes.* Utrumque, quod ad sententiam, teneri potest. *Non potes* fere est concludentis: *quare non potes. Nec potes* exponit uberius id, quod dictum est versu praecedenti; quod copiosius et elegantius est. Goth. *potes infestos.* De sententia, huc pertinet Pont. III, 2, 31.

Corpora debentur moestis exsanguia bustis;
Effugiunt structos nomen honorque rogos.

7. Goth. *possis casu.* Seg. *possis casus.*

8. *Aliquas,* non paucas.

9. *Malorum.* Serv., V alii Heins. et vett. edd. *laborum.* Conf. V, 12, 31. — Ceterum Ὁμοιοτέλευτα veteres poëtae non semper sedulo vitabant, neque in fine duorum versuum, neque, ut h. l., eodem versu. Fast. VI, 653.

Una ministrarum solita est, Cadmei, tuarum
Saepe sub amplexus coniugis ire tui.

Fast. II, 829.

Dant veniam facto genitor coniuxque coacto.

Met. II, 398.

Colligit amentes et adhuc terrore paventes.

Met. XIII, 379.

Si Troiae fatis aliquid restare putatis.

Sed tenendum est, in his exemplis omnibus postremam versus syllabam in thesi esse et postremam

Non ego divitias dando tibi plura dedissem:
  Nil feret ad manes divitis umbra suos.
Perpetui fructum donavi nominis, idque,
  Quo dare nil potui munere maius, habes.
Adde quod, ut rerum sola es tutela mearum, 15
  Ad te non parvi venit honoris onus;
Quod nunquam vox est de te mea muta, tuique
  Iudiciis debes esse superba viri.
Quae ne quis possit temeraria dicere, persta,
  Et pariter serva meque piamque fidem. 20

mediae vocis in arsi. Vid. Met. VI, 33. 135. 639. 640., VIII, 441. 442., XV, 150. 151., Virg. Ecl. VIII, 80., Aen. X, 554. et Heyn. et Huschk. ad Tibull. I, 9, 23. et Passow. ad Pers. p. 313.

11. *Non ego divitias dando.* Idem versus est Pont. II, 8, 7. — Goth. *div. tibi dando.*

12. *Nil feret ad manes.* Vid. III, 8, 40. seqq. Prop.:

Haud ullas portabis opes Acherontis ad undas;
Nudus ab inferna stulte vehere rate.

Reg., Put., vett. edd., Pal. 1. et 2., Pirckh. et Seg. *divitis—nil feret.* Heinsius et alii hoc distichon suppositium iudicarunt. Cur, nemo facile divinabit: nam quod *plura* dixit, ubi etiam *plus* dicere poterat, multis ex ipso Nasone exemplis potest probari, et quod ad locutionem *umbra ad manes suos feret,* paullo quidem insolentius dictum est, sed ea est vocis *manes* potestas, ut iuxta verbum *umbra* pro inferis constare possit. Vid. Met. IX, 406.

14. *Idque—habes: „et id habes, quo maius ...“* — Mor., Busl., Iun. et ed. pr. Heins. *non potui.* Berol., Goth. pro v. scr. et II Heins. *habe.* Put. *quod dare non potui, venit honoris onus,* incertum, num omisso sequenti disticho.

15. *Adde quod etc.* Conf. I, 6, 7. seqq. et Pont. III, 1, 43. seqq. — Hor. Epist. I, 1, 103. *rerum tutela mearum quum sis.* Conf. Hor. Od. I, 1, 2.

Libri scripti et edd. *et rerum sola es,* nisi quod Iun. et Crev. *es rerum solá et,* Goth. et Guelf. *et rerum sola tut.,* Pol. 1. et II alii Heinsii *solam tutela.* Heinsius coniecit *ut rerum,* quod aut cui simile nisi admiseris, hoc distichon hiulcum erit. Veteres edd. post v. 15. punctum habent et post v. 16. non interpungunt. Sed nec illud ferendum. — V. 16. Mor. *parvum* et v. 17. Gall. *de te vox est.*

19. *Persta.* Pal. 1., Mor., Iun., Bersm., V alii Heins. et ed. Bonon. *praesta.* Idem Goth. cum glossa: *effice.* Burmannus dedit *praesta:* caussam afferens: ne bis idem diceret poëta, et laudavit. Pont. III, 1, 65.

Quare tu praesta, ne livor dicere possit.

Nam tua, dum stetimus, turpi sine crimine mansit,
Et semper probitas irreprehensa fuit;
Par, eadem nostra nunc est tibi facta ruina:
Conspicuum virtus hic tua ponat opus.

Verum non idem dicit, sed illud *persta* versu 20. copiosius exponitur; et elegans praeterea est scriptura *persta*, qua sumitur, uxorem adhuc talem, qualem poëta cupit, sese praestitisse.

Temeraria. Vid. V, 13, 7. et conf. Pont. III, 1, 45.

20. *Et pariter.* Vid. ad V, 5, 15. 16. — Gall., Iun., Pirckh., III alii Heins. et Berol. (?) *tuamque fidem.* — Busl. *te par. serva iudiciumque meum* e V, 6, 16.

21. *Stetimus* respondet illi *ruinae* v. 23. Conf. I, 9, 17. — Goth. *stetimus virtus sine.*

22. *Et semper.* Alii (?) legunt *et tantum.* Vett. edd. *et tandem.* Maff. *et tanta.* Tu ex uno Vat. lege *et semper.* Cior. *Et semper* etiam Pal. 1., Serv., Mor. pro v. scr., Bersm. et alius, quibus accedunt Rel., Crev. et Dresd. — Pol. 1., Pal. 2., Franc., Reg., Put., Gall., Mor., Pirckh., Iun., Goth., Guelf., Berol. et ed. pr. Heinsii *et tanta.* Exc. Voss. et II alii Heins. *et tua nunc.* Rich. et Bonon. *et tantae.* „Scribe *et famae.*" Heins. Burmannus hanc Heinsii coniecturam improbans coniecit et edidit:

Et laudem probitas irreprehensa tulit.

laudem latere opinans in *tandem,* scriptura primarum edd., et citans Pont. I, 4, 24.

Quam laudem a sera posteritate ferat.

Sed et illa mera coniectura est. Ego cum Iahno dedi *et semper — fuit,* planissimo et optimo sensu: *nam dum floruimus, probitas tua semper irreprehensa fuit: nunc mecum cecidisti,* de fortunae splendore deiecta es; *hic* (nunc igitur) virtuti tuae novus ac latus apertus est campus, *hic* ea late *conspicuum opus sive monumentum ponat.* Merkel dedit *et tantum* cum interpretatione: *hactenus non nisi reprehensione caruisti.* Conf. Met. XI, 425. Non male; sed nullum nec vidi nec scio codicem aut veterem editionem, quae eam scripturam tueatur.

23. *Par, eadem etc.* Sic Reg., Gall., Mor., Serv., Iun., XI alii Heins. cum vett. edd., Goth., Guelf. a 1. m., Seg., Berol., Rel. pro v. scr., Dresd., Med., Put., qui *per eadem.* Put. *nostra est.* Exc. Voss. *pars eadem.* Crev. *par equidem.* Busl. *par ea fortunae nunc est tibi.* — Unus Medic., Mor. pro v. scr. et Crev. *sibi.* Reliqui codd. habere dicuntur:

Par ea de nostra non est tibi facta ruina.

alteri illi simillima scriptura; nisi quod *de* habent pro *dem* et *non* pro *nunc,* solemni permutatione.

„Lege:

Par eadem nostra nunc est sibi facta ruina.

vel:

Par eadem ut nostra nunc est sibi facta ruina.

vel: *par ea post nostram — ruinam* vel *post nostrae fata ruinae;*

Esse bonam facile est, ubi, quod vetet esse remotum est, 25
Et nihil officio nupta quod obstet habet;
Cum deus intonuit, non se subducere nimbo,
Id demum est pietas, id socialis amor.

nam *nostrae* erat in Gott. *Heins.* Fortasse melius fuerit legere:

Par veterum nostra si nunc tibi fama ruina.

vel:

Parta tibi nostra si nunc est fama ruina.

Burm.

De coniecturis illis nihil addo, et quae sunt minus etiam tolerandae, aliorum virorum doctorum praetermitto. Scriptura ab Heinsio inducta, quae nunc fere pro vulgata est:

Par eadem nostra nunc est sibi facta ruina —

q. e. *eadem* (probitas) *nunc nostra ruina facta est sibi par*, parum conveniens est versui subsequenti: *hic tua virtus etc.*, neque illud *sibi* confirmatur veteribus libris. Mihi a Nasone esse videtur scriptura veterum edd. et plurimorum scriptorum:

Par, eadem nostra nunc est tibi facta ruina —

quae et idoneum per se et totius loci rationi aptissimum habet sensum, qui, ut ad v. 22. iam indicavimus hic est: *Nam dum stetimus . . . .; fuit: nunc nostra ruina* (quando nos (ego) cecidimus), *tibi par*, (immo) *eadem* (sc. *ruina*) *parta sive facta est* (Germanice: *jetzt ist dir durch meinen Fall ein gleicher*, (ja) *derselbige geworden*): *hic* (igitur, in hac tibi mecum communi ruina) *tua sese* virtus ostendat, *conspicuum fidei ac probitatis opus edat* (vel cum respectu ad illud *conspicuum*) *ponat* (nam metaphora sumta est ab alto monumento, de quo *ponere* proprie dicitur. Vid. Forcell.)

Par, eadem fere coniuncta sunt, ut Cicero *suus propius* coniungit. Cic. pro Mur. c. 9. *pari et eadem in laude pono.* Mart. VII, 11, 4.

Nec melior panis, turdusve dabatur Oresti;
Sed par atque eadem coena duobus erat.

De *ruina* vid. III, 6, 5. Horatius de sua ac Maecenatis morte Od. II, 17, 8.

Ille dies utramque ducet ruinam.

Goth. *est facta tibi ruina.* V. 24. Pirckh., III alii Heins. et Guelf. *ponit.*

25. *Quod vetet.* Ita Pal. 1. et 2., Franc., Pirckh., Gall., Guelf., Seg., Berol., Dresd. et vett. edd.; reliqui *vetat.* Utrumque sententiae convenit; nisi quod *vetet* paullo gravius dictum est. — Gall., Serv., Busl., IV alii Heins. et Seg. *est* omittunt. Berol. *esse bonum.*

26. *Officio*, probitati. Franc., Iun., Bersm. et IV alii Heins. *officiis.* Idem Rel. — Reg., Put., Gall., Pol. 1., V alii Heins., Goth., Seg. et vett. edd. *officii.* Iun., Pol. 1. et II alii Heins. *optet.* Rel. *obstat.* Pal. 2. et Seg. *optat.*

27. *Intonuit.* Conf. I, 5, 29. — *Nimbo*, qui tonitru sequitur.

Rara quidem virtus, quam non fortuna gubernet,
Quae maneat stabili, cum fugit illa pede: 30
Si qua tamen pretii sibi merces ipsa petiti,
Inque parum laetis ardua rebus adest;
Ut tempus numeres, per secula nulla tacetur,
Et loca mirantur, qua patet orbis iter.

38. *Demum est.* Gall. et alter *est* omittunt. Iun. *pietas et soc.*

29. *Gubernet.* Ita II Vat. et Maff. *Crov.* Etiam Pal. 1., Reg., Put., Mor., Serv., Busl., V alii Heins. et eiusdem ed. pr., Rel., Crev. et Seg. Reliqui scripti et editi *gubernat.* Coniunctivum postulant etiam illa: *quae maneat,* versu subsequenti. — Put., Serv., Busl., Iun., Goth., Rel., Seg. et vett. edd. *quidem est.*

Gubernare in Fortuna saepe dicitur, ut Lucret. V, 108., Cic. ad Att. Ep. 2., Vellei. Pat. II. c. 127. Sed an scriptores illi in eo imaginem Fortunae, quae gubernaculum manu tenens saepe fingebatur, in animo habuerint, quod putabat Burmannus, vehementer dubito. — V. 30. Goth. *manet in stabili.*

31. *Si qua tamen—petiti.* Sensus est: *si qua tamen* (virtus est), *quae ipsa sibi pretium recte factorum sit, quae praeter se nullam recte factorum mercedem quaerat..; illa, ut—numeres, per nnlla—tacetur et . . . —*

Pretii petiti, ut *soceri petiti* Met. IX, 11. — *Merces pretii,* ut Cic. de Fin. II. c. 31. *probitas praemiorum mercede evocata. Merces pretii petiti,* ut Met. X, 627.

Non erit invidiae victoria nostra ferendae.

Ceterum frequens haec philosophorum sententia apud poëtas. Claudian.:

Ipsa quidem virtus pretium sibi.

Sil. XIII, 663.

Ipsa quidem virtus sibimet pulcherrima merces.

Pont. II, 3, 35.

— — — — — per seque petenda est
Externis virtus incomitata bonis.

ubi vid. Burm. — Pal. 1., Franc., Put., Mor., Serv., Pirckh., Guelf. a 2. m., Crev. et vett. edd., etiam Heinsii ed. pr. *petiti est.* Sed omissio verbi *est* hoc loco minus offendit, quia in versu sequenti et eadem sententia sequitur *adest.* Rel. *est* post *pretii* habet, et Iun. *utroque loco.* — Exc. Voss. *si quantum pret.* Bersm. *tibi merces.* Berol. *ipsa poëta.* Rel. a 1. m. *illa.* Reg. *petitum.* Goth. a 1. m. *petita est.* Vat. 1., Guelf. a 1. m., Pal. 2., Dresd. pro v. scr. *pretium sibi merces ipsa petitum.* Reg. pro v. scr. *si tamen est, pretium cui virtus ipsa petitum.* Busl. *si qua tamen pretii est ac vinces ipsa petenti.*

32. *Ardua,* erecta, non inclinata aut fracta. Berol. *gloria non laetis ardua.* Crev. *inest.* Unus Vat. *ipsa parum.*

33. *Ut tempus numeres.* Vat. II et Maff. *ut tempus. Crov.* Put., Iun., Pol. 1., IV alii Heins. et vett. edd. *si tempus.* Reliqui omnes *ut.*

Adspicis, ut longo teneat laudabilis aevo 35
Nomen inexstinctum Penelopea fides?
Cernis, ut Admeti cantetur, et Hectoris uxor,
Ausaque in accensos Iphias ire rogos?
Ut vivat fama coniux Phylaceïa, cuius
Iliacam celeri vir pede pressit humum. 40

Sequenda est maior auctoritas veterum librorum: nam ad sensum *si* aeque recte atque convenienter dicitur ac *ut*. Vid. Cic. de Orat. II. §. 70. Apud Platonem vel triplex *si* sive triplex sententia conditionalis in protasi legitur, Men. p. 74. B. Vid. interpp. ad Xenoph. Memor. I. c. 2. §. 36. et ad II. c. 3. §. 9.

34. *Et loca mirantur.* Vat. II, Reg., Gall., Serv., Busl., exc. Voss., Iun., Franc., Bersm., V alii Heins., Seg., Rel., Berol., Crev. et Dresd. *et loca transgreditur.* Utrumque ad sententiam aptum. Dedimus *mirantur,* quae scriptura, si Heinsiani, quod dubito, satis curate enotati sunt, maiorem habet auctoritatem vetustatis et multo ποιητικωτέρα est. Vid. III, 11, 69. Reg. *in loca transgreditur.* Put. et Iun. *sed loca.* Iahn interpungit;

— — — — per saecula nulla tacetur
Et loca: mirantur qua patet orbis iter.

35. *Teneat. Maneat* unus Vat.; ut sit appositio. Heins. Non nego, ita dici posse quanquam paullo durior oratio est. At hoc non video, cur nos optimam scripturum omnium librorum ob unius illius varietatem mutemus, et certe simplicior et elegantior est oratio: *ut Penelopea fides, longo aevo laudabilis, nomen inexstinctum teneat: wie in langen Jahrhunderten gepriesen die Penelopeische Treue einen unausloeschlichen Namen behaelt. Nomen tenere* Naso etiam aliis locis dixit. Vid. Indices. Conf. Tr. I, 6, 21. et V, 5, 44. Put. *taceat.* Goth. *socio teneat.*

36. *Et Hectoris uxor.* Quod vulgo legitur *ut Hectoris uxor,* Heinsius, affectus ubique captans (vid. IV, 10, 119.) ex Voss. et altero incognito primus induxit. — De Andromacha Hectoris uxore vid. IV, 3, 29., de Evadne Iphidis filia vid. ad V, 3, 29. et de Alcesti, Admeti uxore, ad V, 5, 54. — V. 37. Iun. *laudetur.* Serv. *cantantur.* Busl. *Herculis.* Pont. III, 1, 105.

Si mea mors redimenda tua, quod abominor, esset,
Admeti coniux, quam sequereris, erat;
Aemula Penelopes fieres, si fraude pudica
Instantes velles fallere nupta procos;
Si comes exstincti manes sequerere mariti,
Esset dux facti Laodamia tui;
Iphias ante oculos tibi erat ponenda, volenti
Corpus in accensos mittere forte rogos.

39. *Coniux Phylaceïa* est Laodamia, Protesilai uxor. Vid. ad I, 6, 20., V, 5, 57. Dicta *Phylaceïa* a *Phylace,* oppido Thessaliae, ubi

Morte nihil opus est pro me, sed amore fideque:
Non ex difficili fama petenda tibi est.
Nec te credideris, quia non facis, ista moneri;
Vela damus, quamvis remige puppis eat.

Protesilaus rex fuit. Strab. IX. p. 298. Nam gentile est φυλακεῖος, Ionice φολακήιος, unde femin. *Phylaceïa.* Vid. not. ad Her. XIII, 35. Est autem prima syllaba vocis *Phylace* natura *brevis,* quae tamen ob liquidam *l* produci potest, ut eam etiam produxit Naso Art. A. III, 17. et Prop. I, 19, 7. Ceterum eiusmodi periphrases a locis sumtae de more sunt Nasonis: sic Art. A. III, 19. est *Pagasaea coniux* pro *Alcesti,* ibid. *Therapnaea marita* pro *Helena, Caystrius ales* pro *olore* Tr. V, 1, 11. Vid. ad V, 1, 21. Guelf. a 1. m. et Pal. 2. *et viv.*

40. *Celeri—pede. Primo—pede* unus Vat. et alter Pal. ex fide historica. Vid. II, 403. et V, 5, 57. Sed non iusta caussa est cum Heinsio mutandi, quum vulgata *celeri* idem declaret, certe significet. Fabulam vide ad I, 6, 20.

41. *Morte nihil opus est.* Vett. edd. et codd. (?) Voss. patris: *nil opus est morte pro me,* quam scripturam teneri posse putat Micyllus, ut in *morte* posterior producatur; sed praeter coniunctionem *que* apud Nasonem nullum illius usus reperio exemplum. Vid. Leop. Schneider. Gramm. Lat. I. P. II. p. 752.

„Quinque Vaticani et Maffeianus rectius *morte nihil opus est,* ut Met. VII, 643.

— — — — — — — querorque
In superis opis esse nihil. At in aedibus ingens
Murmur erat.

ubi *nihil* etiam posteriorem producit. *Cior.* Idem exhibent Pal. 1. et 2., Put., Gall., Mor., Serv., Iun., Pirckh., Franc., Bersm., XIV alii Heins., eiusdem ed. pr., Goth., Guelf., Rel., Berol. et Dresd., atque eodem hemistichio usus est Naso Pont. III, 1, 113.

Morte nihil opus est, nil Icariotide telo;
Caesaris at coniux ore precanda tuo.

Met. XIV, 24. *Fine nihil opus est.* Atque omnino syllabas medias ante vocales in arsi saepe produci, ad III, 15, 36. multis ostendimus exemplis. Heinsius ex exc. Voss. edere ausus est *nil opus est letho.* — Gott. *letho nil opus est.* Busl. et Crev. *morteque nil opus est.* Aliorum codicum scripturam esse dicunt *at nece nil opus est,* quam etiam Aldina altera habet.

42. *Non ex difficili.* Fast. V, 350.

Non ex difficili causa petenda subest.

Frequentes sunt apud Nasonem huiusmodi formulae loco adverbii, velut *ex aequo, ex tuto, ex facili, ex toto,* al. — V. 43. Heinsii ed. pr. *quod.* Pal. 1. *moveri.*

44. *Puppis eat. Puppis* Put., Iun., Pal. 2., VI alii Heins., IV nostrorum et vett. edd. — Reliqui (?) *navis.* — Ceterum proverbialis haec locutio est, qua saepius usus est Naso. Pont. II, 6, 37.

Quae tu cum praestes, remo tamen utor in aura:

Qui monet, ut facias, quod iam facis, ille monendo 45
Laudat, et hortatu comprobat acta suo.

Nil nocet admisso subdere calcar equo.

Pont. IV, 15, 27.

Nec dubitans oro, sed flumine saepe secundo
Augetur remis cursus euntis aquae.

Art. A. I, 367.

Hanc matutinos pectens ancilla capillos
Incitet, et velo remigis addat opem.

Conf. Pont. II, 11, 19. — V. 45. Ed. pr. *quae*. Put. *iam quod*. Serv. *quod idem facit*. Dresd. pro v. scr. *ipse*.

Atque haec in Tristia Nasonis commentati sumus. Tu, candide lector, operam nostram qualemcunque consule boni, quod magnum mihi incitamentum erit ad Fastos quoque ac Metamorphoses pari modo tractatas brevi edendas.

INDEX

RERUM ET VERBORUM,

QUAE IN COMMENTARIIS EXPLICANTUR.

A, ab pro post pag. 65. 430. — pro ex p. 72. — pro propter 369. 384. — singularis huius praepositionis imprimis apud Nasonem usus cum adiectivis et verbis 211. 415.

a imperativi corripitur.

abiectus pag. 491.

abire in ventos et similia pag. 105.

abl. absolutus sine nomine et pronomine 279.

absinthium, ubi praestantissimum 519.

absumere tempus 429. Conf. p. 520.

Absyrtus 191. 298—302.

Abydos 124.

accusativus pronominis in accusativo cum infinit. omittitur 273.

Achilles a matre absconditur 196. maximus dux in exercitu Graecorum. 275. 112. — Achillis patria 369. — filius, Pyrrhus 196. amicus, Patroclus 112. — Achillis ira in Agamemnonem 341. 190. — Achillis lyra 341. — Achilles canendo tempus fallit 341. — Achilles Priamo Hectoris corpus reddit 275. — *Achilleo more vulnera sanare* 39.

Acontius et Cydippe 310.

Actaeon 151.

Actor 122. — Actorides, Patroclus 112.

acumen 76. 130. 319. 494. 505.

adamas 393. 407.

adapertilis pag. 316. Conf. 84. 389.

adductus 354.

adeo 243. 281.

adiectiva a Nasone novata 389. 84. 316. — anticipata 142. — a persona ad corporis partem translata 356. — cum infinit. loco gerundii 484. — adiectiva duo uni nomini iuncta 129. — adiectiva et adverbia repetita 479. 480. — adiectivorum positio 181.

adipisci 148.

Admetus 195. 475. 527.

admissus equus 278.

adspice, ut cum indicativo et coniunctivo 109. 261. 471. — *adspicere aliquo* 64.

adstringere 268.

adurere 245.

adversi di et *aversi* 67.

adversa fronte 48.

advertere lumen et *numen* 167.

Aeëtes 303.

Aegaeum mare 130.

Aegides 465.

Aegisthus 192. Vid. *Orestes.*

Aeneas 44. — Aeneae et Didonis amor 223. *Aeneadae,* Romani 173. 174. — *Aeneadum mater,* Venus ibid. — *Aeneadum* et *Aeneadarum* 174.

Aeneïs Virgilii 223.

Aeolus 78. — *Aeolia,* Helle 121.

Aërope pag. 192.
aestus et *aestuare* 368.
affectus, aegrotans 250. — *affectus*, morbus 249.
affirmativum e negativo repetendum est 108.
afflictus 103.
Agamemno 36. 341. 479. — Agamemnonis natus 479. — Agamn. et Achillis ira 341. — Vid. *Orestes*, *Chryseis*, *Aegisthus*, Clytemnestra.
agere bellum 169. — *agere praedam* 349. — *agere reum* 311. 343. — *actus* 403.
aggemere 77.
Agrippa Postumus 154.
Aiax furens, opus Timomachi 220.
albus 277. — alba vestis in sacris 330.
Alcathous 127.
Alcestis 195. 475. 527. — Alcestis, tragoedia 195.
Alcmena 195. — Alcmena, tragoedia 195.
alea 212. — alea legibus vetita 212.
Alexander Porum maiore regno donat et Darium splendide sepelit 276. — *Emathius dux* 275 — Alexandri urbs 56. — *Alexandrinae deliciae* 56.
aliquis 460.
alloquium 387.
altae undae 411.
alterni pedes 239. 286.
Althaea 99.
Amaryllis Virgilii 224.
amator 190.
ambitio sollicita 418. *ambitiosus* 111.
amens dolore 73. — amentia dolore pulsatur 63.
amicitiae illustres 465.
amomum 258.
amores 412.
Amoris arma 423. 437. et not. ad Her. IV, 16.
amphitheatra arena strata 176.
Anacreon pag. 188. 32.
anadiplosis 125. 309.
Anchialus 126.
Anchisis et Veneris amor 174.
Andromacha 94. 368. 473. 527.
Andromeda 194. — Andromeda, Danaës nurus ibid. — tragoedia 194.
anima 81. 253. — anima in rogo corpus relinquit 82.
animadverte 479.
animi plur. 491. — *animi nubes* 63.
Annales, carmen Ennii 192. 201. — annales maximi 172.
annulorum signatoriorum usus 462.
annumerare in 464.
annus apud Romanos quando inceperit 321.
Anser, poëta 203.
ἀνθρωποφάγοι 382.
antenna 262. — pro nave 514.
Antigona 195. 257. — Antigona, tragoedia 195.
Antimachus 91.
antiquus 235. 289. 321. 405. 426. 513.
Anyti reus, Socrates 511.
Aoniae sorores 418. Vid. *Musae*.
Apellis Venus anadyomene 222.
apertum pratum 463.
apes Atticae 465.
Apollo 44. — artis medicae inventor 249. 375. — *intonsus* 240. — *Leucadius deus* 237. — Apollinis urbs sive Apollonia 126. — templum Romae 240. — templum in Leucata 237.
aptus et *aptatus* 43.
arae loci perfugii 449. 477. 386. — arae de cepite 468. — sertis coronabantur 330. 469.
aratri dens teritur tempore 392.
Arcas 76.
arces, VII Romae colles 35. Conf. 292.
Arctophylax, sidus 365.
Arctos sive Helice a Graecis nautis observata 365. — nunquam occidit ibid. — *Parrhasia virgo* 162. Vid. *Ursa*.

Arcturus, sidus pag. 75. 76.
ardere 325.
arduus 526.
arena instauratis ludis amphitheatra sternebantur 140. 177. 412. — *arena* pro circo 394.
Argo navis 299. — Argonautarum expeditionem cecinit Varro 204.
Argolicus, Graecus 36. 182.
Argos 182.
arguere 375.
Ariadne 196. 459.
Aries, sidus 321. 397.
Aristides Atheniensis 199.
Aristides, poëta 198. 205.
arma nitida gladiatoris 394.
arma temporis 428. — *carminis* 515. — *Amoris* 437.
Armenia 168. — Armenia ab Augusto domita ibid.
Arminius, Germanorum dux 359.
arundineum carmen 340. Conf. 503.
arx pro coelo 35.
Ascraeus senex, Hesiodus 22.
Asinius Pollio bibliothecam publicam aperuit 200. 242.
Astyanassa 200.
asyndeton 77.
Atalanta 193.
Athenas nobiles Romani studiorum causa proficiscebantur 55.
Atticae apes 465.
Atticus studiorum caussa Athenas profectus 55.
Attius et *Attus* 71.
Attius, poëta 187.
attonitus 80. 459.
atque ita 352.
Atreus 192.
attractio 313. 332. 445.
audax 175. — *audax metu* 76. 505.
audere 153.
auferre 151. — *auferre iram* 30.
Augusti domus 355. — Augusti ante domum duae lauri stabant 236. — Augusti auspiciis Raetia domita 167. — item Thracia, Armenia, Illyricum, Pannonia, al. p. 167. 168. — Augusti clementia 86. 143. — Augusti forum 233. 325. — Augusti fulmina 161. 261. 272. 408. 410. 457. — Augusti altera uxor, Scribonia 95. — tertia uxor, Livia 94. — privigni 95. — nepotes 159. — *Augusti* nomen quando acceperit 60. — portae spoliis ornatae 235. et corona civica 236. — victoria ad Actium et Leucadiam 237. — Augustus aleae amator 216. — a Parthis captivos et signa recepit 168. — Apollinis templum Actii exornavit 237. — Apollinis templum in Palatio perfecit et ibi bibliothecam aperuit 240. — *arbiter imperii* 450. — bibliothecam in porticu Octaviae aperuit 242. — cognomen *Caesaris* assumsit 29. — corona civica donatus 236. — corrector morum et legum 169. 170. — in Palatino habitavit 34. — inter sidera collocatur 450. — invictus 439. — ludos saeculares et alios celebravit 141. 219. — Martis ultoris templum exstruxit 178. — multas coniurationes detexit 276. — multos equestri gradu donavit 414. — naumachian instituit 225. — *Pater Patriae* declaratus 161. 143. 377. — *Principis* nomen accepit 30. 154. — *deus* 34. 247. 274. 449. — supremus deus in terra 166. 378. — Iupiter appellatus 91. 236. — divi filius 34.
Augustus adiectivum 237. 293. 234.
aura 295. — aura Scythica 478.
auriga pro nauta 78.
aurum in igne spectatur 84.
Ausonia 58. 148. 472. 490. — *Ausonia lyra* 420.
auspiciis alicuius aliquid facere 160.
Auster humidus 131.
aut, alioquin 107.
Automedon 477.

avidus ad aliquid pag. 256.
axis aetherius 50. *axis gelidus* 451.

Baccha, Bacche et *Bacchis* 344.
bacchari 48.
Bacchus bis genitus 194. 457. — Bacchus praeses poëtarum 97. 345. 454. — semper iuvenis 460. — lyncibus in coelum vectus 456. thyrsum gerit 345. — Bacchi labores 455. 456. — Ariadnen duxit 459. — *Liber* et *Lyaeus* 194. 458. Vid. *Liberalia*. — *Bacchicus* et *Bacchius* 97.
baculus 340.
balista 50.
balneorum apud Rom. usus 324. 325.
barba quo die primum resecabatur, dies festus apud Romanos 422.
barbaria 440.
Bassus 420.
Basternae 163.
Battiades, Callimachus 32. 189. 472.
Battus 189.
Belides, Danaides 241. — Earum statuae Romae ibid.
bellatrix dea, Minerva 90.
Bellerophon 193.
bene, valde 99.
Bessi 303. 348.
bibere auribus 273.
bibliothecae publicae Romae 200. 240.
Bistones 123.
Bizone 127.
bonus 38. — *bona verba* 368.
bonitas 389.
Bootes 75. Vid. *Arcturus*.
Boreus axis 406.
Bosporus Thracius 120. 179. 328.
brevis, angustus 123. 452.
braccae 305. — braccae Persicae 504. — *braccata turba* 396.
Briseïs 341.
bruma 501.
Busiris 315.
bustum 314.
Byzantium 125.

cadere pag. 370.
Cadmus 373.
caecus amor 192.
caerulei Dii, dii maris 53.
Caesar (Caius) expeditionem in Parthos fecit 225.
Caesaris (C. Iul.) forum 325.
Caesares 60. 353. 355.
calculorum ludus 213.
calere 345.
Callimachus 189. 201. 472.
Calliope 229. Vid. *Musae*.
Callisto 76.
Callistrata 200.
Calvus, poëta 202.
Campus Martius 438.
Canace 192.
candidus 278. 482. 266.
canis venatici natura 498.
canis sive canicula in talorum ludo 212.
cantu tempus et doloris sensum fallere 339. 341.
Capaneus 474. 457. 373.
capere 241. 265.
Caphareus promont. Euboeae Graecorum naufragio infamis 36. — *Capharea aqua* 487.
Capitolia 65. — Capitolini dii ibid.
capilli in luctu soluti 255.
caput fluminis 102.
carbasa 58.
carminum studium otium *quaerit* 31.
caries tenera 512.
carcer et *carceres* stadii 498. — carcerum ratio 499.
Cassandra 193.
Castoris et Pollucis amor fraternus 390. — Tyndaridae, sidus 128.
Cato (Valerius), poëta 204.
Catullus 202. — Catulli praecepta amoris ibid.
cavus 403.
Caystrus 435. — *Caystrius ales* ibid.
cedrini usus in libris 24.
Cenchreae 120.
census 387.

Centauri pag. 399.
Centimani 400.
centumviri 149. Conf. Plin. Ep. II. 14.
centum linguae vel *ora si mihi sint*, poëtarum frequens locutio 87. — *centum* pro formula 69.
centum tauri 146.
Cerberus, tergeminus canis 399.
Cerealia 323.
Ceres hominibus frumenta dedit 292. — Iasiona amavit 180.
certa fides 366.
cessare 288.
Ceyx 441.
Charybdis Zanclaea 452.
Chimaera 399. 193.
choriambi in fine pentametri 62. 276.
Chryseïs 190. Cf. *Agamemno*.
Cicero et eius filius studiorum caussa Athenas profecti 55.
cinis et *cineres* defunctorum 260.
cineres combustorum odoribus miscebantur 258.
Cinna, poëta 203.
Circe et Calypso Ulixen amant 191.
circus 412. 177. — circenses ludi 177.
circumlocutio per verbum *posse* 274. 164.
circumspicere, curare, parare 31.
citra scelus 494.
civica corona supra fores Augusti suspensa erat 236.
civiliter 297.
clamor supremus 254.
Clarius poëta, Antimachus 32. 91.
claudere oculos 254.
clypeum post vulnera sumere 66.
coelum 465.
coelum et *aurae* 295.
cogere, constringere 309.
cognoscere culpam 150.
Colchi, gens. *Colchis*, Medea 162.
colligere 85.
color, excusatio 117.
color niger tristitiae, *albus* laetitiae 25. 468. 469.
comitare modo agendi 113. 291. 464.
comites pag. 85.
commerere 74.
commodare aurem 515.
communis 377.
complorare 74.
compositor 187.
conciliare 316. 388.
concipere 241.
conclamare 74.
concordia discors 505. 494.
condere, componere 185. — *condere oculos* 254.
confessus 77.
confugium 476.
confusus 272. 243.
coniunctivi prima persona singularis etiam constituentis et agentis 26. 70.
conscendere 49.
consecratio 82.
consecutio temporum apud Nasonem liberior 147. 497.
considere 54.
consistere 500.
conspicere et *conspicuus* 152.
constans in levitate 494. 505.
constructio mutata 506.
consumere tempus 520. Cf. IV, 10, 114.
copula canum 498.
Corinna 422.
Corinthus 130. Vid. *Isthmus*.
Cornelii Balbi theatrum 326.
Cornificius, poëta 203.
cornua librorum 23. — *cornua mali* 58. — *cornua sumere* 411.
corona et serta in sacris usitata 468.
Corona, sidus 459.
corpus 223. — *corpus imperii* 169. *corpora* in uno homine 49. 296. 370.
cortex 262.
corytus 483.
Cos insula 91. — *Cous*, Philetas poëta ibid.
cothurnus 226.
Creüsa 191.
Croesus 290.

cultus adulter pag. 218.
cupidineus 423.
cupressi usus in funeribus 331.
cura 396. — *cura de re* 319. 367.
currere cum accus. 487.
currus pro navi 78.
cursus 130.
custos Erymanthidos Ursae 75.
Cyaneae insulae 125.
Cyclades 130.
Cyclops Euripidis 197.
Cygneae plumae 401.
Cynosura, sidus 365. — a Phoenicibus observata ibid.
Cyzicus 124. Vid. *Icarus*.

Daedalus 263. 293. Vid. *Icarus*.
Da mihi formula 31.
Danaë 194. — Danaës nurus ibid. — Danaë, tragoedia ibid.
Danaides 241.
Danubius et Ister idem fluvius 161.
Dardanus et *Dardanius* 500. — Dardanus 275. — *Dardana Troia* ibid. — Dardania, urbs 124. — Dardania, regio 275. — *Dardanius senex*, Priamus ibid. — Dardania ibid.
dare verba 155. — *dare vulnus* 445. 484.
Darius Codomannus ab Alexandro honorifice sepultus 276.
dat. cum pass. 129. — dativi pluralis forma Graeca 473.
debilis 263.
december fumosus 216.
decipere laborem 341. Cf. IV, 10, 114.
decolor Indus 457. — *decolor sanguine* 360.
decretum Principis 154.
decumanus fluctus 50.
deducere 340. 343. — *deducere carmen* 30.
deficere 250. 251. — *defici* 197. — *deficere* cum dat. 520.
degenerare cum accus. 404.
degravare 458.
Deïanira pag. 156.
delamentari 466.
deliciae 146.
Delphi 407.
Delus 130.
demadere 466.
demissi et *promissi* capilli 359.
demto fine 311.
deploratus 67.
depositus 253.
destringere 228.
detinere 221.
detrectare 185.
dexter 461. 471.
Diana pharetrata dea 383. Vid. *Trivia*. — Dianae cultus in Taurica peninsula 383.
di bene, di melius 49.
dicta 333. 256.
Didonis et Aeneae amor 223.
dies masc. et femin. 82.
diffusus 272. Conf. *remissus*.
digitis loqui 209.
dignus cum gen. et abl. 372.
dimittere et *demittere lacrimas* 104.
Dionysopolis 127.
diphthongi corripiuntur 320.
discedere a patria 72. 89.
districtus 211.
di tutelares Romae in Palatino templa habebant 34.
diversus 64. — *diversus orbis* 364 — *diversae viae* 245.
doctus de qualibet arte dicitur 284.
Dodona 407.
dolere cum duplici casu 49.
Dolon 265.
domina 467.
dominus, leno 182. — dominus libri 98.
drama Satyricum 197. 198.
Drusus (Cl. Nero) 168. 355. 359.
dubius cum gen. 251. — *dubius pater* 187.
ducere carmina, versus 132. 516.
ducere literas 335.
dulcis 285.

Dulichium, insula pag. 88. — *Dulichius*, Ulixes 88. 343. — *Dulichia*, quae Ulixis sunt 88. 343.
duplices formae, et Graecae et Latinae, Nasoni usitatae 128.
duo carmina in Mss. in unum coniuncta 390.
dux et comes 430.

E imperativi secundae coniugationis corripitur 29. — *e* antiqua abl. forma tertiae declinationis pro *i* 446.
e scopulis nati dicuntur duri homines 106. — *ex aequo, ex difficili*, et similia 528.
eburnus adiect. 191. 364.
ecquid ubi 254.
Echion 474. — *Echioniae arces* ibid.
edictum Principis 154.
Edona iuga 344.
Eetion, pater Andromachae 368. 473.
efferri et *ferri* in funere 73.
egressus Istri 161. Vid. *Ister*.
eheu priorem corripit 485.
eiectus de exsule 161.
eius apud poëtas 265.
ἐκφέρειν in funere 73.
Electra 192. Conf. *Orestes*.
ἕλεον ἔχειν 113.
Elephantis 200.
elephantus 392.
clisiones nostris auribus durae a veteribus non vitatae 164.
eloquium 115.
Elpenor 263.
Emathia 275. — *Emathius dux*, Alexander ibid.
ematurescere 153.
emerere 408. — *emeriti anni* 404.
Endymion. Vid. *Luna*.
Ennius 201. 284. 301.
Eous 44.
epistolam solvere 444. — epistolarum claudendarum ratio 398. — epistolarum exordium 482.
epizeuxis pag. 272.
equi in ludis Olymp. coronati 427. — in triumpho Rom. coronati 160.
equites equo publico donabantur 148.
equites laticlavii et *angusticlavii* 417.
eradere 409.
ergo 406. 244. 251. 356. — *ergo* posteriorem corripit 37.
Erichthonius 178.
errare et *oberrare* 269.
Erymanthus 76. — Erymanthis Ursa, sidus 76. 131. 268. 454. Vid. *Arctus*.
Erinnyes 384.
est omittitur 384. — *est aliquid* 51. — *este admoniti* 408. — *est, ut* 402. — *est sitque* formula 119. — *esse* cum adverbio 514. 402. — *sim* omittitur 251. — *sit tibi terra levis*, sepultis bene precandi formula 259. 459.
et eleganter repetitum 368. — *et* pro nam 395. — *et* post imperativum 375. — *et—que* 290. — *et* secundo et tertio loco positum 280. 290. 469. — singularis huius particulae positio 483. — *et* pro et tamen 489. — *et nullus, et nihil* 515. 525.
Eteocles et Polynices 183. 195. 472.
Euboicae aquae 36. 487. Vid. *Caphareus*.
Eubius, poëta 199.
Eumedes, Troianus 265.
Eurus 48.
Euryali et Nisi amicitia 83. 113. 464.
Euxinus, non addito Ponto 163. — *Euxinus* quid significet 332.
Evadne 457. 527. — *Iphias* 527.
evincere locum 125.
evigilare librum 40.
evolvere librum 181.
exaestuare 442.
excidit ingenium 32.
exscreare ante fores 210. 211.

excussus pag. 36.
exigere annos 267. — *exactus* 384.
exiguus 202.
exilis 57.
eximi notae censoriae 224.
exponere 403.
explere dolorem 369.
exsequiae 103.
exspectare an et *ut* 34.
exsul 23. — exsulandi triplex modus 154.
exululare 345.

Fabula 423.
facere 295. 128. — *facere cum aliquo* 346. — *facere literam* 129. *facere* in periphrasi 277. — *facerent* (di), *possem* et *ut possem* 33. 257. — *factum* 156.
falli 166. — *fallor, an* 61. — *falsus amor* 185. — *fallere diem* IV, 10, 114.
famae pars et gradus 328.
fame posteriori producta 92.
fasces 479.
Fasti Ovidii Augusto et Germanico sacrati 225. 226. — quot Fastos Ov. scripserit ibid. — Fasti Romani 225.
fasve piumve 58.
fateri iram 222.
fatigare 442.
fatiscere 120.
fatum 286.
favere lingua, et similia 468.
Favonius 48.
felix 223.
feminae, quae obscoena carmina composuerunt 200.
feminarum nomina 204.
feralia munera 259.
fere 343.
ferre 496. — *ferre et referre* 97. — *ferri* 30. 105. 522.
feriae vernae 323.
fervidus 310.
fibrae 115.
fides vera 338.
Fidus Cornelius Ovidii gener p. 433.
Figere varie construitur 358.
filum orationis 30.
findere iter 126. — *findere* et *scindere aquam, mare* 102.
fingere 212.
flebilis umbra 263.
Floralia 323.
fluviis sive fluviorum diis cornua tribuuntur 360.
focus exstinctus in luctu 67. — *focus* pro domo 509.
fodere aquam 326.
foret et *esset* 81.
forma bonum fragile 289.
formicae terunt calles 480.
formula in sepulcris: *vixerunt sine quaerela* 390.
forsitan cum indic. et coniunct. 140.
fortasse cum indic. 354.
fortuna 84. 151. 450. — Fortuna dea 494. — inconstans 494. — Fortunae imago 492.
forum Augusti 233. — forum Caesaris ibid. — fora urbis Romae 325. — *forum verbosum* 415. — *fora* de uno foro 234. — *forum Stygium* 426.
fragilis 402.
fremitus 362.
fronde, floribus et sertis templa, domus, arae in solemnibus ornabantur 354.
frons libri 23. 111. — *frons severa* 170.
fucare colorem 215.
fuco velare 24.
fuga 68.
fugere ibid. — fugere a patria 89. 72.
fulmina 111. — fulmina Augusti 261.
funus 64. 73. 101.
Furiae 384.
furta de turpibus amoribus 171. 186. 202.
futuri usus in affectu 253. — singularis futuri usus 360.

Gaetuli leones pag. 391.
Gallus, poëta 207. 208. 421.
Ganges 456.
Ganymedes 197. — Ganymedes, tragoedia ibid.
garrula bella 323.
gelidus timor 77.
Geloni pharetrati 428. Vid. *Getae.*
gemere 317.
geminus 317.
genialis 331.
genitalis dies 331.
genitivus cum adiectivis 274. — genitivus secundae declinationis in *ii* et *i* 165.
gentile pro possessivo 167. 76.
Germania fera 353. — *rebellatrix* 328. — Germaniae bellum a Tiberio administratum 168. 328. 353. — Germaniae victae imago 361.
Germanicus Caesar 360. — eius uxor 355.
Geryon 399.
Getae 120. 248. 298. 303. — Getarum sedes 162. 323. — equis vehuntur 483. — barbam non resecant 484. — *Marticolae* 456. — *pharetrati* 428. — *pellibus tecti* 504. Vid. *Scythae* et *Sarmatae.*
Geticum 517. Vid. *Illyricum.*
Gigantes 400. — *serpentipedes* ibid. *Gigantes* et *Gigantas* in acc. pl. 184. — Giganteum bellum 146.
gladiatores 394.
Gorgones 398.
gracilis 425. 480.
Graecus et *Graius* 327. 451.
grandes literae 258.
grassari in tesserarum ludo 213.
gravis 201.
gremio eiicere librum 34.
Gyas centimanus 400.

Habere 296. — *habere*, aestimare 115. — *habere crimen* 378. — *habere iratos deos* 345. — *habeo mandare* 42.
Hadria pag. 130.
Haedi nimbosi 131.
Haemon 195.
Haomonia 315. — *Haemonii equi*, i. Achillis 314. — *Haemonia lyra*, i. Achillis 341.
haerere alicui 124. 266. 367.
Halcyone 441.
Harpyae 400.
Hector ab Achille occisus et raptatus 314. 368. 463. — Hectoris corpus Priamo ab Achille redditur 275. — Hectoris uxor. Vid. *Andromacha.* — Hectoris urbs 122. *Hectorea gens* 122. — *Hectorei amnes* 122.
hedera Baccho sacra 97. — hedera coronantur poëtae ibid. — *hederae cultores*, poëtae 455.
hedyphagetica 216.
hei mihi, quod 22.
Heinsius affectuum et coniunctivi amator 248. 293. 33. Vid. Praef. pag. I. seqq.
Helice, sidus 365.
Helicon 346. 430.
Helle 120. 124. 321. — *Helles mare* pro Hellesponto 121.
Hellespontus 328. — Hellesponti latitudo 124.
Hemitheon, poëta 199.
Heraclea 121.
Hercules 196. — Iunonis gener 276. — uxor eius, Iole 196.
Hermione 193. — Hermione, tragoedia 193.
heros 468. 473.
herous non addito pede 420.
Hesperius 411.
hexametri et pentametri circumlocutiones Ovidianae 166.
hic 114.
hiemis imago 304. — hiemis Tomitanae descriptio 306.
Hippocrene 287.
Hippodamia 193.
Hippolytus 192.

Hippomenes pag. 193.
hirsutus 173.
hirundo in domibus nidum ponit 322.
historia 199. 205.
Homerus 189. 190. 94. 39. 415.
Horatius 420. — doctrinae caussa Athenas profectus 55. — *numerosus* 420. Vid. *Ausonia lyra.*
Hortensius, orator et poëta 205.
horti, villae 134.
hospes gen. fem. 300.
Hyades vel Suculae, sidus 131.
Hybla, mons 480. 519.
Hylas 196.
Hymettus 465.—Hymettium mel ibid.
hyperbole quaedam poëtis frequens 87.
Hypermnestra 241.
Hyrtacides. Vid. *Nisus.*

iacere 374. 229. 238. — *iacere sub pedibus* 103. 488.
iactare 292. — *iactari terris et undis* 246. — *iactatus* 368.
iam 65.
ἰαμβίζειν 420.
iambus 420.
Ianus ab Augusto clausus 238.
Iasius et Iasion 179. 180. — a Cerere amatus ibid.
Iason 191. 299.
Iazyges 162. — trisyllab. ibid.
Icarus 37. 263. — Icaria insula 264. — Icarium mare 264. 447.
Icarius 94. 473.
ignis 197. 224. 287. 419. — *ignis* in abl. *igne* et *igni.*
ignotus 292.
Ilia vel Rhea Silvia a Marte mater facta 173. — Iliades Remus 366. — *Iliades puer,* Ganymedes 197.
Ilus. *Iliades puer,* Ganymedes 197.
Iliadis argumentum 189. 190.
ille 412. 489. — *ille—ille* 129.
illi pro illic 26.
Illyricum et *Illyrica* 79. — *Illyris ora* 167.
imagines in annulis pag. 96.
imber 64. 246.
Imbros 122.
imbuere 317.
immadere 466.
immanis 185.
impelli 111.
imperceptus 84.
impercussus 84.
imperfecti usus quidam 338. 471.
imperfossus 84.
imperiuratus 84.
imperturbatus 84.
implere 374. — *implere* et *complere* 158.
imponere modum 329.
imprudens 151.
in cum abl. ubi etiam dat. vel *in* cum acc. locum habet 278. — *in* duplici potestate 403. — *in* finem declarat 397. 486. — *in* omittitur 266. — *in lucro est* formula 70. — *in ore esse* 335. — *in numerum* 339.
inambitiosus 84.
inattenuatus 84.
incertus cum genitivo 251.
incessere dictis 315.
incommendatus 84.
inconsolabilis 84.
inconsumtus 84.
incorrectus 334. 84.
incruentatus 84.
incudi carmen reddere et *auferre* 100.
incultus 23.
Inda bellua, elephas 392. — *Indus decolor* 457.
indeclinatus 389. 84.
indeiectus 84.
indelibatus 84.
indeploratus 254. 84.
indesertus 84.
indestrictus 84.
indevitatus 84.
indignari 428.
indignus 64.

indocilis pag. 322. 339.
inductio a rebus, quae fieri nequeunt 102.
inexcusabilis 84.
inexperrectus 84.
inficere comas 401.
infrondis 84.
infundere aliquid aliqua re 228.
ingeniosus 177. 438.
ingenuus 90. — *ingenuae artes* 115. 415.
inglorius 267.
inhonestare et *inhonestamentum* 403.
iniicere manum 289.
iniustum ius, iniusta iusta 505.
innocua causa 175.
inobrutus 84.
inoffensus 266.
inscriptiones Nasonis 258.
inscriptiones sepulcrales veterum poëtarum 259.
insigne navis 118.
insignis ab arte 414.
insolidus 84.
insomnia 296.
inspicere 84. — *inspicere ius* et similia 149.
instita 170.
instrumenta libri 23. 25.
intendere varie construitur 338.
inter in eadem sententia duplici significatione 228. Vid. *in*.
inter praepositionem et nomen verbum interponitur 403.
intra et *infra fortunam* 265.
intumulatus 84.
invehi 456.
invidia 430.
Io 179.
io triumphe, cantus formula in triumpho 357. 362.
Iobates, tragoedia 193.
iocari 437.
iocosus 200.
iocus 231.
Iole 196.
Ionium mare p. 76. 179. — Quantitas huius nominis 76.
Iphigenia 83. 383. — quo Dianae simularum e Taurica terra transtulerit 385.
Iphis 527.
ipse 279. 440. — *ipse meus, suus, tuus* 99. 136.
ira an *irae* 295.
ire 155. — *ire exemplis alicuius* 159. 457. — *ire per exempla* 159. 457. — *ire per titulum* 499. — *itque reditque* 483.
irresolutus 84.
irrumpere 180. 443.
Irus 290.
Isis 179.
iste 114.
Ister fluvius 114. 161. 305. 306. 437. 482. — *Ister septemplex* 161.
isthmus Corinthius 130. — *bimaris* ibid.
it syllaba in arsi producitur 336. 528.
ita 60. 61. 280.
Ithaca 89.
Itys 191.
iucunda voluptas 280.
iungere crimen, venerem, amorem 217. 342.
Iuno Iovis coniux et soror 178. — *Saturnia* 44. 179. — cur Troianis infensa fuerit 44. — Iunonis pellices 178. — gener, Hercules 276.
Iupiter quas matres fecerit 178. — *Iovis ignes* 63. — Iovis et Iunonis templa in Capitolino 177. — Iovis Statoris templum Romae 234. 235. — *Iupiter*, Augustus 79. 166. 378. — Vid. *Gigantes*.
iurare per caput alicuius 466.
iusta unda 493. — *iusta exsequalia* 424.
iuvare 296.
iuvenilia carmina 435.
iuveniliter 152.

D. Laberius 217.

labentes oculi pag. 253. — *lapsae res* 449.
Lachesis 505.
Laertius heros. Vid. *Ulixes.*
Laïs 200.
Lampsacus 124.
languidus 404.
Laodamia 527. 94.
Lares 65. 67. — *Larem ponere* 127. — *Laribus arma ponere* 405.
Latium et *Latius* 164.
Latmius heros, Endymion 180.
Latona et *Latonia stirps* 244. — *Latous, Latonius* et *Letous* 244.
latrare 210.
latus clavus 416. 417.
Laodamia 94.
laurea corona triumphantium 363. — laureati milites in triumpho 362. — lauri ante domum Augusti 236. — laurus Apollini sacra 362. — *laurus Phoebea* et *Phoebea virgo* ibid.
Leandri et Herus amores 308.
lectulus lucubratorius 144.
legere 297. 321.
Lemnus 441.
lenis hosti, in hoste et *in hostem* 448.
lentus 220. 340. 350. 391.
leones ad currum iuncti 392. — leonis magnanimitas 274.
Lesbia et *Lesbia vates,* Sappho, 288.
Lesbia Catulli 202.
Lethe 346. — *Lethaeis aquis mergere* 105. — *dare* 408.
Leucadia 237. — *Leucadius deus,* Apollo ibid. — mirus ibi mos 453.
levare dolorem 393. — *sitim* 404.
librorum apud Romanos forma et ratio 23. — *libellus* 100. 225.
Liber, Bacchus 194. 458.
Liberalia 454.
libum 331.
Libya 64.
licebit 522.
lima in scribendo 100.
liquidum iter 121.
literas claudendi ratio pag. 398.
litera 129. — literae a sequentis verbi initio a librariis repetitae 145.
liturae literarum lacrimis factae 232.
litus arare 467.
Livia, tertia Augusti uxor, femina Princeps 94. Vid. *Augustus.*
livor 210.
loqui digitis 207. — *magna* 457. — *mala* 505. — *loquens supercilium* 209. — *loquax vultus* et similia 209.
lotos 343. — *lothophagi* ibid.
lubrica testa, glacies 307.
Lucifer 414. 70. — *albus* 277. — Luciferi equi et currus 70.
Lucretius 201. Lucretiani carminis ad initium alludit Naso 173. Cf. 201.
Lucullus bibliothecam publicam aperuit 200.
ludi Romanorum in Campo 324. 325. — saeculares 144.
ludere, de carmine componendo 117. 435. — *ludere carina* 184.
lugubria 364.
lumen vitale 499.
Lunae currus et equi tribuuntur 65. — Luna Endymionem amavit 180.
lupi et *lupata* 391.
luridi, qui veneno interfecti 483.
lusor, mollium versiculorum compositor 117. — *lusor amoris* 437.
lustrare 349.
lustrum 406. 424.
lusus equorum in Campo 324.
lusus verborum 26.
lux 255.
Lyaeus 194.
Lycoris Galli 205. Vid. *Gallus.*
Lycaonius axis 76. 244.
Lyde Antymachi poëtae 91.
Lycurgus *bipennifer* 459.
lyra Ausonia 420. — Achillis 341.
Lyrnessus 341. — Lyrnessis, Briseis, ibid.

Macer (Aemilius), poëta p. 419. — diversus C. Lic. Macro ibid.
Machaon 477.
Maenalus 312. — *Maenalis Ursa,* Callisto, 76. 312.
Maeonia 32. — *Maeonides, Maeonius, Maeonius vates,* Homerus 94. 32. 191. 415. — *Maeonis,* Arachne 32.
Maeotica palus 321. — *Maeotis hiems* 320. — *Maeotis* prima correpta ibid.
magis 274. 445. — *magis,* potius 57.
mala loqui, ingerere 505.
male 330. 331. — *male fidus* 93.
malignus 431.
manare cum abl. loci sine praepositione 246.
mando, dicas 41. Conf. 33. 257.
manum iniicere 289. — *manum ad coelum tollere* et *tendere* 132. — *manus victas dare* 72.
Marcelli theatrum 326.
Marcia 95.
Marcus et *Marcius* 71.
mare impiis infestum 493.
Martis vultus 484. — *Campus* 438. — Martis ultoris templum Romae 178. — *Martia Roma* 291. — Martis et Veneris amor 191. — *Marticola Geta* 456.
marmor Numidicum, Aegyptium, al. 240. 241.
materia 273.
Mattius (Cn.) 217.
mea caussa, qui 86. 148.
Medea 292. 298—302. 191. — Medea opus Timomachi 222. — tragoedia 191. — Ovidii 226.
medius 304. — *media plebs* 187.
medulla 81.
Medusa 398.
Megalesia 141. 323.
μελανεῖ πόντος 76.
Meleager 99.
Memmius (Calus), orator et poëta 202.
Menander pag. 189.
Menoetiades, Patroclus, 465. 112.
meretrices ubique prostant 181. — meretricibus nullus vittarum et institarum usus 170.
meri usus in languentibus 127.
meritum 225. — *meritus* 355.
Merops 265.
Mesembria 127.
μετὰ πόλεμον μηχανάς 66.
Metamorphoses Ovidii 41. 99. 334.
metaphorae a re bellica 323.
Metella 204.
Meterei, gens 162.
Mettus Suffetius 71. — *Mettus, Metus* et *Metius* ibid.
meus—noster 147. 521.
mica 331.
Miletus 198. 298. — *Miletis* adiectivi forma Nasoni solemnis 127. 167. — *Miletis urbs,* Tomi, 127. 298. 504. — Milesiaca carmina 198.
mille pro magno numero 69.
mimi 217.
Minerva sine matre creata 334. — cur Troianis infesta fuerit 44. — *flava* 118. — *bellatrix* 90. 299. 414. Vid. *Pallas.* — Festum Minervae Romae 414.
minas incutere et similia 134.
minium 24.
Minotaurus 195. 400.
Minyae 300.
miseris pietas est 113.
missus 364.
modus, forma, species. — *modis soluta verba* 416.
moestus dolor 280. 368.
mollis, lascivus 181. 516. — *molle cor* 423. — *molliter esse* 402.
monosyllaba cumulata 33.
mora 69. — *nec mora* formula 70.
morari 221.
morientis supremum spiritum cognati ore excipiebant 370.
mos mulierum inter lanificium ca-

nendi pag. 340. — mores distare debent a scriptis 117.
movere 422. — *moveri* 323.
Mulciber 44.
mundus 386.
murmure fremere 47.
Musae 99. 139. 421. — filiae Iovis et Mnemosynes 244. — *Aoniae sorores* 418. — *sorores* 139. 343. 514. — *Pierides* 244. 285. 410. 439. 487. — in Helicone habitant 346. 430. — *Pieridum mora* 439.
mutare merces 55. — *mutari in locum* 452.
Mycenae 36. — *Mycenaeus dux*, Agamemno 193.

Nancisci 122.
Naso an *Ovidius* 433.
navita 77.
naumachia ab Augusto data 225.
nebulae 471.
nec, singularis huius particulae usus 22. — *nec enim* 22. — *nec* et *neu* apud imperat. 25. — *nec —et* 516. — *nec mora* formula 70. — *neque — et, neque — que* 186.
Nemesis 492.
nemo unus 488.
nempe 264. 290. 475.
Neptunus Ulixen odit 318. 45.
nequitia, lascivia 176.
Neritus mons 88. — *dux Neritius*, Ulixes ibid.
Nestoris aetas 475.
neve et *neu* non praecedente negatione 43.
Nicander 91.
Nico 200.
nigrescere 76.
niger color signum tristitiae 347.
Nilus iocosus 56. — *papyrifer* 307. — *septemplex* 161.
Niobe 441. 511.
nisi non praecedente negatione 502. — *nisi si* 372.
Nisus pag. 83. 113. Vid. *Euryalus*.
nobilis, famosus 192.
nomen 298.
nomina ficta amicarum apud poëtas Latinos et Graecos 422.
nominativus cum infinit. 42. 138. 371. 406. 424.
nomine Pontus et *Ponti* 332.
non bene 366.
non est 269.
non minus 151.
non suus 264.
noster pro nostri 409.
nota 258.
notare 24. 224. 272.
Notus, ventus 48.
novare 501.
novus 296.
nox apud poëtas currum et equos habet 68.
nubilus 455.
num minus 55.
Numae regia 234. 235.
numerus 339. — *numeris suis carere* 108. — Conf. 519.
nurus 355.
nutus loquax 209.

O a vocativo separatum 464. — *o* verborum correptum 467. 515. — *o bene* 49.
obiecta, quae dicuntur, varia eiusdem verbi 466.
obortae lacrimae 73.
obustus 451.
occidere 54.
oceanus 75.
Octaviana bibliotheca 200.
oculus loquax 209.
Odessos 127.
Oedipus 40. 400.
Odysseae argumentum 190.
officium 270. — *officium quietum* 512.
ὀξύμωρον 76. 260.
olei usus in ludis et exercitationibus 324.

olores in morte canere dicuntur pag. 435.
Olympias 426.
Olympici ludi 426.
Olympionicis propriae coronae oleaginae 404.
ὁμοιοτέλευτα apud veteres poëtas 522.
ὁμοίως μὲν, ὁμοίως δέ 340.
Ophrynium 122.
Ops, dea 141. — *turrigera* ibid.
orbis diversus 335.
Orestis et Pyladis amicitia 83. 112. 192. 383. 384. 478. Vid. *Iphigenia.* Orestes, tragoedia 192. — in genitivo *Orestae* et *Orestis* 112.
Orpheus et Eurydice 341. — Orpheus a Maenadibus dilaceratur ibid.
os, audacia 40.
oscines 115.
ossa male cubent, et similia 459.
ostrum 358.
otia, carmina in otio composita 100. 167.
Ovidius quando natus sit 5. 413. — Ovidii patria Sulmo 413. — Ovidius natu minor Propertio et Tibullo 211. — Ovidii dignitas equestris 151. 356. 413. — Ovidii praeceptores 415. — Ovidius Athenas et in Asiam proficiscitur 55. 56. — triumvir et centumvir fuit 149. 417. — otiosam egit vitam 455. — Ovidii mores ab Artis praeceptis diversi 245. 422. — Ovidius duorum criminum caussa, quorum alterum incognitum est, ab Augusto relegatus 28. 59. 342. 23. — Ovidii filia et uxores tres 95. 424. 432. — Ovidii privigna 470. — frater 415. — gener 433. domus, horti, praedia 65. 152. 134. 402. — nobiles amicitiae 433. — iter in exsilium 245. 342. — Ovidius Tomis mortuus est 303. — Ovidii epitaphium 258. — carmina p. 39. — Ars amatoria quando composita 117. 225. — Ars amatoria saltata in theatris 220. — libri post exsilium eius non e bibliothecis eiecti 242. — acumina 232. 319. — Ovidius adiectiva novavit 84. 423. — verba novavit 77. 311. 466. — alludit 174. 223. 227. — fabulas mutat 191. — Tibulli verbis utitur 208. — Ovidio solemnis adiectivi forma 127. 519. — solemnis epizeuxis 272. — aliae locutiones 136. 38. 140. 363. — periphrases 528. 196. 274.

Pacuvius 188.
Paestum 447.
Palatium 235. 354. — Palatina bibliotheca 200.
Palinurus 477.
Palladium 234.
Pallas Graecum nomen Minervae 334. — *Palladium numen* 44. — *Pallas* pro oleo olivae 387.
palma 218. 404.
pandi delphines 308.
Pannonia 167. — Pannonicum bellum ibid.
papyrifer amnis, Nilus, 307.
papyrus 307.
par, idem 524.
παράσημον navis 118.
Parcae, dominae fati 520. 286. 455. — *sorores* dictae 139.
parce cum infinitivo pro imper. 255.
parens libri 99. 242.
pariter pariter 340.
Parrhasis 68. — *Parrhasis Arctos* 76. 68. — *Parrhasia virgo* 162.
pars hominis, de qua nunc agitur, pro homine 33. — *pars mei* 50. 417.
Parthi equis militabant et sagittis metuendi erant 168. — ab Augusto pacati ibid.
participium pro pron. demonstrativo 446. 272.

Pasiphaë pag. 400.
pater de philosophis 257.
pathici libelli 199.
patientia 393.
patrius 283.
Patrocli et Achillis amicitia 112. 465. Vid. *Actorides* et *Menoetiades*.
parvus 151.
Paxamus 200.
pectus 228. 279. 510. — pectus feriendi mos apud veteres in luctu 71. — *pectus habet silices* et similia 106. — *pectora* pro hominibus 69.
Pegasus 287. — *Pegasides undae* 287.
Pelasgus, Protesilaus 196.
Pelias 195. 474. — *Peliae gener*, Admetus 195.
Peligni 413.
Pelops 191. — *Pelopeïa virgo*, Iphigenia 383. — Peloponnesus 191.
Penates 67. Vid. *Lares*.
pendere in, a, de et *ex* 166.
Penelope 94. 473. — *Penelopeïa fides* 527.
penetrale 39.
pensum 340.
Pentheus 459.
per 257. — *per causam, per speciem*, et similia 209.
perfectum cum potestate consuetudinis 264. — perf. pro plusquamperfecto 150. 446. — perfecti usus singularis 301.
perfungi malis 470.
periphrasis 196. 528. 257. 274.
Perilla 283.
Perillus 316. 514. 440.
perire 54.
perlegere 297.
Perseus 193. 194.
Persis 456. — *Persica bracca* 504.
persona sive homo pro re, quae hominis est 473.
perurere 245.
Phaëthon 265. 373.
Phalaris 440. 315.
Philaenis pag. 200.
Philetas 91.
Philoctetes 441. 445.
Phocaeus et *Phoceus* 83. 384. Vid. *Pylades*.
Phoebas 193.
Phoebea laurus 362.
φώσφορος 70.
Phthia 369. Conf. *Haemonius*.
Phylace 527. — *Phylaceïa coniux*, Laodamia 527.
Phyllis Virgilii 224.
Pierides 244. 285. 410. 439. 487.
pignora 312.
pila 324. — pilarum ludi diversi 215.
pinguis flamma 469.
Pirithous 82. Vid. *Theseus*.
Pisa 426. — *Pisaea oliva* ibid. — — *Pisaea*, Hippodamia 193.
Pisces, sidus 397.
placabilis cum genit. 274.
placidus 106.
Plaustrum, sidus 365.
Pleïades 131.
pluralis nominum pro singulari 439. 445. 234. 256. — pluralis verbi ubi e nostra dicendi consuetudine singularis ponitur 425. 43.
plus parte 250. 503. — *plurimus* IV, 10, 28.
plusquamperfecti singularis usus 36. 183. 313. 379.
Pluto 113.
Podalirius 477.
Poeantius, Philoctetes, 441. 445.
Poeni leones 391.
poëtae a carminibus immortalitatem nominis exspectant 431. — Baccho sacri 345. — Musarum sacerdotes 244. 289. — poëtae divino spiritu afflantur 287. 345. Conf. Cic. Tuscul. I. c. 26. §. 64. — in affectu de rebus praeteritis saepe loquuntur, quasi hoc tempore adhuc fierent 347. — de poëtis Augusti aetatis varia aequalium iudicia 461.

polus meridionalis pag. 428.
Polynices et Eteocles 183. 195.
pompa funebris 436.
Pompeii theatrum 326.
ponere annos 403. — *instrumenta artis* 405. — *urbem* 299. — *positus* 331. — Vid. *depositus*.
Ponticus, poëta 420.
Pontus *Euxinus* et *Axenus* 382. — *Ponti litora saeva* et *laeva* 347.
portae domorum apud veteres Romanos spoliis ornabantur 235.
porticus Octaviae 242. — porticus templi Apollinis Palatini statuis ornata 241. — porticus publicae urbis Romae 177. — Porticus veterum signis et imaginibus ornatae ibid.
Porus ab Alexandro maiore regno donatus 276.
positio adiectivi, quod ad duo nomina refertur 313. 332. 85. — positio praepositionis 453. — positio singularis adverbiorum 182. 328. Cf. 40. 520.
potens 261. 238.
prae in compositis corripitur 320.
praeconium 411. 435.
praeconsumtus 394. 84.
praelustris 261. 84.
praemonere, quod 436.
praenubilus 261. 84.
praepedire 66.
praepes 115.
praepositio inter nomen quod regit et genitivum, qui ab eo pendet 110. 121. — primo loco omittitur.
praesens 317.
praesens tempus pro futuro 395.
praesignis 261. 84.
praestare se et *praebere se* 159.
praeteritus pudor 197.
praetexta 479. — quando poneretur 416.
praetores ludos edebant 219.
premere 305. — *premi iugo* 391.
Priamus pag. 440. — L natos habuit 511. — Achillem petiit, ut corpus sibi Hectoris redderet 275. — *Dardanius senex* 275.
Priapus 124.
prior 93.
processus 114.
procumbere 260.
procudere 392.
profectus 114.
profugus 68.
Progne 191. 322. — *Progne* an *Procne* 441.
proiectus 271. 435.
pronomina in accus. cum inf. omittuntur 346. 497. 499. 277.
pronomen possessivum pro pronomine substantivo 154.
Propertius 211. 419. 421. 436. — *ignes* Propertii 419.
proterva verba 478.
Propontis 328. Conf. 124.
Protesilaus 94. 196. 527.
protrahere 270.
provenire de carminibus 31.
proverbiales locutiones 481. 528.
publicus reus 28. — *publica ora* 104. — *publica carmina* 437. — *publica res* 378.
pulpita 220.
pulsare 478. — *pulsare aëra* 447.
pumex 23. 25.
purpura Sidonia 358.
Pylades et Orestes 83. 112. 384. 465.
Pylus 475. — *Pylii dies* ibid.
Pyrrhus, et Pyrrhi parens 196.
Pythagoras 256. 257. — docebat μετεμψύχωσιν ibid.

qua 270. 292. *qua patet orbis* 411.
quadriiugi equi et *quadriiuges* 362.
qualiscunque 337.
quam, quantum 117.
quamlibet 112.
quamvis cum indic. 41. 286. 344. 429. 483.
quandocunque 328.

quassus et *quassatus* pag. 43.
quatenus 470.
que 443. — *que* et *et* saepe cum potestate explicandi 363. — *que* —*et* 493. — *que* secundo, tertio et quarto adeo loco positum 260. 348. 356.
queri aliquid 480. — *cum aliquo* 297.
quinquatrua 323. 414.
Quintus et *Quintius* 71.
quiris 229. — Quirinus; urbs Quirini i. e. Roma 66. 106.
quisquis cum 2. persona verbi 318.
quod et *quia* 507.
quoque, de huius particulae vi ac positione 40. 520. Conf. 182. 328.

Raetia 167.
rapere 78.
receptum canere 412.
recitare 350.
recitationes novorum librorum 336.
recolere 61.
recondere 160.
recta mens 175.
rector navis et *currus* 78.
recusare 359.
redardescere 39.
reddere vitam 252.
redundatus 309. Conf. 84. 261.
referre 61. 372. — *in ora* 486.
reformare 39.
regale scriptum de tragoedia 226.
regum vates, poëta tragicus ibid.
relativum post pronomen possessivum 144. — relativi elegans usus 477. — *qui* cum indicat. et coniunct. 419. 351. 507. — *qui sum* et *quis sum* 351. — *quid agis* formula 286. 482. — *quid animi* et *quis animus* 248. — *quid est* 51. 103. — *quid nisi* 105. — *quis vetat* formula 45. — *quod possum*, et similia 255. 363. 367. — *quo nihil inferius* 491.
relegatio et *exsilium* 155.
relegatus pag. 23.
remissos iocos agitare 225. — *remissum opus* 225.
repetere, reminisci 28. 61.
repetitiones verborum 49. 102. 172. 239. 309. 374. 514.
res lapsae et *lapsae res* 85. Cf. 313. 332.
resaevire 39.
rescindere vulnera 312. 318. — *crimina* 318.
rescriptum Principis 154.
resequi 39.
respicere 160.
retractare vulnus 312. 380.
reum agere 108. 311. 343.
reviviscere ab aliqua re 387. 415.
Rhamnusia, Nemesis, 492. — eius statua Rhamnunte ibid.
Rhea Silvia Romulum et Remum peperit 173. Vid. *Ilia*.
Rhenus 361. — *bicorniger* 360.
rigidae 440. Sic *rigidi Catones* Martial. apud Plin. Ep. III. 21.
Roma *urbs Quirini* 66. 106. 235. — *Roma alta* 35. 66. 90. 291. — *Martia* 291. — Romae laus apud poëtas Lat. 90. — VII colles 291.
Romanis qua aetate legitimum inire matrimonium licuerit 423.
Romanum nomen pro Romanis 167.
Romulus et Remus 173. 291. — Romulus Remum occidit 366. — *Romulus* et *Romuleus* 500. — Romulus templum Iov. Statoris posuit 235.
rude donare 405.
rudis 292. — *ad rem, in re* et *rei* 256.
ruina 92. 271. 518.
rumpere opus 225.
ruricola aratrum 391.
rusticus 322.
Rutuli, gens Latii 83.

Sacra et *sacra coelestia*, carminum studium 289. 415.

saeva et *laeva litora Ponti* 347.
sagittae hamatae 309. — *sagittae barbarorum venenatae* 310. 349. 480.
Salpe 200.
saltare carmen 220. — *saltatio* 486.
salvus, satin' salvus? 27.
Samos et *Same* insula maris Ionii 89. — Samos Threicia, Samothracia 122. — Samos ins. Aegaei 256. — *Samius senex,* Pythagoras 256. Conf. p. 32.
sanctus 95.
Sappho 188. 288. — *Lesbia vates* 288.
Sarmatia 163. — *Sarmatis tellus* 57. — *ora* 451. 428. — *Sarmaticus* 257. 489. — *Sarmatae* et *Sauromatae* 163. 148. 303. 326.
Saturnia, Iuno 44. 178. 179. 276.
Saturnus procreavit Venerem 222.
Satyri 458. — *lascivi* ibid.
scena 115.
Schillerus poëta Germanus cupidius Ovidium vituperat 16.
Schoenëia virgo, Atalanta 193.
scilicet 49. 84. 151. 342. 394. 445. 474. 500.
scindere navi aquas 76. 102. 128. 451. — *scindere terram aratro* 392.
Scribonia, altera Augusti uxor, 95.
scrinia librorum 39.
Scylla, Phorci filia 398.
Scylla, Nisi filia 192.
Scyriae, tragoedia 196.
Scythia 69. 244. — Scythae ἀνθρωπόφαγοι et cruorem bibentes 383. — Scytharum fera vox 515. — *Scythicum fretum* 451. Cf. *Sarmatae* et *Getae.*
secundus 93.
securus et *tutus* 157.
sedere 301.
sedes librorum 233.
Semele 194. 373. — Semele, tragoedia 194.
semibos vir, Minotaurus, pag. 400.
sentire 66. 294.
sepeliri in peregrina terra triste veteribus 252.
septem colles Romae 292. 35.
sepulcra ad vias publicas 258.
sertorum usus in conviviis 454.
servabilis 389. 84.
servare in augurio 116.
servi compedibus vincti 339.
Servius Sulpicius Rufus 205.
Sestus 124.
severae frontis scripta 170.
si cum indic. et coniunct. 491. — *si* omittitur 327. 369. — *si* bis vel ter in protasi 527. — *si—seu* et *seu—seu* 57. — *si casu* 248. — *si fas est* 243. — *si qua* et *si quae* 35. — *si quid id est* 413. — *si quis* pro *qui* 100. 513. I, 9, 26. — *si quis* cum 2. persona verbi 311. — *si quisquam* 517.
sic 117. 157. 389. 450.
siderum vis in natalem diem 505.
Sidoniae rates 365. — *S. ostrum* 358.
signa sicca, sidera 365. 410.
silex generis communis 393. — *silicis venae* 106.
simplex pro composito 54. 55.
simplicitas 86.
simul, simul atque 110.
simul nobis 503.
simulacra sive fercula in triumpho portata 356.
singularis et pluralis coniuncti 395. 513. Vid. *transitio.*
singultare 273.
sinister, faustus 115. — infaustus 172.
sinite, feram et *sinite, ut feram* 53. 33. 257.
Sisenna 205. Conf. *Aristides.*
sit tibi terra levis, sepultis bene precandi formula 259.
situs 336. 510.
Smyrna, carmen 203.
socius sanguis 390.

Socrates sapientissimus capitis damnatus est pag. 511. — *Anyti reus* ibid.
sodales 293. — *sodalicia Romanorum* 419.
solida terra 51.
Solis currus 102. 192. — *soles* 495.
sollicitus 346.
solstitium 500.
sorores et *doctae sorores*, Musae 139. 343. Vid. *Musae*.
sors 386.
Sotadium carmen 198.
sparsae comae et *passae* 25.
specula veterum 290.
Sphinx 400.
sta viator 258. — *stare* et *iacere* in rebus laetis et tristibus 111. 524.
Statilii Tauri amphitheatrum 326.
statio publica librorum 243.
Statoris (Iovis) templum 234. 235.
statuae Danai et Danaïdum sive Belidum in porticu Apollinis Palatini 241. — Statua Nemesis Rhamnunte 492.
Sterope, sidus, 131.
Sthenoboea, tragoedia, 193.
stridere 469. — *stridere* secundae et tertiae coniugationis 132.
Strymon nivosus 456.
stringere manum 447.
studiosus 56. 434.
studium, carminum studium 56. 438. 439. 510. 511. 516. — *studia mollia* 90. — *studia theatralia* 325.
Styx 453. — *Stygiae undae* 54. 497. *Stygia aqua mergere* et sim. 389. 54. 453. 497. — *Stygium forum* 426.
sub, in 64. — *sub iugum ducere* 391.
subire, *subire animo* et *subire animum* 61. 98. 250.
subscribere 44.
subsidere 232. 47.
substantiva cum secunda persona verbi 96. — cum prima persona verbi 220. — cum praepositione pro adiectivis p. 152. — post relativa 381. — pro adiectivis 391.
suburbana sepulcra 258.
Suculae, sidus 131.
sufficere 245.
suffundere aliquid aliqua re 228.
Sulla bibliothecam publico usui aperuit 200.
Sulmo 413.
summotus 267.
summus 69.
superare 268.
supercilium loquens 209.
superesse 146. 300.
superi, di coeli 52.
supplices aras tangebant 449.
suppositus 408.
surgere 227.
suscipere liberos 370. 178.
suus 271. — *ipse suus* 136.
Sybaris, oppidum 199.
Sybaritis, carmen ibid.
syllaba *it* et aliae ancipites ante vocalem productae 123. 485. 528. — syllaba postrema hexametri brevis 423.
Symplegades 120. 125.
synchysis 75. — synezeugmenon 108.
synizesis 73. 120.
P. Syrus 217.

Tabula Veneris ἀναδυομένης 220. — Aiacis furentis ibid. — Tabellae lascivae 221.
tabellis in ceratis scribebant Romani 513.
tacitus pes et *tacitus passus* de tempore et aetate 393. 416.
taeda iugalis 390.
talorum lusus 212.
Tanais 268.
tangere terram in nascentibus 370.
Tantalides *eburnus*, Pelops 192.
tartareus deus 113.
tanti sum 165.
tauri in circo quomodo irritarentur 412. — *Taurica ara* 383.

Teïa Musa, Anacreon pag. 32. 188.
Telamonius 219. — Telegonus 40.
Telephus 140. 446.
templum Apollinis Romae et eius columnae 240. — Apollinis in Leucata 237. — Iovis Statoris 235. — Iunonis 178. — Veneris 179. — Libertatis Romae 242. — *Vestae* 234. — templa deorum tutelarium Romae 34. — *templa* de uno templo 240.
temporum consecutio audacior 147. 497. 518. 519.
tempus, conditio 338. 514.
tempus fallere 249. Cf. *decipere.*
Tempyra 123.
tener aër 447. — *tenera caries.*
tenere 320. 516. *tenor* 240. 512.
tenuare 81.
tenuis limes de itinere mari 121.
ter pro formula 69.
Terentius (Publius) 188.
Tereus 191.
tergeminus canis, Cerberus 399.
tesserarum ludus 213.
testatus in modo patiendi 238.
texere et *texta* 77.
Teucri 44. — *Teuthras* 140.
Thalia 421. 499.
theatra Romae 326.
Thebaides, carmina epica 183. 91.
Thebana soror, Antigona 257.
Thebana, Andromacha 368.
Theseus et *Pirithous* 82. 195. 465. — *Thesea fides* 69. — *Aegides* 82.
Theseus, tragoedia 196.
Thestias, Althaea 99.
Thoas 112. 383.
Thracia 168. — *Thr. Mavortia* 456.
Threïcia Samos, Samothracia 123.
Thyestes 192.
Thynias 126. — *thyrsus* 345.
Tiberis flavus 438.
Tiberius et Drusus Augusti privigni 95. — Tiberius ab Augusto adoptatus 158. 168. 353. — finem imposuit bello Pannonico 167. — bellum Germanicum administravit pag. 328. 353. — Armeniam domuit 168. — de Dalmatis triumphavit 168. — cum Druso Raetiam subegit 167.
tibia 440.
Tibullus (Alb.) 208. — Tibulli annus natalis 211.
Ticida, poëta 203.
tingere 354. 191.
Tiphys 375.
Tisiphonea tempora 409.
titubans lingua 233.
titulus 32. 37. 75. 133.
toga liberior 416.
tollere liberos 178. 370.
Tomi 42. 57. 127. 198. — Tomorum coelum et aqua 249. 405. — *Tomis, Tomi* et *Tomos* 298.
Tomitae 57. 427.
tonitrus 115.
tormenta 440.
totis sideribus distare 88.
Trachiniae 196.
tragici ignes 197.
trahere 52. 340. — *trahere vitium, morbum* et similia 172. 483. 517.
transitio a singulari ad pluralem, et vice versa 248. 270. 453. 395. 513.
tremens axis 304.
τριακυμία 50.
Trinacria, Sicilia, et *Trinacris* 519.
Triptolemus 292.
Tristia Ovidii quo tempore scripta sint pag. 2. seqq. — quomodo a Ponticis differant p. 1. — de inscriptione p. 1. — de virtutibus ac vitiis p. 11. seqq.
tristis 154. 274.
triumphi descriptio 357. 361. — triumphantis habitus 361. — in triumpho laureati milites 362. — currus eburni 364. — viae sternebantur floribus 362. — hostium duces capti ducebantur et deinde occidebantur 358. — imagines

victarum gentium, urbium, fluviorum portabantur pag. 361.
triumviri capitales et *monetales* 417.
trochus 215. 324.
tu imperativis additum 28.
tum et *tunc* 71.
tumidus 47.
turba 53. 84. 245. 460.
turres columbarum 110.
Turnus, rex Rutulorum 44.
tutela navis 118.
tutus et *securus* 157.
Tyndaridae, sidus 128. — *Tyndaris*, Clytemnestra 192.
Tyrii tori i. e. Didonis 223.

Ubi saepe in *ul* corruptum 340. 367.
ui una syllaba 400.
Ulixes 88. 89. 468. — Ulixes, *Dulichius* 343. — *Laertius* 468. — *Neritius* 88. — *cautus* 45. — *πολύμητις* ibid. — *durus* 474. — — Neptuno invisus 318. — Ulixis socii loto gustata patriae immemores 343. — e Circe filius 40. — fata in reditu 88—91.
ulmorum in vitium cultu usus 458.
ultimus 161. 245.
ululare 344. Conf. *exululare*.
umbilicus librorum 23. — *ad umbilicum adducere* ibid.
urere 245.
Ursa Maenalis, sidus 312. *Ursa maior* 365. — *Erymanthis* 268. 454.
ursus turpis 275.
ut, ex quo 500. — *ut* concedit 30. 50. — *ut* e praecedente negatione repetendum 108. — *ut in populo*, dictio apud Nasonem frequens 26.
utinam in protasi 227. 370. — *utinam non* 437. — *utinam possint* et *possent* 109.
uvas nudo pede calcare 293.
uxores maritos in provincias sequebantur 64.

Vacare cum infinitivo pag. 166.
vaccinium 24.
vacuus, otiosus 38. 170. 227. — *vacuus hortus* 405.
vale 69. 104.
Variana clades 359.
L. Varius, poëta 223.
Varro 288.
Varro Atacinus 204.
M. Terent. Varro bibliothecam suam publico usui aperuit 200.
vehere 322.
velare 24. 468.
velim, possit 87. 33. 257.
velle circumlocutioni inservit 214.
vena ingenii 335.
venire, singularis huius verbi apud Nasonem usus 356. 429.
venit mihi, evenit mihi 114.
venti alati 308. — *venti cardinales* 48. — *ventus* et *unda* 246. — *ventos mare ad imum fundum excitare* canunt poëtae 76. — *ventis tradere curas* et similia 46. — *venti sui, mei*, et similia 475.
Venus filia Iovis aut Saturni 222. — Veneris et Martis amores 191. 179. — Venus cur faverit Troianis 44. 179. — *genetrix Aeneadum* 174. — Veneris templum Romae 179. — Veneris anadyomenes tabula 221. 222.
venus in talorum ludo 212.
verba a Nasone novata 466. 494. — verba duplici potestate iuxta posita 260. 366. 501. 517. 521. — verbum cum duplici, quam vocant, rectione 49. — verbum e notione verbi, quod praecessit, supplendum 369. Conf. 108. — verborum lusus in affectu 50.
verba dare 266. 487.
vereor cum infinitivo 42. 387.
Vergiliae, sidus 131.
vernare 322.
versatus 368.

versus pag. 357.
Vesta 234. — Vestae templum 234.
Vestales 234. 355. — Vestalium castitas 182.
veterum in gravi dolore et luctu proprii mores 255.
vexare urbem, vexatam canere 183.
via de itinere terrestri 462. — *via sacra Romae* 234.
victimae candidae Iovi immolabantur 354. — victimae sertis et vittis coronabantur 469. 385.
Victoriae imago 159.
videre, pati 474.
vincere causam 150. — *vinci* de navibus 120. — *victus* 229.
vincula epistolae 398.
vires 38. — *vires loci* 348.
virga pro fascibus 479.
Virgilius 421. — Virgilii Aeneïs imperfectum opus 99. Virgilius quo tempore bucolica scripserit 224.
virgines ac *puellae* appellantur etiam, quae pepererunt 162.
Virgo, aquae ductus in Campo Martio 325. et 554.
virides dii, dii aquarum pag. 53.
virtus 93. — *virtus sibi ipsa pretium* 526.
viscera 99.
vites ulmis et populis adiungebantur 156.
vittae mulierum 170.
vocabula duplici potestate iuxta posita 411. 260. 366. 501. 517. 521.
Vocalis ante *scr* corripitur 514.
vota 43.
vox magna 411.
Vulcanus Minervae vim inferre tentat 178. — in bello Troiano Graecis favet 44. — *Mulciber* appellatus ibid.
vultus pluraliter de uno homine 393.
vultus loquax 209.

Zancle 453. — *Zanclaea Charybdis* 452.
Zephyrus 48. 320. 321.
Zerynthus 122.
Zeugma 299.

CORRIGENDA ET ADDENDA.

P. VIII. Praefationis ante verba: *Ad recentiores Tristium recensiones quod attinet,* adde: *At totidem fere locos etiam quorumvis quinque aliorum fide codicum, quorum quidem copias integras habuit, si quis operam dederit quaerere, eum mutasse reperiet.*

„ X. Praef. ante verba: *Ac de statu textus horum carminum* adde: *Vid. censura mea editionis Merkelianae in Diariis literariis Halens. no. 121—123. anni 1838.*

„ XV. Praef. post verba: *ut nuper alio loco luculentius docuimus,* adde: *Vid. censura mea editionis Merkelianae in Diariis literariis Halens. no. 121—123. anni 1838.*

Pag. 18. v. 32. *exspectasse se* pro eum.

„ 34. in not. ad v. 69. lege: *auctor est Dio LIV.* c. 27.

„ 39. in not. ad v. 106. in fine interpunge: *Cum contigeris tuam domum* (non tua scrinia, sed quae ibi scrinia librorum sunt, ut patet e v. 107.): *adspicies illic* etc.

„ 41. in not. ad v. 116. lege: *additum* pro *aditum.*

„ 45. in not. ad v. 9. pro *I, 44.* lege: *Her. I, 44.*

„ 48. in not. ad v. 25. pro *maiore* lege *maior.*

„ 69. in textu v. 61. lege *quo* pro *puo.*

„ 72. in not. ad v. 88. lege *et mihi.*

„ 75. in not. ad v. 1. adde: Avien. Descript. orbis v, 11. 12.

Oceani nam terra salo praecingitur omnis,
Parva ut caeruleo caput effert insula ponto.

„ 80. in not. ad v. 4. adde: Conf. IV, 6, 3.

„ 81. in not. ad v. 8. pro *haec. sc. officium tuum* lege *haec, sc. officium tuum.*

„ 82. in not. ad v. 14. pro *certo dic* lege *certo die.*

„ 83. in not. ad v. 21. lege *Phocaeae urbis.*

„ 92. ad not. ad v. 7. adde: *Conf. not. ad V, 1, 19.*

„ 98. in not. ad v. 11. pro *gratu tua* lege *grata tua,* et in not. ad v. 14. *domini* pro *domino.*

„ 104. in not. ad v. 20. pro *orto est* lege *orta est.*

„ 111. in not. ad v. 17. post *turbae* comma ponendum.

„ 124. in not. ad v. 29. pro *paene insula sit* lege *paene insula esset.*

„ 125. in textu lege *propulsaque fortibus Austris;* et in not. *Gall. fluctibus Austri.*

„ 129. in not. ad v. 3. lege *crebras intacta per urbes.* Ibidem exemplum Art. A. II, 355. non aptum est, itaque delendum.

„ 138. in not. ad v. 10. post *arvo* comma ponendum loco puncti.

„ 142. in not. ad v. 37. lege *generatur ipso.*

„ 148. in textu v. 89. pro *memimi* lege *memini,* et in not. ad v. 87. *elidantur* pro *illidantur* et in not. ad v. 89. lege: *ut mea defunctae.*

Pag. 149. in not. ad v. 94. post *Merkel* punctum delendum.
„ 150. in not. ad v. 104. pro *lrahere* lege *trahere* et *alium* pro *aliam*.
„ 158. in textu v. 164. lege *cui*.
„ 159. in not. ad v. 167. lege *geminorum*.
„ 162. in not. ad v. 191. adde: *Iazyges* h. l. dactylus est. Pont. I, 2, 79.

Aut quid Sauromatae faciant, quid Iazyges acres.

Simili modo Virg. Aen. I, 288.

Iulius, a magno demissum nomen Iulo.

„ 165. in not. ad v. 211. pro *posuisset* lege *potuisset*.
„ 167. in not. ad v. 223. initio lege *numen*.
„ 168. in not. ad v. 226. pro *terciuque* lege *terciaque*.
„ 170. in not. ad v. 241. ad genitivum illum *frontis severae* conf. Hor. Od. IV, 3, 21.
„ 171. in not. ad v. 249. lege *qua lasciviora*.
„ 198. in not. ad v. 404. pro *disignat* lege *designat*, et pro *danaum* lege *Danaum*.
„ 203. in not. ad v. 425. post *fretoque* comma ponendum, et inferius pro *apus* legendum *opus*.
„ 215. in not. ad v. 485. pro *iuctus* lege *iactus* et pro *factaa* lege *facta*.
„ 217. in not. ad v. 497. pro *scurilis* lege *scurrilis*.
„ 219. in not. ad v. 509. lege *histriones*.
„ 220. in not. ad v. 519. pro *canebantur* lege *proponebantur*.
„ 233. in textu v. 21. lege *locutus*.
„ 236. in not. ad v. 40. adde: *Fores* et *ianua* tam recte iuxta ponuntur, quam *fores* et *porta* apud Tibull. I, 3.

Tunc niger in porta serpentum Cerberus ora
Stridet, et aeratas excubat ante fores.

„ 241. in not. ad v. 64. lege *latent*.
„ 257. in not. ad v. 63. lege *indefletaeque*.
„ 260. in not. ad v. 88. lege *ὀξύμωρον* pro *ὠκύμορον*.
„ 271. in textu v. 31. pro *unquum* lege *unquam*.
„ 274. in not. ad v. 33. lege *quidem*.
„ 279. in not. ad v. 9. lege *quod*, et in not. ad v. 10. *Tanaq*.
„ 284. lege: *in hac quaestione*.
„ 288. in not. ad v. 28. lege *multo expeditiorem*.
„ 295. in textu v. 24. post *hei mihi* comma ponendum.
„ 299. in not. ad v. 7. pro *bellacis* lege *pugnacis*.
„ 325. in not. ad v. 21. pro *Erat autem — Martio* lege: *Erat autem Virgo aquaeductus balneis in Campo Martio aquam ministrans, ex amne eiusdem nominis*.
„ 329. in not. ad v. 1. pro *Pal. 1.* lege: *Sic Pal. 1.*
„ 350. in not. ad v. 91. lege *ipsius*.
„ 373. in not ad v. 66. pro *recte* lege *recta*.
„ 399. in textu v. 15. lege *hominum*, et in not. inter *equi* et *inde* comma ponendum.

IMPRESSUM TREVIRIS IN TYPOGRAPHIA HETZRODTIANA.

BINDING SECT. MAY 1 - 1963

LL
O 965tL

Ovid. Tristia
Tristium libri quinque; ed. by Loers.

21403

DATE | NAME OF BORROWER

University of Toronto
Library

DO NOT
REMOVE
THE
CARD
FROM
THIS
POCKET

Acme Library Card Pocket
LOWE-MARTIN CO. LIMITED